

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

600053770S

41. 1332.



Hermes
1898

Dicaearchi Messenii

quae supersunt

composita, edita et illustrata

a

Maximiliano Fuhr,
doctore philosophiae.

Darmstadii.

Sumptibus et typis Caroli Guilielmi Leskii.

MDCCCXLI.

Splendida gemmarum, quae vir Messenius olim
Sensibus ingenuis struxerat arte deus,
Scrinia vi famae toto sunt orbe vagata,
Divinique hominis me quoque movit amor.
Fulserunt quo vix coelestia sidera lucent
Lumine tecta viri miraque imago fuit,
Quosque alias subitus cogit devertere terror,
Vertit tunc oculos effigies hilaris;
Haud aliter, quam si sedes penetrasse beatas
Credas et summum te petiisse deum.
Verum, ut ad interitum vel maxima quaeque trahuntur,
Sic quoque gemmarum perditus est cumulus,
Quasque opifex summo conamine non imitetur,
Has alias alius jam locus abdiderat.
Invidiam fati nobis rapuisse dolentem
Tales thesauros rumor adivit inops,
Frustula cauponem quaedam pretiosa tenere,
Qui mihi solventi venderet innocuus.
Quorum me species, simul et spes magna fefellit,
Nec desiderii demta libido fuit.
Ingressusque viam referendi frustula causa
Ambiguum passum dirigo per silũam.
Hic laurus pinusque sacerrima me umbra recepit
Vicinoque auris fontis inita sono est.
Me murmur placidum, lassum me membra locique
Me blando somno tradidit alta quies.
Jamque oblitus eram molem curasque sopore,
Quum me forma subit conspicui genii,

Celsaque coelesti lucis splendore refulgens
Tempora, miranti talia verba facit:
„Quas ego felici quondam cum numine feci
Divitias nitidas quaeris et usque gemis.
Nec cunctas ubi sint etiamnunc ipse recordor;
Paucarum faciam ne nota te fugiat.
Ne tamen, ut nuper, silices mireris inertes
Pro cyanis, mihi ne commoveas animum.
Namque tuorum acies radiet quamvis oculorum
Quaedam, non omni parte fidem tibi do.
Tristis, ohe! mea sors, quod quae praeclara fovebam
Impigris studiis omnia ventus habet.
Atque meis opibus tantum impendisse laborem
Et curis vitam deminuisse meam
Poeniteat; sed me pulchri mens conscia laetum
Reddit et aevi mens per mihi grata mei,
Delectata meis quondam. Tu quaere relicta;
Adjuvo; sed plenam non tibi credo fidem.“
Dixit et alatus tenues elapsus in auras
Egregiis me nunc complet imaginibus,
Et quamquam studiosus eram compellere clara
Rudera thesauri nec mala reppereram:
Usque aderat species oculis et in aure sonabat
Dictum: „sed plenam non tibi credo fidem.“

Praefatio.

Quum nihil aliud in animum initio induxissem, quam magnum pedestri oratione conscriptum fragmentum, quod in libris manuscriptis relictum et Dicaearchi Vitae Graeciae vindicari solitum fuit, de integro critice tractare et interpretari ac dissertatione praeterea de ejus auctoritate instructum edere, hoc tamen deinde consilium omisi atque adeo ita amplificavi, ut omnia librorum Dicaearcheorum fragmenta, quae aut jam ab aliis indicata essent aut mihi scriptores qui huc pertinere viderentur perlegenti occurrissent, componere et illius viri memoria dignissimi studia et literas adumbrare conarer. Hanc autem meam qualiscunque est operam eo commodiorem multis fore suspicabar, quod, quum virorum doctorum animos ad hunc philosophum recentissimo tempore adversos esse intellexissem, ejus cognoscendi et rite judicandi initium et primum fundamentum fragmentorum ejus collectio esse videbatur quam fieri potest accuratissima. Ejusmodi vero libro adhuc caremus, quoniam fere omnes eruditi homines, qui priori tempore de Dicaearcho egerunt, tria Dicaearchiana fragmenta in codicibus superstitia, quorum sinceritatem valde dubiam esse demonstrabimus, considerare et tractare satis duxerunt. Una tantum fragmentorum farrago absoluta est, sed ea apud nos Germanos plane ignota, ab Italo quodam hoc titulo instituta: „i Frammenti di Dicearco da Messina — dall' avvocato *D. Celidonio Errante.* Palermo. 1822. 2 voll. 8.“ quae quidem, quantum ex speciminibus a Gailio inde repetitis colligere licet, haud magni aestimanda esse videtur. Alia fragmentorum editio ab *Augusto*

Buttmanno hoc titulo incepta est: „Quaestiones de Dicaearcho ejusque operibus quae inscribuntur *Βίος τ. Ἑλλ.* et *ἀναγρ. τ. Ἑλλ.*, specimen collect. ejusd. opp. instituendae. Numburgi. 1832. 4.“; sed quum in ea quod ad accuratam cognitionem et rectum judicium multa desiderentur neque Buttmannus eam perfecturus esse videatur, nostrum laborem non plane inutilem fore speramus. In disponendis autem Dicaearchianis fragmentis equidem ita versandum esse existimavi, ut tria ista quae a codicibus exhibentur tunc demum proferrem et in Dicaearcho cognoscendo respicerem, quum reliqua fragmenta composita et in usum vocata fuissent, quoniam unum istorum, *ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος* quae dicitur, spurium esse a nemine jam dubitabitur, alterum *ἀναγραφὴ τοῦ Πηλίου ὄρους* aliqua ex parte corruptum est et tertium denique, Vitae Graeciae fragmentum, nihil nisi compages est aliquot laciniarum ex genuino opere ab excerptore repetitarum. In quo etsi idem argumentum, de quo Dicaearchus aliquo Vitae Graeciae loco disseruerit, servatum esse crediderim, paucissima tamen inesse censeo, quae quod ad cogitandi et eloquendi rationem vere Dicaearchea existimari queant. Quae autem ejusmodi esse mihi persuaseram, ut ab ipso Dicaearcho profecta esse vel proficisci potuisse viderentur, typorum diversitate indicanda curavi neque operae pretium fore existimavi post ea, quae Osannus, eruditissimus praeceptor, cui me primum ad Dicaearcheorum studia impulsum debere grato animo profiteor, in ephemeridd. Halenss. 1831. Ergblt. 24 sqq. (in recensione geographorum Gailii minorum) et in ephemeridd. scholastt. 1833. nro. 139 sqq. (in judicio de Buttmanni quaestionibus prolato) ea de re exposuit, criticam inquisitionem de istius fragmenti auctoritate retractare. Praeterea eos lectores, qui in accurata istarum reliquiarum lectione de miserrimo earum habitu sibi non persuasissent, ad rectius judicium memet redigere posse desperavi et, id quod gravissimum fere fuit, consideravi, quot et qualia, quae huc pertinerent, in ipso critico et exegetico commentario disputari necesse esset. Ceterum critica fragmentorum istorum recensio non exiguae fuit operae et tantum abest, ut me ubique quid

verum sit recto judicio indagavisse opiner, ut nemo me melius sentiat, quam procul a fine proposito aberraverim. Voluissem libris me manuscriptis uti potuisse, sed unus de cujus salute et sede compertum est, *Monacensis*, qui *J. G. Hervuorti* olim fuerat et cum bibliotheca Augustana Monachiam translatus est, recentissimo tempore bis collatus est, primum a Werfero in Marxii usum et secundum a Spengelio pro Buttmanno, neque esse adhuc intellexi, quod de diligentia earum collationum dubitemus. Quo loco et quo statu ceteri quibus Hoeschelius usus est codices *Casauboni* et *Palatini* hodie versentur, ignoro neque ad comperiendum animum magnopere adverti, quum omnes illos libros ex uno fonte emanasse cum Buttmanno et aliis viris doctis consentirem. Eo plus adjumenti ab aliis codicibus, quorum nullam dum notitiam habemus, exspectari poterat. Duo Dicaearchea fragmenta, alterum prosaicum Vitae Graeciae, alterum *ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος* inscriptum quanquam ex majori tantum parte, primus *Matthaeus Buddaeus* Italiam peragrans anno 1589 in codice quodam reperit *Henricoque Stephano* commisit, qui cum Casauboni notis 1590. edidit, quae editio in thesauri antiquitatum Graecarum Gronoviani tomo XI deinde an. 1699 recusa est. Non ita multo post *Hoeschelius* libris quos dixi utens manuscriptis et reliquam inde anagraphes de Creta et Cycladibus Sporadibusque insulis partem subjungens in lucem emisit Augustis Vindelicorum. 1600. Multo tempore interjecto *Hudsonus* in geographorum suorum Graecorum minorum volumine altero repetiit 1703, accedente, quod e codice *Gudiano* descriptum Fabricius transmiserat, anagraphes Pelii fragmento. Denuo deinde in *Zosimadum geographorum collectione Vindobonensi* excusa sunt, primis hujus saeculi annis (1806) sine ulla fere sana crisi instituta. Omnium postea optime *Meierus Marxius* in recensendis illis fragmentis versatus est, in tertio Creuzeri meletematum volumine Lips. 1819 exhibens. Eodem anno *Guil. Manzi* editionem Dicaearcheorum, quae ab Holstenio quondam apparata, immatura autem ejus morte retardata fuerat, suis curis absolutam edidit. Tribus annis praeterlapsis *Celidonio* librum supra allegatum et anno 1828

Gailius geographorum Graecorum minorum volumen alterum, quo fragmenta Dicaearchiana continentur, in medium protulit. Ultimum denique in quaestionibus *Buttmanni* supra memoratis recensita sunt. Quod ad textorum recognitionem praeter editiones indicatas inprimis iis quoque, quae Osannus l. l. et mus. Rhen. 1832. fasc. 2., Krebsius in lectionibus Diodoreis et Buttmannus ephemerid. Jahn. 1835. supplem. p. 369 sqq. exposuerunt, non sine magno fructu usus sum.

De Dicaearchi vita et scriptis primus, quod equidem sciam, *Dodwellus* accuratius inquisiverat, dissertatione quae in Hudsoni et Gailii geographis reperitur singulari edita. Longum deinde post ea quae *Fabricius* in bibl. Gr. t. III, p. 486 sqq. disseruit alti silentii intervallum fuit, donec *Passovius* in indice lectionum universitatis Vratislaviensis anno 1829 habendarum de Dicaearchi libro, cui *Τριπολιτικός* inscriptum fuit, commentatus est. De Dicaearchi Vita Graeciae egregia postea dissertatio a *Naekio* composita et in novi musei Rhenani primo volumine spec. 1. p. 40 sqq. impressa est. Omnium autem maxime, ut jam monui, *Osannus* ad summam Dicaearchi scriptoris gravitatem et ad accuratiorem fragmentorum Dicaearcheorum crisin instituendam animadvertit. Abs quo etiam plura, quae ad Dicaearchi scripta illustranda pertinebunt, jam exspectare licet in altero commentationum ejus literariarum qui jam prelis subjectus est tomo inserenda. Quibus quod in meo libello uti nondum potui, ut aegerrime fero, ita eruditissimo illi viro, qui literis ingenuis meum animum olim imbuit et ad quaestionem de Dicaearcho memet primus compulit, accepta refero, si quae laude digna hacce in dissertatione reperientur; quae autem peccavero, meae imbecillitati vitio verti jubeo.

Darmstadii, mense Decembri anni MDCCCXXXVIII.

Caput primum.

Dicaearchi imago adumbratur philosophi et scriptoris.

Sicut omnes fere philosophi peripatetici, ita inprimis Dicaearchus magna ingenii facultate et insigni judicii acumine, quo res a se tractatas quasvis perspexit et illustravit, praeditus fuisse videtur. Etiamsi enim quas de summis rerum principiis habuit sententiae et universa ejus quam nos dicimus speculativa philosophia, quantum quidem de ea nobis compertum est, haud magna laude afficiendae esse videntur, e contraria adeo parte Dicaearchus ob apertos quosdam errores et ob rudem qua praeter corporum materiem nihil agnovisse putatur opinionem vituperandus est aut deplorandus: praestantiam tamen ejus philosophiae, simulatque ad usum vitae revocabatur, perspicua ejus et sincera vivendi praecepta necnon quae de rebus ad literas pertinentibus rectissime protulit ejusque doctrinam rerum varietate excellentissimam admiremur necesse est. Philosophus, ut a summa literarum sicut poëtae ab Jove deorum principe exordiar, Dicaearchus minus de finibus rerum recte et accurate cogitando, quam sententiis excelluisse videtur bene firmatis et egregie expositis, si quid ratione et via inquirendum erat, quod ad civitatem vel omnino ad vitam publicam, quam plurimi aestimavisse a Cicerone refertur, pertineret. Animum humanum singulari plane modo arbitratus est per se ipsum omni substantia exemtum esse nihilque

aliud quam altissimam vitae animalis exaggerationem considerandum, eumque a corpore disjunctum existere posse negavit. Quod quum ita esset, minime omnium mirandum est, quod contra animi immortalitatem disseruit, quamquam non certo liquet, utrum, quemadmodum simplicissima locorum huc pertinentium interpretatio docere videtur, illum penitus interire statuerit an de singulari tantum animi post mortem vita dubitaverit eumque in alias naturas transire cum iisque coalescere ratione quam nos dicimus pantheismum observata crediderit. Quoniam autem sententiarum quas de summis rerum principiis in medium protulerat paucissimae nobis relictae sunt, ut accuratam earum imaginem repetere inde nequeamus, vel suspicari fortasse liceret, Dicaearchum aequalium conditionem in sensuum voluptatibus occupatorum respicientem illa sua praecepta nonnisi ad suam aetatem ridendam et quasi mysterio decipiendam edidisse, inprimis si consideramus, quam rectas et perspicuas de aliis rebus rationes secutus sit. Sed tunc etiam statueremus necesse foret, illam contra aequales fraudem etiam posteriori tempore non detectam fuisse et Dicaearchum ad hoc usque tempus plane immerito pro philosopho habitum esse, qui in rerum materia omne principium collocaret. Quod vero in ista revera collocavit, a studiis fortasse musicae artis quibus magnam operam dedisse apparet repetendum est eamque in rem non negligendum esse crediderim, quod Aristoxenus ejus aequalis eoque etiam multo magis arti musicae deditus simillimam sententiam habuisse videtur. Quam enim praeclarissimus quondam philosophus Gallus J. J. Rousseau enuntiavit observatio, quamquam nimis universam et audaciorem elocutus fuerat, quare etiam ipse postero tempore restrinxit, rectissima est, qua observatione vis quam ars musica in homines exerceat plerumque ad sublimiorem potius materiae animatae gradum quam ad ipsum animum pertinere creditur. Utcunque vero est, in omni suo reliquo studio Dicaearchus ad principes ubique rerum causas penetrare ab iisque quodcunque alienum esse videretur separare

conabatur. Quo hoc quoque pertinet, quod philosophandi studium ab ambulando per porticum, sicut publicorum munerum administrationem a declamando et tumultuando in comitiorum suggestis immunia esse existimavit. Ex vitae praeceptis quae praeclarissima edidisse putandus est hoc unum nobis relictum est, quod bonorum amicitiam, omnium autem hominum favorem conciliandum esse docebat. Quum veram eruditionem animique cultum intimo animo amplecteretur, in sacerdotum praecipue fraudes ac singulari quidem conscripto libello invectus esse videtur, quanquam duobus divinationis generibus locum concedendum esse arbitratus est, alteri quod per somnum, alteri quod deorum dono et inspirando conficeret. Luxuria autem et morum corruptione, qua sua ipsius aetas laborabat, magnopere offensus compluribus locis istam impugnavit istiusque ex adverso vetustissimum generis humani statum laudibus extulit, illum dico vetustissimum, quo secundum famam apud populum Graecum celebratam et a plurimis poëtis delineatam Saturnus summum imperium tenuerat, neque mente divina eum contemplari et egregie describere nesciit. Genus humanum non aliquo tempore creatum fuisse, sed nulla non aetate exstitisse statuit. Quod ad rerum civilium cognitionem, Dicaearcho singularis plane fuit sententia, qua eam reipublicae conditionem pro optima et felicissima praedicabat, quae ex tribus illis monarchiae, aristocratiae et democratiae principiis recta ratione temperata esset. Qua quidem in sententia aliquot philosophi Pythagorei, quamquam fortasse non tanta cum perspicuitate et accuratione, eum praeiverant, secuti autem sunt, ut videtur, Polybius et Cicero, quamvis etiam hic posterior ubi suam hac de re opinionem exponit Dicaearchi auctoritatem non attulerit. Egregium autem illius rei publicae formae exemplar si Spartam consideravit et descripsit, non aliud hac re significaturus fuisse videtur, quam omnium quae constitutae exstarent civitatum Spartanam ad eam conditionem, quam praestantissimam animo finxerat, proxime accedere; neque ideo gravia quae-

dam vitia, quibus respublica Spartana laboravit quorumque causa ab Aristotele Dicaearchi praeceptore reprehensa fuit, non animadvertisse aut consulto neglexisse opinandus est. De ortu et natura singularum et affinitatis et societatis et civitatis conjunctionum meditatus et, id quod prae ceteris huc pertinet, notiones vocabulorum πάτρα, φρατρία et φυλή historica et philosophica ratione commentatus est. Ceterum ipsum philosophum ex Ciceronis quidem de eo verbis colligere possumus ad rem publicam accessisse eique administrandae strenue interfuisse; quo autem loco et qua ratione id fecerit nusquam nobis proditum est. De diversis mortis hominum generibus sicut de diverso vitae eorum spatio, quod quidem posterius in cognata disserendi ratione adjunctum fuisse crediderim, idem Dicaearchus singulari libello exposuisse videtur eamque praeter rem nostrorum quos dicimus biotomorum vetustissimus dux exstitisse conjici fortasse potest. Ardentissimo autem, ut jam supra monui, amore musicam fovisse neque eam solum arte exercitasse de eaque exsequenda ejusque instrumentis compluribus locis enuntiasse ac nonnullas dicendi rationes ex rerum musicarum finibus repetiisse, sed etiam fortasse rationem musicae composuisse vel saltem de summis ejus principiis in epistola ad Aristoxenum scripta verba fecisse colligitur. Ut ad philosophiam autem Dicaearchi et ad modum, quo et eam philosophiae partem quae in ratione et eam quae in usu versatur firmare studuit, denique revertar, minime omnium iis contentus fuit, quae cogitando ipse effecerat; sed etiam maxima diligentia philosophorum qui ante ipsum vixerunt sententias perscrutatus est et inprimis Pythagoreorum et Platonis scripta studiose lectitavit. Librum adeo conscripsit quem cum philosophiae historia comparaveris et in eo philosophos memoria dignissimos secundum summas ipsorum sententias vitaeque modos pertractavit in eoque inter cetera laudabili judicio de Pythagorae morte, de tumido dicendi genere in Platonis Phaedro idque causis, ut videtur, simul additis et praecipue de septem quos dixerunt sapientibus

locutus est, quos nonnisi homines civili prudentia morumque integritate insignes considerandos esse docuit, qua in sententia idem iterum Cicero eum secutus est.

His vero cum studiis, quibus philosophos philosophiaeque historiam indagavit, universa ejus opera, quam rebus historicis dedit, arctissime conjuncta est. Qua in re quamquam ubique principes rerum causas atque nervos persequi conatus fuisse videtur, chronologicas tamen inquisitiones Dicaearchus non plane neglexit eaque ratione inprimis fragmentum de Sesonchosidis aetate relictum est. In historicis quoque studiis Dicaearchum magno cum mentis acumine versatum esse quum ex universa hujus viri indole et ratione colligere, tum inprimis ejus fragmentum huc allegare possumus, quo de defectu et exilitate testimoniorum historicorum questus esse videtur. Quam autem maxime ad cultus progressum et ad institutorum morumque diversitatem respexisse atque ita inter alia usum belli gerendi apud Macedones et Persas discrepantem commonstrasse efficitur. Quum Graeciae et Aegypti historiam perscrutaretur, sententiam informavit a plurimis scriptoribus Graecis differentem ac recentiorum denique temporum quaestionibus confirmatam, atque vitam Graecam ab Aegyptiis receptam fuisse neque contrariam rationem locum habuisse statuit. Etiam rerum suo ipsius tempore gestarum rationem habuit, earum inprimis quas Alexander Magnus perpetraverat: cujus aut vitam et ingenium singulari libro exposuisse aut solenne et memorabile festum ab illo institutum breviori dissertatione descripsisse conjiciendus est. Omnium autem maxime egregia ratio fuisse videtur, qua vitae Graecae imaginem animo concepit conceptamque literis mandavit et singulas ejus vitae partes secundum locorum, civilium institutorum, religionis fideique, artium literarumque culturae, morum et consuetudinum diversitatem vividissimis et distinctissimis coloribus depinxit; in eoque genere Dicaearchus eo admirabilior apparet, quod ne magnus Aris-

toteles quidem qui eum praecessit ad talem vitae Graecae universae contemplationem sese extulit et quod ea ipsa re Dicaearchus primus statisticae disciplinae, quanquam excelsiori quadam verbi significatione, inventor et cultor quem quidem sciamus exstitisse efficitur. Quo autem acrius omnibus in rebus quid verum esset efficere studuit, eo minus res mythicas, inprimis quatenus fide sui populi et temporis consecratas videbat, silentio plane praetermittere potuit eaque de causa fabulam de Tiresia, Thebam Placiam conditam et Herculis figuram ab historiae fabularis enarratoribus, ut videtur, et artificibus positam in medium protulit. Quo modo de Tiresia fabulam exposuerit, ignoramus quidem, sed non sine aliqua veri specie conjicere possumus Dicaearchum jocantem et ridentem, fortasse etiam lectores mysterio decepturum, eam exprompsisse; quam quidem ad rem etiam ea non praetereunda sunt, quae de vi medica cujusdam herbae, quam anguinam dixeris, et de alia planta aeque frigus atque calorem defendente mira disseruit. Sed etiam in geographiam eamque arctiori vocis intellectu studiose incubuit, quanqum plane aliter, quam plurimi qui eum antecesserant in eo genere versatus est et ubique ad inquirendum ingenium et rationem adhibuit. Ita terrae formam globosam esse existimavit, quaestionem de Graeciae finibus septentrionem versus statuendis tractavit et Pytheae, cujus relata a testibus oculatis nondum examinata essent, fidem habere dubitavit. Singularis Dicaearchi opinio est eaque Euthymenis paulo prioris opinioni simillima, qua Nilum ex oceano Atlantico refundi tradidit. Doctrina quoque mathematica inprimisque geometrica excellentissima instructus fuisse eaque ad tabulas geographicas componendas, sicut etiam, jubentibus ut credere licet Macedoniae regibus, ad montes aut sibi ipsi permetiendos aut saltem ad talem permensionem per alios curandam usus fuisse videtur. Si autem altitudinem complurium montium indicavit Dicaearchus sine dubio non satis habuit eam solam proponere, sed

praeterea quae memoria dignissima erant de regione montium, de soli eorum natura, de consitione et cetera huc pertinentia adjunxit. Accuratam deinde poëtarum Graecorum notitiam prae se fert eamque maximam, id quod ex universa Graecorum institutionis ratione repetendum est, carminum Homericorum, quorum locos allegavit et ubi de singularum lectionum praestantia cogitavisse et disputavisse videtur. Nec non Hesiodum bene noverat ex ejusque carminibus locum in describendo felicissimo generis humani statu advocavit et explicuit. Maximam autem, id quod sine musicae consideratione fieri non potuit, poëtarum lyricorum et inprimis, ut ex fragmentis perspicuum est, Alcaei habuit rationem, cujus in carmina commentarium composuit, in eoque praeter alias res de moribus symposiacis, qua in re nonnulla illustrando apta ex Sicilia patria afferre potuit, satis accurate exposuit. Scolia, singulare poëseos genus, quo ille Alcaeus quam maxime excelluit, idem contemplatus et eorum notionem et eorum nominis ortum rectissime explicuisse videtur. Recentissimo quoque tempore Dicaearchi hac de re sententia a compluribus viris doctis, inprimis Ilgenio, quam maxime approbata est, sicut nonnullae aliae ejus opiniones, verbi causa de cyclico choro per Arionem constituto, etiam jam in antiquitate consensum insignium virorum conciliaverunt. Ceterum et ipsis poëtis dramaticis et praecipue rebus didascalicis ad eos pertinentibus operam navavit et aliquot Dicaearchi observationes, quae plurimi aestimantur, de fabulis Sophoclis, Euripidis et Aristophanis nobis superstites sunt.

Dicendi genere hic vir doctrinae varietate et mentis acumine insignis excellentissimo usus fuisse ex Ciceronis de eo laudibus colligi potest ac concise et accurate tamen simul et diligenter scripsisse et delineasse et, id quod ex nonnullis locis repetere licet, quaedam ironiae et acerbitatis condimenta in usum vocavisse videtur. Singularem aliam rationem, quae ejus propria fuisse ex quodam rhe-

torico antiquitatis libello adnotatur, quendam pedestris orationis numerum in fragmentis quae supersunt indagare equidem non potui; quanquam iste rhetorici libri locus istum numerum Dicaearchi omnino proprium fuisse neutiquam contendit et non aliud quam locum ex Dicaearchi scriptis affert, ubi talis numerus deprehenditur.

Caput alterum.

Veterum de Dicaearcho judicia.

Magna Dicaearchi eruditio neque minus diligens ejus et accurata inquirendi ratio jam ab ipsis veteribus pro eo ac debuit plurimi aestimata est, atque ejus opera multis de rebus in usum vocata et pro auctoritate allata sunt. Varro et Plinius doctissimum dicunt, Porphyrius ob densam et exactam simul orationem praedicat eumque accuratioribus qui de Pythagorae vita exposuerint scriptoribus adnumerat, Plutarchus non sine laude juxta Aristotelem, Theophrastum, Heraclidem et Hieronymum collocat, Strabo juxta Eudoxum et Democritum ponit, Martianus Capella fecundum appellat et scholia Aristophanea eodem loco cum Hellanico et Aristotele recensent. Omnium autem maxime Ciceronis attentionem excitavit, qui magnum et copiosum peripateticum [1]) et magnum et mirabilem hominem dicit. Etiam suas delicias nuncupat, insigni ad docendum copia instructum pronunciat [2]) et ad ejus scripta juxta Platonem, Xenocratem, Aristotelem et Theophrastum perlegenda Atticum amicissimum admonet, qui licet non omni ratione eum comprobaverit magnam tamen familiaritatem cum eo contraxisse videtur. Librum quoque Dicaearchi de interitu hominum Cicero aliquo loco eruditum et luculentum praedicavit et universos ejus libros maximo studio lectitavit multasque ibi sententias, quamquam non semper auctoris nomine prolato, secutus est. [3]) . Aliquot ejus libri posterioribus scriptoribus exemplarium instar obversati fuisse videntur, sicut ejus Vitam

Graeciae a Varrone in conscribendis libris de vita populi Romani et fortasse etiam ab Iasone in componendo libro, cui eodem plane modo inscriptum fuit, in usum vocatam fuisse credimus. Singulare quoddam dialogi genus, quod ab Aristotele inventum, a Dicaearcho autem excultum neque dum accuratius cognitum est, Cicero imitatus esse videtur. Dicaearchum auctorem ibi inprimis allegatum reperimus, ubi de ortu generis humani et de antiquissimo ejus statu et de diversis vitae humanae per rem pastoritiam et agriculturam gradibus sermo est, ita apud Varronem, Porphyrium, Hieronymum et Censorinum. De antiquioribus omnino conditionibus rebusque gestis, sicut etiam de fictionibus mythicis atque rebus fabulosis in usum vocatus est, quemadmodum de Theba Hypoplacia et de oraculo in Elide quondam florente scholiastes Homericus, de Chaldaeis et de tetrapoli Dorica Stephanus Byzantinus, de Sesostride scholiastes Apollonii Rhodii, de Herculis figura Clemens Alexandrinus et de Tiresiae fabula Phlegon Trallianus attulerunt. De inopia quoque historicorum testimoniorum neque non de ortu nominis Academiae Plutarchus ejus auctoritatem commemoravit. Sed etiam de recentioris temporis historia Dicaearchus laudatus est, ita ab Athenaeo de bellica Macedonum disciplina ex adverso Persicae et de Alexandri Magni effrenato puerorum amore. Ceterum si Cicero *ἱστορικώτατον* nuncupavit, hoc epitheton, ut alibi exposui, inprimis si quo ei datur sententiarum connexum respicimus, non ad historicam solum ejus inquisitionem, sed ad universam perscrutandi rationem accuratam referendum est. Ab altera tamen parte non negligendum est, quod Cicero eo potissimum tempore studio scriptorum Dicaearchi operam dedit, quo geographicos et historicos libros conscribere ipse in animum induxerat. Omnium autem gravissima, quantum quidem ex assiduo eorum usu effici potest, ea fuisse videntur, quae de artibus earumque historia exposuerat. Qua ratione de rhapsodica carminum Empedoclis *(καθαρμῶν)* recitatione Olympiae habita, de usu instrumentorum quae *κρέμβαλα* voca-

bantur per Graeciam olim vulgato, sicut etiam de saltatione pilari et de diversis symposiacis ritibus ab Athenaeo citatus est. His autem de ritibus etiam in scholiis Aristophaneis commemoratus est, quae eadem ejus sententiam de scoliis memoriae produnt, quam sententiam prae aliis Artemo quidam et Plutarchus approbaverunt et complures lexigraphi et scholiastae Platonici et Lucianei exscripsere. De saltationis porro genere, quod Deli usitatum et γεράνου nomine praeditum fuit, Plutarchus Dicaearchum allegavit. Ea autem Dicaearchi sententia, quam Aristoteles quoque habuisse refertur et qua Arionem cyclicum chorum instituisse existimavit, a plurimis veterum scriptorum, ut videtur, collaudata et saepius commemorata est. Argumenta fabularum Sophoclis et Euripidis Sextus Empiricus indicavit a Dicaearcho composita, aliasque quasdam et de rebus dramaticis universis et de nonnullis Sophoclis, Euripidis et Aristophanis fabulis observationes et earum Argumenta et Plutarchus exhibent. Complures deinde ejus animadversiones de Pythagorae vita, de Platonis adolescentis literarum studiis primisque ejus scriptis et aliquot discipulis, sicut de septem quos dixerunt sapientium momento et viris hunc in numerum referendis a Diogene Laërtio, Porphyrio et Gellio prolatae et partim a Porphyrio et Cicerone, quamquam hoc auctoritatem non nominante, comprobatae sunt. In iis autem, quae de reipublicae forma universa et de civitatibus nonnullis singulis exposuerat, Polybii consensum et Ciceronis admirationem accepit, atque civitatis forma ex tribus summis principiis temperata, ut Osannus cum magna veri specie suspicatus est, ab eo γένος δικαιαρχικόν nominatum est. Librum de civitate Spartana etiam diu post ejus mortem Spartae quotannis publice recitatum fuisse jam alibi adnotatum est. In eo, quod philosophum rebus publicis interesse debere existimavit, Cicero assentientem, Atticus autem, quamquam alias Dicaearchum plurimi fecit, dissentientem habuit sententiam. Explicatio nominum πάτρα, φρατρία et φυλή aliquam saltem partem a Stephano Byzantino ser-

Graeciae a Varrone in conscribendis libris de vita populi Romani et fortasse etiam ab Iasone in componendo libro, cui eodem plane modo inscriptum fuit, in usum vocatam fuisse credimus. Singulare quoddam dialogi genus, quod ab Aristotele inventum, a Dicaearcho autem excultum neque dum accuratius cognitum est, Cicero imitatus esse videtur. Dicaearchum auctorem ibi inprimis allegatum reperimus, ubi de ortu generis humani et de antiquissimo ejus statu et de diversis vitae humanae per rem pastoritiam et agriculturam gradibus sermo est, ita apud Varronem, Porphyrium, Hieronymum et Censorinum. De antiquioribus omnino conditionibus rebusque gestis, sicut etiam de fictionibus mythicis atque rebus fabulosis in usum vocatus est, quemadmodum de Theba Hypoplacia et de oraculo in Elide quondam florente scholiastes Homericus, de Chaldaeis et de tetrapoli Dorica Stephanus Byzantinus, de Sesostride scholiastes Apollonii Rhodii, de Herculis figura Clemens Alexandrinus et de Tiresiae fabula Phlegon Trallianus attulerunt. De inopia quoque historicorum testimoniorum neque non de ortu nominis Academiae Plutarchus ejus auctoritatem commemoravit. Sed etiam de recentioris temporis historia Dicaearchus laudatus est, ita ab Athenaeo de bellica Macedonum disciplina ex adverso Persicae et de Alexandri Magni effrenato puerorum amore. Ceterum si Cicero *ἱστορικώτατον* nuncupavit, hoc epitheton, ut alibi exposui, inprimis si quo ei datur sententiarum connexum respicimus, non ad historicam solum ejus inquisitionem, sed ad universam perscrutandi rationem accuratam referendum est. Ab altera tamen parte non negligendum est, quod Cicero eo potissimum tempore studio scriptorum Dicaearchi operam dedit, quo geographicos et historicos libros conscribere ipse in animum induxerat. Omnium autem gravissima, quantum quidem ex assiduo eorum usu effici potest, ea fuisse videntur, quae de artibus earumque historia exposuerat. Qua ratione de rhapsodica carminum Empedoclis *(καθαρμῶν)* recitatione Olympiae habita, de usu instrumentorum quae *κρέμβαλα* voca-

bantur per Graeciam olim vulgato, sicut etiam de saltatione pilari et de diversis symposiacis ritibus ab Athenaeo citatus est. His autem de ritibus etiam in scholiis Aristophaneis commemoratus est, quae eadem ejus sententiam de scoliis memoriae produnt, quam sententiam prae aliis Artemo quidem et Plutarchus approbaverunt et complures lexigraphi et scholiastae Platonici et Lucianei exscripsere. De saltationis porro genere, quod Deli usitatum et γεράνου nomine praeditum fuit, Plutarchus Dicaearchum allegavit. Ea autem Dicaearchi sententia, quam Aristoteles quoque habuisse refertur et qua Arionem cyclicum chorum instituisse existimavit, a plurimis veterum scriptorum, ut videtur, collaudata et saepius commemorata est. Argumenta fabularum Sophoclis et Euripidis Sextus Empiricus indicavit a Dicaearcho composita, aliasque quasdam et de rebus dramaticis universis et de nonnullis Sophoclis, Euripidis et Aristophanis fabulis observationes et earum Argumenta et Plutarchus exhibent. Complures deinde ejus animadversiones de Pythagorae vita, de Platonis adolescentis literarum studiis primisque ejus scriptis et aliquot discipulis, sicut de septem quos dixerunt sapientium momento et viris hunc in numerum referendis a Diogene Laërtio, Porphyrio et Gellio prolatae et partim a Porphyrio et Cicerone, quamquam hoc auctoritatem non nominante, comprobatae sunt. In iis autem, quae de reipublicae forma universa et de civitatibus nonnullis singulis exposuerat, Polybii consensum et Ciceronis admirationem accepit, atque civitatis forma ex tribus summis principiis temperata, ut Osannus cum magna veri specie suspicatus est, ab eo γένος δικαιαρχικόν nominatum est. Librum de civitate Spartana etiam diu post ejus mortem Spartae quotannis publice recitatum fuisse jam alibi adnotatum est. In eo, quod philosophum rebus publicis interesse debere existimavit, Cicero assentientem, Atticus autem, quamquam alias Dicaearchum plurimi fecit, dissentientem habuit sententiam. Explicatio nominum πάτρα, φρατρία et φυλή aliquam saltem partem a Stephano Byzantino ser-

vata est. Etiam in iis, quae de lectione singulorum poëticorum locorum, verbi causa Alcaei, exposuerat et quae reliqua in commentario ad hujus poëtae carmina explicuerat, ab Athenaeo aliisque memoratur, ac lectio Homerica ab eo aut proposita aut comprobata ipsius Aristarchi suffragium tulit. Quod ad philosophicas ejus sententias, nonnulla quidem vitae praecepta a Plutarcho non sine laude proferuntur, omnis autem ista ratio, qua corporum materia innisus est, a Cicerone, Plutarcho, Nemesio et Stobaeo nonnisi memoratur. Geographus denique a Strabone cum Democrito, Eudoxo et Ephoro collocatur saepiusque recensetur et ea quidem ratione, ut Eratosthenes a Dicaearcho dissensisse, Hipparchus ei multis in rebus obsecutus fuisse et Polybius eum saepius vituperasse videatur. Sententia de terrae forma ab Artemidoro, Plinio et Martiano Capella proposita est et relatio de Nili refluxu a Laurentio Lydo servata. Denique de proverbiis Graecis saepius citatur et a Suida γεωμέτρης, quod de montium mensuris intelligere licet, et ῥήτωρ significatur, quod quidem posterius de rhetore, non de oratore interpretandum esse ex Ciceronis quoque (de off. I, 1) loco efficio.

1) Hoc epitheton, quo Cicero de off. II, 5 Dicaearchum exornavit, non de dicendi copia, sed de cogitandi ejus abundantia et de praeclaro et multifario librorum argumento cum Beiero interpretandum esse duxerim.

2) Dicaearchum egregium praeceptorem fuisse equidem quoque crediderim; sed non approbo quod Buttmannus ex his Ciceronis locis, ubi nihil aliud quam Dicaearchus scriptor ob librorum doctrinam ad docendum aptissimus statuitur, illud colligendum esse censuit. Epp. ad Att. II, 2: „o magnum hominem et a quo multo plura didiceris quam de Procilio“ VIII, 4. „Dicaearchum mehercule aut Aristoxenum diceres arcessi, non unum omnium loquacissimum et minime aptum ad docendum.“

3) Vel nonnullas dicendi rationes, ut συμφιλομάθησον, ἐργῶδες, ἀνθηρογραφεῖσθαι et quod in proverbii usum abierat ἄλις δρυός ex Dicaearchi scriptis repetiisse videtur.

Caput tertium.

Dicaearchi vita.

Dicaearchus Messanae, Siciliae urbe, [1]) natus et Phidiae cujusdam filius fuisse certo Suidae testimonio proditus est [2]). Aetas qua vixerit a plerisque quidem [3]) circa Olympiadem CXV collocata est, sed accuratiores termini, quibus eam circumscribere idque haud temere possimus, et a Dodwello magna cum doctrina frustra quaesiti sunt [4]) et in summa testimoniorum penuria certo erui vix unquam poterunt. [5]) Eam tamen quaestionem non plane neglecturi primum quaerimus, num in ipsis scriptoris fragmentis aliquot loci reperiantur, qui ad aevum ejus certius definiendum valeant. Dicaearchi liber *περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας* commemoratus ex eoque locus de Alexandri Magni *παιδεραστίᾳ* allegatus est. Iam si praestantissimus Macedonum rex solenne apud Trojam sacrificium non ante Olympiadis CX finem instituisse atque Dicaearchus idem illud in singulari suo quem modo allegavi libro exposuisse magna cum veri specie efficitur, temporis simul inde terminus nobis comparatus est, quem vita ejus excessisse necessario conjicienda est. Neque non ex magno Vitae Graeciae fragmento, si quidem excerptorem res in genuino Dicaearchi opere proditas servavisse credimus, pauca afferre licet, sicut Thebas indicari ab Alexandro eversas easque per Cassandrum restitutas et Demetriadem urbem commemorari a Demetrio tandem Poliorceta conditam. Quodsi illi rei gestae Olympiadis CXVI annus primus, huic vero urbis aedificationi ad minimum Olympiadis CXXI

annus secundus assignandus est, temporis iterum momenta nobis effecimus, quae Dicaearchus egressus esse probabiliter statuendus est. Qui denique de Oropo locus ex eodem illo Dicaearchiano fragmento ad aetatem scriptoris definiendam afferri solitus erat missum facio, quippe cujus et lectio et interpretatio admodum dubia esse videatur. Aliorum deinde scriptorum de ejus aetate testimonia in eo omnia congruunt, quod cum Aristotele, Theophrasto, Aristoxeno et Heraclide Pontico coaetaneum faciunt. Ita Athenaei et Suidae locis [6]) Aristotelis auditor fuisse memoratus est, qua ex re, si quidem Dicaearchum Aristoteli non antequam adolevisset operam dedisse conjicimus, Aristotelem autem Olympiade CXIV decessisse comperimus, novum quendam terminum lucramur, ante quem Dicaearchum, id quod minimum est, adolevisse statuamus necesse est. Aristoxeno autem, cujus aetas ab Olympiade inde CXI apud Suidam repetitur, aequalem fuisse non solum distinctis hujus lexigraphi verbis [7]) docemur, sed etiam inde colligimus, quod epistolam ad Aristoxenum scripsisse a Cicerone memoratus est. Theophrasto aequalem exstitisse et ex his quae modo monita sunt et ex veterum nonnullis citationibus, ubi juxta Aristotelem, Theophrastum et Hieronymum ponitur, perspicuum est, nisi forte cui singularia magis argumenta allaturo librum a Dicaearcho Theophrasto dedicatum et tabulas Dicaearchi geographicas eidem dono datas advocare placet. Si autem Democriti sententiam amplexus esse in Artemidori epitome refertur, hac notitia non multum lucri facimus ad scriptoris aetatem accuratius definiendam, aeque parum atque alio vetustatis testimonio, quo Dicaearchus ex adverso Euphronii et Antipatri collocatus antiquus auctor appellatus est. Omnibus denique singulis illis indiciis inter se compositis, haud a vero aliena mihi conjectura esse videtur, qua Dicaearchum Olympiade fere CVIII natum esse et, si sexagenarium fere obiisse credimus, ad Olympiadem circiter CXXIII vel CXXIV vitam produxisse suspicamur.

Haud multo certior quam de aetate quaestio de locis est in quibus potissimum Dicaearchus vitam degerit. Athenis eum commoratum fuisse jam ideo statuendum est, quod Aristotelis discipulus fuisse relatus est, neque praeterea hac in re negligendum est, quod descriptionis Athenarum vestigia, quae in magno fragmento relicta sunt, credere nos jubent, Dicaearchi de hac urbe expositionem, quam aliquanto praeclariorem fuisse Ciceronis laudes docent, nonnisi a teste oculato proficisci potuisse. [8]) Tanagrae eum versatum fuisse ex fragmenti prosaici loco repetimus nec non magna cum veri specie omnes eos locos quos descripsit ipsum adiisse conjicimus. Quod Pelium sicut omnino Graeciae montes emensus est, certa adest Plinii auctoritas, neque minus de Dicaearchi in Peloponneso commoratione Ciceronis testimonium. Inprimis Spartae aliquamdiu egisse ipsoque in loco reipublicae Spartanae conditionem et formam cognovisse conjecerim, quam literis deinde tam egregie mandasse narratur, ut liber hac de re conscriptus publica recitatione dignus judicaretur. [9]) Ex studiis denique suis geographicis operibusque, quorum passim mentio fit, huc pertinentibus, si veterum rationem terrarum cognitiones sibi comparandi consideramus, Dicaearchus efficiendus est itinera per Graeciam et quae accessu faciliores erant alias terras instituisse: septentrionales enim regiones eum non vidisse Strabo disertis verbis prodidit. Dicaearchum publico munere aliquo in loco functum esse nusquam memoriae mandatum est, quanquam, quum vitam in civilibus rebus occupatam plurimi fecisse referatur, ipsum ab ejusmodi curis alienum fuisse haud veri simile est. [10])

1) Hagerum in palaestra geographica t. II, p. 423. Messanam Peloponnesi patriam nostri Dicaearchi statuentem idque ex Ciceronis potissimum loco epp. ad Att. VI, 2, ubi in Peloponneso vixisse memoratur, repetentem neque Fabricius in bibl. Gr. t. III, p. 486 secutus est et Buttmannus diserto Suidae loco refutavit. Qua in re etiam accuratius dijudicanda idem vir doctissimus rectissime animadvertit, quod Dicaearchum insignem linguae et morum Siculorum notitiam habuisse ex aliquot fragmentis cognosceremus: quod quidem momen-

tum, ubi distincta Suidae auctoritas accedit, minime omnium negligendum est, etiamsi alioquin Dicaearchum istam notitiam itinere per Siciliam facto vel etiam libris ea de insula perlectis sibi comparare potuisse conjicere liceret.

2) Suid. t. I, p. 585. *Δικαίαρχος Φειδίου, Σικελιώτης ἐκ πόλεως Μεσσήνης κ. τ. λ.*

3) Qua in sententia Hagerus facem praetulit.

4) Doctissimum hunc virum, chronologicis suis studiis celeberrimum, in larga de Dicaearcho ejusque fragmentis dissertatione, quae in Gailii geographis secundis curis repetita est, etiamsi nonnulla cum aliqua veri specie conjecisse concesserim, ideo tamen potissimum peccare saepissime debuisse perspicuum est, quod neque de critica fragmentorum Dicaearcheorum auctoritate inquisiverat et conjecturis haud raro temerariis alias conjecturas novasque sententias superstruere haud dedignatus est.

5) Quod quum ita esset, omnem eam rem Buttmannus plane omisit: quam tractandi argumenti rationem equidem haud approbo, quoniam nonnulla saltem indicia, ut statim videbimus, nobis relicta sunt, quibus sapienter utentes ad veritatem aliquanto propius accedere queamus. Nonnulla quae in hanc rem cadunt inprimis Osannus in ephemeridd. scholastt. l. l. p. 1115 commonstravit.

6) Suid. l. l. *Ἀριστοτέλους ἀκουστής.* Athen. XI, c. 4 et XV, c. 2. *Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος, Ἀριστοτέλους μαθητής.*

7) Suid. voc. *Ἀριστόξενος — γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν μετέπειτα χρόνων· ὡς εἶναι ἀπὸ τῆς ρια Ὀλυμπιάδος, σύγχρονος Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ.*

8) Suspicari adeo possemus, verba prosaici fragmenti *λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται* et quae proxima sunt respicientes, Dicaearchum Athenis inquilinum consedisse hujusque conditionis incommoda passum non optimo erga hanc urbem animo affectum fuisse.

9) Qua ex re Buttmannus collegerit Dicaearchum praesertim in Peloponneso vixisse, mente equidem haud assequor: Cicero enim l. l. nihil aliud quam „etenim erat *ἱστορικώτατος*, inquit, et vixerat in Peloponneso," idque posterius profert ratione Dicaearchianae relationis de Peloponneso geographicae habita. Inde autem, quod Dicaearchus sermonem Corinthi et alterum Mitylenae habitum edidit, minime omnium effici potest his in locis ipse versatus fuisse. Nisi forte Buttmannus verba Ciceroniana „Corinthi habitum" de sermone, quem Dicaearchus Corinthi ipse habuerit (non, ut revera statuendum est,

ibi habitum finxerit), intellexit, quam contra interpretationem alius Ciceronis locus quaestt. Tusc. I, 31, ubi haec habes: „quod Mitylenis sermo habetur“ apertissime pugnare videtur.

10) Buttmannus iterum justo plura suspicatus est, si Dicaearchum magna in rebus publicis auctoritate usum fuisse praedicavit. Hocce enim neque ex Suidae loco, ubi liber de Spartanorum republica per multum temporis publice recitatus fuisse refertur, neque ex Pliniano, ubi *regum cura* montes permensus fuisse dicitur, jure repetere licet.

tum, ubi distincta Suidae auctoritas accedit, minime omnium negligendum est, etiamsi alioquin Dicaearchum istam notitiam itinere per Siciliam facto vel etiam libris ea de insula perlectis sibi comparare potuisse conjicere liceret.

2) Suid. t. I, p. 585. *Δικαίαρχος Φειδίου, Σικελιώτης ἐκ πόλεως Μεσσήνης κ. τ. λ.*

3) Qua in sententia Hagerus facem praetulit.

4) Doctissimum hunc virum, chronologicis suis studiis celeberrimum, in larga de Dicaearcho ejusque fragmentis dissertatione, quae in Gailii geographis secundis curis repetita est, etiamsi nonnulla cum aliqua veri specie conjecisse concesserim, ideo tamen potissimum peccare saepissime debuisse perspicuum est, quod neque de critica fragmentorum Dicaearcheorum auctoritate inquisiverat et conjecturis haud raro temerariis alias conjecturas novasque sententias superstruere haud dedignatus est.

5) Quod quum ita esset, omnem eam rem Buttmannus plane omisit: quam tractandi argumenti rationem equidem haud approbo, quoniam nonnulla saltem indicia, ut statim videbimus, nobis relicta sunt, quibus sapienter utentes ad veritatem aliquanto propius accedere queamus. Nonnulla quae in hanc rem cadunt inprimis Osannus in ephemeridd. scholastt. l. l. p. 1115 commonstravit.

6) Suid. l. l. *Ἀριστοτέλους ἀκουστής.* Athen. XI, c. 4 et XV, c. 2. *Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος, Ἀριστοτέλους μαθητής.*

7) Suid. voc. *Ἀριστόξενος — γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν μετέπειτα χρόνων· ὡς εἶναι ἀπὸ τῆς ρια Ὀλυμπιάδος, σύγχρονος Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ.*

8) Suspicari adeo possemus, verba prosaici fragmenti *λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται* et quae proxima sunt respicientes, Dicaearchum Athenis inquilinum consedisse hujusque conditionis incommoda passum non optimo erga hanc urbem animo affectum fuisse.

9) Qua ex re Buttmannus collegerit Dicaearchum praesertim in Peloponneso vixisse, mente equidem haud assequor: Cicero enim l. l. nihil aliud quam „etenim erat *ἱστορικώτατος*, inquit, et vixerat in Peloponneso," idque posterius profert ratione Dicaearchianae relationis de Peloponneso geographicae habita. Inde autem, quod Dicaearchus sermonem Corinthi et alterum Mitylenae habitum edidit, minime omnium effici potest his in locis ipse versatus fuisse. Nisi forte Buttmannus verba Ciceroniana „Corinthi habitum" de sermone, quem Dicaearchus Corinthi ipse habuerit (non, ut revera statuendum est,

ibi habitum finxerit), intellexit, quam contra interpretationem alius Ciceronis locus quaestt. Tusc. I, 31, ubi haec habes: „quod Mitylenis sermo habetur“ apertissime pugnare videtur.

10) Buttmannus iterum justo plura suspicatus est, si Dicaearchum magna in rebus publicis auctoritate usum fuisse praedicavit. Hocce enim neque ex Suidae loco, ubi liber de Spartanorum republica per multum temporis publice recitatus fuisse refertur, neque ex Pliniano, ubi *regum cura* montes permensus fuisse dicitur, jure repetere licet.

Caput quartum.

Philosophica Dicaearchi scripta.

De *anima* Dicaearchus duo scripta [1]) eaque dialogica forma composuerat, [2]) quorum alterum ex sermonis ficti loco *Corinthiacus*, [3]) alterum a Mitylene, dialogi sede, *libri Lesbiaci* inscribebantur et quorum utrumque in ternos libros divisum erat. [4]) In illo animam substantia non praeditam omninoque hanc vocem sine ullo momento esse contendit, nisi quaedam corporis exaggeratio vel constitutio intelligeretur in omnibus quae viva essent aequabiliter sparsa neque ab iis ullo modo divellenda, [5]) in hoc autem scripto, id quod statuere deinde necessario debuit, animae mortalitatem docuit. [6]) Singularis et ab his plane diversus liber isque minus philosophicus quam fere dixerim statisticus fuisse videtur *de interitu hominum.* [7]) Porro *de divinatione* librum conscripserat in eoque duo divinationis genera, alterum per somnum, alterum per furorem posuerat. [8]) Haec philosophica sunt Dicaearchi opera, quae quidem certo cognita habemus, quanquam compluria Dicaearchea fragmenta, quae sine operis nomine allata sunt, ad genus philosophicum pertinentia suspicioni favent, qua Dicaearchum praeter illa etiam alia scripta philosophica composuisse conjiciamus. Ita Platonem ob amorem sensibus nimis inhaerentem reprehenderat, [9]) alibi philosophiam ab ambulatione per porticum non pendere statuerat [10]) et alio iterum loco omnes propitios, bonos autem amicos sibi reddendos esse docuerat .[11]) Peripateticorum Dicaearchus non infimum sine

dubio tenet locum et etiamsi summa rerum consideratione, quoniam corporum materiae momentum justo potius concessit, minus excelluit, omnia tamen ejus scripta, quantum quidem etiamnunc colligere possumus, laudabile studium testantur, quod historico - criticum dixeris [12]) quodque, etiamsi non semper ad principes rerum causas descendit, in sola tamen usus superficie minime omnium versatur. Dicendi quoque genus ob perspicuitatem ac venustatem laudibus idque inprimis a Cicerone [13]) affectum est, qui quidem, quamvis eum philosophum magni faciat, [14]) nonnunquam tamen eo ita usus fuisse videtur, ut pro auctore non citaverit. [15]) In magno quoque prosaico fragmento aliquot exstant loci, qui philosophicam scriptoris mentem palam testantur, sicut in Athenarum descriptione *ἑορταὶ — ψυχῆς ἀπάταις καὶ ἀνάπαυσις*, in Tanagraeorum moribus *ἄπεστι γὰρ — πονηρίαν* et, ubi de Chalcidensibus sermo est, *δουλεύοντες — προσπίπτοντα*. Animis denique hominum perspiciendis moribusque et ingenio exponendis, sicut illius iterum fragmenti nonnulli loci docent, praestantissimus eaque in re, quod jam Marxius animadvertit, Theophrasto condiscipulo similis fuisse videtur.

1) Cic. ep. ad Att. XIII, 32 „*περὶ ψυχῆς* utrosque velim mittas.“ Plutarch. adv. Colot. ed. Reisk. t. X, p. 586 sq. *καὶ πρῶτόν γε τὴν ἐπιμέλειαν καὶ πολυμάθειαν τοῦ φιλοσόφου σκεψώμεθα, ὅτι τούτοις τοῖς δόγμασι Πλάτωνος ἐπηκολουθήκασιν Ἀριστοτέλης καὶ Ξενοκράτης καὶ Θεόφραστος καὶ πάντες οἱ περιπατητικοί. ποῦ γὰρ ἂν τῆς ἀοικήτου τὸ βιβλίον ἔγραφεν, ἵνα ταῦτα συντιθεὶς τὰ ἐγκλήματα μὴ τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντύχῃς; μηδ' ἀναλάβῃς εἰς χεῖρας Ἀριστοτέλους τὰ περὶ οὐρανοῦ καὶ τὰ περὶ ψυχῆς, Θεοφράστου δὲ τὰ πρὸς τοὺς φυσικούς, Ἡρακλείτου δὲ τὸν Ζωροάστρην, τὸ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορουμένων, Δικαιάρχου δὲ τὰ περὶ ψυχῆς, ἐν οἷς πρὸς τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα τῶν φυσικῶν ὑπεναντιούμενοι τῷ Πλάτωνι καὶ μαχόμενοι διατελοῦσι.*

2) Id ex duobus his Ciceronianis locis satis patet Disput. Tusc. I, 10. „in eo sermone quem Corinthi habitum tribus libris exponit“ I, 31. „tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur.“ Dialogi autem quam in his libris adhibuit forma singularis plane et a primo Aristotele in usum vocata fuisse videtur cf. Goerenz ad Cic. de finn. bonn. et mall. p. XV sq. Ceterum etiam

Caput quartum.

Philosophica Dicaearchi scripta.

De *anima* Dicaearchus duo scripta [1]) eaque dialogica forma composuerat, [2]) quorum alterum ex sermonis ficti loco *Corinthiacus*, [3]) alterum a Mitylene, dialogi sede, *libri Lesbiaci* inscribebantur et quorum utrumque in ternos libros divisum erat. [4]) In illo animam substantia non praeditam omninoque hanc vocem sine ullo momento esse contendit, nisi quaedam corporis exaggeratio vel constitutio intelligeretur in omnibus quae viva essent aequabiliter sparsa neque ab iis ullo modo divellenda, [5]) in hoc autem scripto, id quod statuere deinde necessario debuit, animae mortalitatem docuit. [6]) Singularis et ab his plane diversus liber isque minus philosophicus quam fere dixerim statisticus fuisse videtur *de interitu hominum.* [7]) Porro *de divinatione* librum conscripserat in eoque duo divinationis genera, alterum per somnum, alterum per furorem posuerat. [8]) Haec philosophica sunt Dicaearchi opera, quae quidem certo cognita habemus, quanquam compluria Dicaearchea fragmenta, quae sine operis nomine allata sunt, ad genus philosophicum pertinentia suspicioni favent, qua Dicaearchum praeter illa etiam alia scripta philosophica composuisse conjiciamus. Ita Platonem ob amorem sensibus nimis inhaerentem reprehenderat, [9]) alibi philosophiam ab ambulatione per porticum non pendere statuerat [10]) et alio iterum loco omnes propitios, bonos autem amicos sibi reddendos esse docuerat .[11]) Peripateticorum Dicaearchus non infimum sine

dubio tenet locum et etiamsi summa rerum consideratione, quoniam corporum materiae momentum justo potius concessit, minus excelluit, omnia tamen ejus scripta, quantum quidem etiamnunc colligere possumus, laudabile studium testantur, quod historico - criticum dixeris [12]) quodque, etiamsi non semper ad principes rerum causas descendit, in sola tamen usus superficie minime omnium versatur. Dicendi quoque genus ob perspicuitatem ac venustatem laudibus idque inprimis a Cicerone [13]) affectum est, qui quidem, quamvis eum philosophum magni faciat, [14]) nonnunquam tamen eo ita usus fuisse videtur, ut pro auctore non citaverit. [15]) In magno quoque prosaico fragmento aliquot exstant loci, qui philosophicam scriptoris mentem palam testantur, sicut in Athenarum descriptione *ἑορταὶ — ψυχῆς ἀπάταις καὶ ἀναπαυσις*, in Tanagraeorum moribus *ἄπεστι γὰρ — πονηρίαν* et, ubi de Chalcidensibus sermo est, *δουλεύοντες — προσπίπτοντα*. Animis denique hominum perspiciendis moribusque et ingenio exponendis, sicut illius iterum fragmenti nonnulli loci docent, praestantissimus eaque in re, quod jam Marxius animadvertit, Theophrasto condiscipulo similis fuisse videtur.

1) Cic. ep. ad Att. XIII, 32 „*περὶ ψυχῆς* utrosque velim mittas.“ Plutarch. adv. Colot. ed. Reisk. t. X, p. 586 sq. *καὶ πρῶτόν γε τὴν ἐπιμέλειαν καὶ πολυμάθειαν τοῦ φιλοσόφου σκεψώμεθα, ὅτι τούτοις τοῖς δόγμασι Πλάτωνος ἐπηκολουθήκασιν Ἀριστοτέλης καὶ Ξενοκράτης καὶ Θεόφραστος καὶ πάντες οἱ περιπατητικοί. ποῦ γὰρ ἂν τῆς ἀοικήτου τὸ βιβλίον ἔγραφεν, ἵνα ταῦτα συντιθεὶς τὰ ἐγκλήματα μὴ τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντύχῃς; μηδ' ἀναλάβῃς εἰς χεῖρας Ἀριστοτέλους τὰ περὶ οὐρανοῦ καὶ τὰ περὶ ψυχῆς, Θεοφράστου δὲ τὰ πρὸς τοὺς φυσικούς, Ἡρακλείτου δὲ τὸν Ζωροάστρην, τὸ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορουμένων, Δικαιάρχου δὲ τὰ περὶ ψυχῆς, ἐν οἷς πρὸς τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα τῶν φυσικῶν ὑπεναντιούμενοι τῷ Πλάτωνι καὶ μαχόμενοι διατελοῦσι.*

2) Id ex duobus his Ciceronianis locis satis patet Disput. Tusc. I, 10. „in eo sermone quem Corinthi habitum tribus libris exponit“ I, 31. „tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur.“ Dialogi autem quam in his libris adhibuit forma singularis plane et a primo Aristotele in usum vocata fuisse videtur cf. Goerenz ad Cic. de finn. bonn. et mall. p. XV sq. Ceterum etiam

Aristotelis de anima libro, qui in Plutarchi loco modo exscripto memoratus est, duplex titulus fuit, quod quidem in plurimis quoque Platonis dialogis observare licet cf. Plutarch. cons. ad Apoll. ed. Reisk. t. VI, 438. *τοῦτο δέ φησιν Ἀριστοτέλης καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἀποφήνασθαι. βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ περὶ ψυχῆς ταυτί· διόπερ κ. τ. λ.* Diog. Laërt. V, 1, 22.

3) Hoc in dialogo principem personam, cui Dicaearchi sententiae subjicerentur, senem quendam Phthiotam, Deucalionis progeniem et nomine Pherecratem fuisse in Ciceronis loco infra afferendo videbimus.

4) Quod de utroque dialogo a Cicerone disertis verbis indicatum est, ex eaque sola re, quod apud Ciceronem ep. ad Att. XIII, 32 pluralis *utrosque* usurpatur, repetendum est. Tres autem libri, quos Cicero eo loco se maxime nunc velle profitetur, intelligendi sunt duo *περὶ ψυχῆς* dialogi et *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* liber.

5) Dicaearchus animam quatuor elementorum harmoniam esse declarans ea re nihil aliud significaturus fuisse videtur, quam singulas animae apparitiones nonnisi ex accuratiori, quem constitutio efficeret, omnium corporis partium elementarium consensu prodire. Quae opinio quum Aristotelis doctrinae de entelechia quam dixit constitutorum corporum, tum Aristoxeni sententiae comparari potest. Tennemannus hist. phil. t. III, p. 336 Dicaearchi sententiam ab Aristotelis entelechia eo differre statuit, quod hic omnem cogitandi et sentiendi rationem ex singulari substantia repeteret, quae homini extrinsecus conjungeretur. Ceterum cum eodem viro doctissimo dubitare licet, utrum Dicaearchus animam *ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων* nuncupans animi vires earumque apparitiones ex sola compositionis ratione, quae in corporibus animatis obtineat, an non potius ex singulari vi vitali corpora commovente repetierit, inprimis quum apud Plutarchum proferatur *θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν.* Hos autem veterum scriptorum locos quaeso conferas. Cic. Academicc. IV, 40 „Sed redeo ad animum et corpus. Satisne tandem ea nota sunt nobis, quae nervorum natura sit, quae venarum? tenemusne quid animus sit? ubi sit? denique sitne aut, ut Dicaearcho visum est, ne sit quidem ullus?“ Disputt. Tusc. I, 11 „quid de Dicaearcho dicam, qui nihil omnino animum dicat esse?“ c. 18 „Dicaearchum vero cum Aristoxeno, aequali et condiscipulo suo, doctos sane homines, omittamus, quorum alter ne condoluisse quidem unquam videtur, qui animum se habere non sentiat: alter ita delectatur suis cantibus, ut eos etiam ad haec transferre conetur.“ „Dicaearchus quidem (c. 22) et Aristoxenus, quia difficilis

erat animi quid aut qualis esset intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt" et inprimis disputt. Tusc. I, c. 10 „Dicaearchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit; duobus Pherecraten quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum et hoc esse nomen totum inane, frustraque animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quae nulla sit nec sit quidquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturae vigeat et sentiat." Si Tennemannus l. l. hunc Ciceronis locum cum Stobaei loco statim exscribendo confert et, utroque inter se collato, Ciceronem Dicaearchi sententiam non recte exposuisse videri contendit, viro doctissimo hac in re assentiri equidem nequeo, quum Ciceronis expositio neutiquam impediat, quominus opinionem Dicaearcho a Stobaeo aliisque vindicatam, qua animus quatuor elementorum harmonia praedicatur, simul accipiamus. Contra apud Stobaeum locum de Dicaearchi super anima sententiis legimus, qui sine illo Ciceroniano intelligi penitus non posset: ex Iamblicho enim haec a Stobaeo afferuntur Ecl. ed. Heeren t. I, p. 870 *τινὲς μὲν τῶν Ἀριστοτελικῶν αἰθέριον σῶμα τὴν ψυχὴν τίθενται· ἕτερο δὲ τελειότητα αὐτὴν ἀφορίζονται, κατ᾽ οὐσίαν τοῦ θείου σώματος. ἢ ἐντελέχειαν καλεῖ Ἀριστοτέλης, ὥσπερ δὴ ἐν ἐνίοις Θεόφραστος, ἢ τὸ ἀπογεννώμενον ἀπὸ τῶν θειοτέρων γενῶν ὅλων, ὥσπερ ἄν τις νεωτερίσειεν ἐν ταῖς ἐπινοίαις, ἢ τὸ συγκεκραμένον τοῖς σώμασιν, ὥσπερ οἱ Στωϊκοὶ λέγουσι· ἢ τὸ τῇ φύσει συμμεμιγμένον, ἢ τὸ τοῦ σώματος ὄν, ὥσπερ τὸ ἐμψυχοῦσθαι· αὐτῇ δὲ μὴ παρὸν τῇ ψυχῇ ὥσπερ ὑπάρχον, οἷα δὴ λέγεται περὶ ψυχῆς παρὰ Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ*, ubi postrema verba sic translata habes: „alii quod naturae conjunctum est aut a corpore non separabile, cui insit vis vitalis, non tamen ita ut per se in anima subsistat; qualis est Dicaearchi Messenii sententia." Hunc locum Heerenius ex parte mutilatum esse jure arbitratur: recte quidem, si cum Ciceronis verbis „ita figuratum ut temperatione naturae vigeat et sentiat" collocentur, se habere *ἢ τὸ τῇ φύσει συμμεμιγμένον*, in verbis autem *ἢ τὸ τοῦ σώματος*, si Cicero conferatur „nec separabilem a corpore esse" dicens, *ἀχώριστον* intercalandum esse videri. In verbis autem quae jam sequerentur et quae ejusmodi sensum continuisse viderentur, ut *τὸ ἐμψυχοῦσθαι* in corpore situm esset, in animo autem utpote aliquid proprium et singulare (*ὑπάρχον*) non inesset, lacunam haud facile explendam correctionemque pro certa eam solam statuendam esse con-

Aristotelis de anima libro, qui in Plutarchi loco modo exscripto memoratus est, duplex titulus fuit, quod quidem in plurimis quoque Platonis dialogis observare licet cf. Plutarch. cons. ad Apoll. ed. Reisk. t. VI, 438. *τοῦτο δέ φησιν Ἀριστοτέλης καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἀποφήνασθαι. βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ περὶ ψυχῆς ταυτί· διόπερ κ. τ. λ.* Diog. Laërt. V, 1, 22.

3) Hoc in dialogo principem personam, cui Dicaearchi sententiae subjicerentur, senem quendam Phthiotam, Deucalionis progeniem et nomine Pherecratem fuisse in Ciceronis loco infra afferendo videbimus.

4) Quod de utroque dialogo a Cicerone disertis verbis indicatum est, ex eaque sola re, quod apud Ciceronem ep. ad Att. XIII, 32 pluralis *utrosque* usurpatur, repetendum est. Tres autem libri, quos Cicero eo loco se maxime nunc velle profitetur, intelligendi sunt duo *περὶ ψυχῆς* dialogi et *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* liber.

5) Dicaearchus animam quatuor elementorum harmoniam esse declarans ea re nihil aliud significaturus fuisse videtur, quam singulas animae apparitiones nonnisi ex accuratiori, quem constitutio efficeret, omnium corporis partium elementarium consensu prodire. Quae opinio quum Aristotelis doctrinae de entelechia quam dixit constitutorum corporum, tum Aristoxeni sententiae comparari potest. Tennemannus hist. phil. t. III, p. 336 Dicaearchi sententiam ab Aristotelis entelechia eo differre statuit, quod hic omnem cogitandi et sentiendi rationem ex singulari substantia repeteret, quae homini extrinsecus conjungeretur. Ceterum cum eodem viro doctissimo dubitare licet, utrum Dicaearchus animam *ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων* nuncupans animi vires earumque apparitiones ex sola compositionis ratione, quae in corporibus animatis obtineat, an non potius ex singulari vi vitali corpora commovente repetierit, inprimis quum apud Plutarchum proferatur *θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν.* Hos autem veterum scriptorum locos quaeso conferas. Cic. Academicc. IV, 40 „Sed redeo ad animum et corpus. Satisne tandem ea nota sunt nobis, quae nervorum natura sit, quae venarum? tenemusne quid animus sit? ubi sit? denique sitne aut, ut Dicaearcho visum est, ne sit quidem ullus?“ Disputt. Tusc. I, 11 „quid de Dicaearcho dicam, qui nihil omnino animum dicat esse?“ c. 18 „Dicaearchum vero cum Aristoxeno, acquali et condiscipulo suo, doctos sane homines, omittamus, quorum alter ne condoluisse quidem unquam videtur, qui animum se habere non sentiat: alter ita delectatur suis cantibus, ut eos etiam ad haec transferre conetur.“ „Dicaearchus quidem (c. 22) et Aristoxenus, quia difficilis

erat animi quid aut qualis esset intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt" et inprimis disputt. Tusc. I, c. 10 „Dicaearchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit; duobus Pherecraten quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum et hoc esse nomen totum inane, frustraque animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quae nulla sit nec sit quidquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturae vigeat et sentiat." Si Tennemannus l. l. hunc Ciceronis locum cum Stobaei loco statim exscribendo confert et, utroque inter se collato, Ciceronem Dicaearchi sententiam non recte exposuisse videri contendit, viro doctissimo hac in re assentiri equidem nequeo, quum Ciceronis expositio neutiquam impediat, quominus opinionem Dicaearcho a Stobaeo aliisque vindicatam, qua animus quatuor elementorum harmonia praedicatur, simul accipiamus. Contra apud Stobaeum locum de Dicaearchi super anima sententiis legimus, qui sine illo Ciceroniano intelligi penitus non posset: ex Iamblicho enim haec a Stobaeo afferuntur Ecl. ed. Heeren t. I, p. 870 *τινὲς μὲν τῶν Ἀριστοτελικῶν αἰθέριον σῶμα τὴν ψυχὴν τίθενται· ἕτερο δὲ τελειότητα αὐτὴν ἀφορίζονται, κατ᾽ οὐσίαν τοῦ θείου σώματος. ἢ ἐντελέχειαν καλεῖ Ἀριστοτέλης, ὥσπερ δὴ ἐν ἐνίοις Θεόφραστος, ἢ τὸ ἀπογεννώμενον ἀπὸ τῶν θειοτέρων γενῶν ὅλων, ὥσπερ ἄν τις νεωτερίσειεν ἐν ταῖς ἐπινοίαις, ἢ τὸ συγκεκραμένον τοῖς σώμασιν, ὥσπερ οἱ Στωϊκοὶ λέγουσι· ἢ τὸ τῇ φύσει συμμεμιγμένον, ἢ τὸ τοῦ σώματος ὄν, ὥσπερ τὸ ἐμψυχοῦσθαι· αὐτῇ δὲ μὴ παρὸν τῇ ψυχῇ ὥσπερ ὑπάρχον, οἷα δὴ λέγεται περὶ ψυχῆς παρὰ Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ*, ubi postrema verba sic translata habes: „alii quod naturae conjunctum est aut a corpore non separabile, cui insit vis vitalis, non tamen ita ut per se in anima subsistat; qualis est Dicaearchi Messenii sententia." Hunc locum Heerenius ex parte mutilatum esse jure arbitratur: recte quidem, si cum Ciceronis verbis „ita figuratum ut temperatione naturae vigeat et sentiat" collocentur, se habere *ἢ τὸ τῇ φύσει συμμεμιγμένον*, in verbis autem *ἢ τὸ τοῦ σώματος*, si Cicero conferatur „nec separabilem a corpore esse" dicens, *ἀχώριστον* intercalandum esse videri. In verbis autem quae jam sequerentur et quae ejusmodi sensum continuisse viderentur, ut *τὸ ἐμψυχοῦσθαι* in corpore situm esset, in animo autem utpote aliquid proprium et singulare (*ὑπάρχον*) non inesset, lacunam haud facile explendam correctionemque pro certa eam solam statuendam esse con-

jecit, ut pro αὐτή vulgato ex duobus codicibus αὐτῇ legeretur. Ceterum Heerenium sequi non possum, si juxta Dicaearchi sententiam de anima quatuor elementorum harmonia Pythagoreorum τετρακτύν collocandam existimavit. Altero vero Stobaei loco ecl. t. I, p. 796, quocum ad verba (Plutarch.) Placit. philos. IV, β. congruus est, haec leguntur: *Δικαίαρχος (τὴν ψυχὴν φησι) ἁρμονίαν τῶν τεττάρων στοιχείων.* Denique hos in nostram rem exhibeo locos: Sext. Empir. adv. mathem. ed. Fabr. l. VII, p. 438. *οὐ πάνυ δέ γε τὰ τοιαῦτα συνορᾷν δύναται· εἴγε οἱ μὲν μηδὲν φασὶν εἶναι αὐτὴν παρὰ τὸ πῶς ἔχον σῶμα, καθάπερ ὁ Δικαίαρχος· οἱ δὲ εἶναι μὲν ἔλεξαν, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ δὲ τόπῳ περιέχεσθαι κ. τ. λ.* Pyrrhon. hypot. II, c.5. *ἵνα δὲ καὶ τὴν περὶ τοῦ σώματος ἀμφισβήτησιν παρορῶμεν, πάλιν ὁ ἄνθρωπος εὑρίσκεται ἀκατάληπτος διὰ τὸ ἀκατάληπτον εἶναι τὴν ψυχήν. ὅτι δὲ ἀκατάληπτός ἐστιν αὕτη, δῆλον ἐντεῦθεν. τῶν περὶ ψυχῆς διαλαβόντων, ἵνα τὴν πολλὴν καὶ ἀνήνυτον μάχην παραλίπωμεν, οἱ μὲν μὴ εἶναι τὴν ψυχὴν ἔφασαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Μεσσήνιον Δικαίαρχον, οἱ δὲ εἶναι· οἱ δὲ ἐπέσχον.* Nemes. de nat. hom. ed. Matthaei p. 68: *Δικαίαρχος δὲ ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀντὶ τοῦ· κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν τῶν στοιχείων. οὐ γὰρ τὴν ἐκ τῶν φθόγγων συνισταμένην, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν ἐναρμόνιον κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν βούλεται λέγειν. δῆλον δέ, ὅτι καὶ τούτων οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ψυχὴν οὐσίαν εἶναι λέγουσιν· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Δικαίαρχος ἀνούσιον.* Euseb. praep. evang XV, 9. p. 810. a. ed. Par. *τούτῳ τοιγαροῦν ἑπόμενος Δικαίαρχος καὶ κατ᾽ ἀκόλουθον ἱκανὸς ὢν θεωρεῖν ἀνήρηκε* (ita pro *ἀνήρηκε* legendum videtur; ceterum conferas etiam Matth. ad Nemes. p. 407) *τὴν ὅλην ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς.* Tertull. de anima c. 15. „Denique qui negant principale, ipsam prius animam nihil censuerunt; Messenius aliquis Dicaearchus, ex medicis autem Andreas et Asclepiades.“

6) Cic. disp. Tusc, I, 31 „acerrime autem deliciae meae, Dicaearchus, contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur; in quibus vult efficere, animos esse mortales.“ Ad hoc opus etiam Lactantii locum refero inst. VII, 13: „falsa est ergo Democriti et Epicuri et Dicaearchi de animae dissolutione sententia: qui profecto non auderent de animarum interitu mago praesente disserere, qui sciret, certis carminibus cieri ab inferis animas et adesse et praebere se humanis oculis videndas et loqui et futura praedicere; et si auderent, re ipsa et documentis praesentibus vincerentur.“

7) Hoc jam ob duos Ciceronis locos, quos statim afferam, omni dubitatione exemtum esse videtur. Nisi autem hoc utroque loco libri de interitu hominum utpote singularis mentio fieret ac nisi idem Ci

cero alio loco libros Lesbiacos eoque ipso titulo commemoraret, conjicere liceret *de interitu hominum* nonnisi aliam librorum Lesbiacorum vel saltem alicujus eorum partis inscriptionem fuisse. Illi autem sunt: Cic. de off. II, 5. „Est Dicaearchi liber de interitu hominum, peripatetici magni et copiosi, qui, collectis ceteris causis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, belluarum etiam repentinae multitudinis (quarum impetu docet quaedam hominum genera esse consumta) — haec inprimis verba Dicaearchum de mortis hominum genere ex professo et separatim egisse demonstrant, — deinde comparat, quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, id est bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate.“ Consol. ad Tull. ed. Bip. t. IX, p. 351. „Meritoque Dicaearchus in eo libro, quem de hominis interitu luculentum et eruditum conscripsit, nihil habere dubitationis putavit, quin multo plures exstincti sint homines ipsa hominum saevitia et acerbitate, quam omni reliquo genere calamitatis.“ Huc autem, nisi cui forte ad alterutrum *περὶ ψυχῆς* scriptum referre libet, Censorinum quoque respexisse putaverim de die natal. c. 4: „Alii semper homines fuisse nec nunquam (ita pro vulgato *unquam* legendum videtur) ex hominibus natos, atque eorum generi caput (*exordium*, quod adjici solet, pro glossa habeo) nullum exstitisse arbitrati sunt; alii vero fuisse tempus cum homines non essent et his ortum aliquando principiumque natura tributum. Sed prior illa sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet Pythagoram Samium et Ocellum Lucanum et Archytam Tarentinum omnesque adeo Pythagoreos. Sed et Plato Atheniensis et Xenocrates et Dicaearchus itemque antiquae Academiae philosophi non aliud videntur opinati.“

8) Dicaearchi liber de divinatione, *περὶ μαντικῆς*, de qua inter alios etiam *Philochorus* scripserat cf. Athen. XIV, p. 648. d, his veterum locis significatus est Cic. de divin. I, 3. „Reliqui vero omnes — divinationem probaverunt, sed non uno modo. Nam cum Socrates — comprobaret, Dicaearchus peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit.“ 50. „Nec vero unquam animus hominis naturaliter divinat, nisi cum ita solutus est et vacuus, ut ei plane nihil sit cum corpore; quod aut vatibus contingit aut dormientibus. Itaque ea duo genera a Dicaearcho probantur et, ut dixi, a Cratippo nostro.“ II, 51. „At nostra interest scire, quae ventura sint. Magnus Dicaearchi liber est, nescire ea melius esse quam scire.“ (Plutarch) placit. philos. V., α. *Ἀριστοτέλης καὶ Δικαίαρχος τὸ κατ' ἐνθουσιασμὸν μόνον παρεισάγουσι καὶ τοὺς ὀνείρους, ἀθάνατον μὲν εἶναι οὐ νομίζοντες τὴν ψυχήν, θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν.* Philosophicum quoque Dicaearchi opus Ciceronis ep. ad Att.

XIII, 39, loco critica ratione difficillimo, intelligi posse Naekius suspicatus est, nisi ibi codices Ἑλλάδος penitus tuerentur. Ad quemnam denique aut ad quosnam potissimum Dicaearchi libros ea referenda sint, quae de eo apud Themistium sophistam memorantur, nescio cf. p. 285. c. *Πλάτωνος δὲ οὐ μέχρι νῦν καταβοῶσιν ὡς τρὶς πλεύσαντος εἰς Σικελίαν ἐπὶ χρήμασι καὶ τραπέζῃ; Κηφισοδώρους δὲ καὶ Εὐβουλίδας καὶ Τιμαίους, Δικαιάρχους καὶ στρατὸν ὅλον τῶν ἐπιθεμένων Ἀριστοτέλει τῷ Σταγειρίτῃ ποτ' ἂν καταλέξαιμι εὐπετῶς, ὧν καὶ λόγοι ἐξικνοῦνται εἰς τόνδε τὸν χρόνον, διατηροῦντες τὴν ἀπέχθειαν καὶ φιλονεικίαν.*

9) Cic. disp. Tusc. IV, 34. „Atque horum omnium libidinosos esse amores videmus. Philosophi sumus exorti et auctore quidem nostro Platone, quem non injuria Dicaearchus accusat, qui amori auctoritatem tribueremus.“ Sententia per *qui* praecedentibus *philosophi sumus exorti* adnexa prima quidem specie difficilis intellectu videatur.

10) Plutarch. *εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον*; ed. Reisk. t. IX, p. 179, quo quidem loco non certo scimus quae Dicaearcho et quae soli Plutarcho adscribenda sint, quanquam, si collocationem verborum *ὥς ἔλεγε Δικαίαρχος* consideramus, ultima tantum loci pars sententiam Dicaearchi continere videtur. *παρὰ πάντα δὲ ταῦτα χρὴ μνημονεύειν, ὡς οὐκ ἔστι πολιτεύεσθαι μόνον τὸ ἄρχειν καὶ πρεσβεύειν· καὶ μέγα βοᾷν ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ περὶ τὸ βῆμα βακχεύειν λέγοντας ἢ γράφοντας, ἃ οἱ πολλοὶ τοῦ πολιτεύεσθαι νομίζουσιν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ φιλοσοφεῖν τοὺς ἀπὸ τοῦ δίφρου διαλεγομένους καὶ σχολὰς ἐπὶ βιβλίοις περαίνοντας· ἡ δὲ συνεχὴς ἐν ἔργοις καὶ πράξεσιν, ὁρωμένη καθ' ἡμέραν οὐδαμῶς,* (ita perspicuitatis causa interpunxi) *πολιτεία καὶ φιλοσοφία λέληθεν αὐτούς. καὶ γὰρ τοὺς ἐν ταῖς στοαῖς ἀνακάμπτοντας περιπατεῖν φασιν, ὡς ἔλεγε Δικαίαρχος, οὐκ ἔτι δὲ τοὺς εἰς ἀγρόν, ἢ πρὸς φίλον βαδίζοντας. ὅμοιον δ' ἐστὶ τῷ φιλοσοφεῖν τὸ πολιτεύεσθαι.*

11) Plutarch. Symposs. l. IV, init. *φίλον δὲ δεῖ μὴ πικρῶς μηδὲ σοφιστικῶς ἀκούειν ἐκεῖνον τὸν ἀμετάπτωτον καὶ βέβαιον, ἀλλὰ κοινῶς τὸν εὔνουν· ὥσπερ ᾤετο χρῆναι Δικαίαρχος εὔνους μὲν αὐτῷ* (leg. videtur *αὐτῷ*) *παρασκευάζειν ἅπαντας, φίλους δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς.*

12) Etiam *ἱστορικώτατος* Ciceronis loco, quamquam et possis de scientia historica interpretari, idem valere mihi videtur cum *κριτικώτατος*.

13) cf. Cic. ad Att. VIII, 4. „Ad quem ego quas literas, dii immortales, miseram! quantum honoris significantes! quantum amoris! Dicaearchum mehercule aut Aristoxenum diceres arcessi, non unum omnium loquacissimum et minime aptum ad docendum.“

14) Cic. ad Att. II, 12. „Dicaearchum recte amas: luculentus homo est et civis haud paulo melior, quam isti nostri *ἀδικαλαζχοι*.“ VI, 2 „hominis non nequam, sed etiam tuo judicio probati Dicaearchi.“ Tusc. disput. I, 31 „deliciae meae Dicaearchus“ 18. „Dicaearchum cum Aristoxeno, doctos sane homines“ de off. II, 5. „Dicaearchi, peripatetici magni et copiosi“ de finn. bon. et mal. IV, 28. „Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panaetius nec acerbitatem sententiarum nec disserendi spinas probavit, fuitque in altero genere mitior, in altero illustrior; semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicaearchum, ut ipsius scripta declarant: quos quidem tibi studiose et diligenter tractandos magnopere censeo.“ Ceterum etiam Suidas philosophum praedicat neque non Strabo talem existimat cf. I, p. 1. 14. II, p. 277.

15) Cicero Dicaearchi scriptis usus fuisse jam ideo colligi potest, quod singulari eorum studio operam dedit eorumque compluria eo potissimum tempore conquisivit, quo in componendis libellis ipse occupabatur. Neque solum Cicero, ut supra vidimus, in relatione nonnullarum rerum, quibus geographica quaedam expositio et narratio de Pythagorae morte addi potest, Dicaearchum secutus, sed etiam formam ejus imitatus est cf. ad Att. XIII, 30 „volo aliquem — *πολιτικὸν σύλλογον*, more Dicaearchi.“

Caput quintum.

Dicaearchi scripta quae ad civilem rationem pertinuerunt.

Secundum Suidae locum jam saepius allegatum *nihil plane* dubitationis habet, quin Dicaearchus civitatem Spartanam ejusque rationem tanta arte et peritia descripserit, ut qui eam expositionem contineret libellus per multum temporis in ipsa Spartae urbe juvenibus publice recitaretur. [1]) Haec de recitatione notitia eam quoque ob causam magnopere respicienda est, quod qualis fuerit liber haud ambigue indicare videtur: liber enim qualis Spartanis quotannis recitaretur vix aliter comparatus esse potuit, quam brevi dicendi genere et exiguo tantum volumine compactus. [2]) Quo in scripto Dicaearchum quae ad usum pertinerent maxime respexisse et summa tantum momenta et, ut ita dicam, nonnisi principia vitae publicae Spartanae, quam prope intuendo vel fortasse etiam publica munera obeundo ipse cognovisset, [3]) exposuisse cogitamus. Magnopere autem dolemus, quod jam nullum ex hoc libello fragmentum eoque nominatim significato nobis relictum est et quod eo magis dubitare nos necesse est, num haec *Σπαρτιατῶν πολιτεία* singulare separatumque opus an caput *πολιτειῶν* Dicaearcho probabiliter adscribendarum [4]) an denique, id quod Naekius statui posse existimavit, in Vita Graeciae comprehensa fuerit. [5]) Unus tamen Dicaearchi locus superest, *ubi de* Spartanorum phiditiis exponitur [6]) idque tanta accuratione tamque consulto fit, ut non aptiorem sedem quam in opere

de Spartanorum republica habere potuisse videatur. Sed Dicaearchi opus, ex quo ille locus repetitus est, disertis simul verbis indicatum et *Tripoliticus* nominatum est, [7]) idemque eodem quoque titulo a Cicerone semel memoratum. [8]) *Τριπολιτικός* vocabulum variis praeditum esse potest significationibus; proxima tamen ea explicatio esse videtur, qua ejusmodi opus ita inscriptum cogitetur, in quo tres civitates tractatae fuerint. Deinde quum complures philosophici libri iique dialogi, sicut Platonis et Antisthenis, [9]) titulo *πολιτικοί* ex antiquitate nobis restent vel inde tamen de iis referatur, conjicere possunt ac potuerunt vocem *τριπολιτικός* fortiorem tantum vim habere quam *πολιτικός* simplicem. [10]) Fuerunt quoque, qui *Τριπολιτικόν* de vetere Doriensium tripoli egisse ex eoque nomen traxisse existimarent. Denique vix ullum antiquitatis opus perditum esse crediderim, de quo magis diversae et partim audaciores magisque mirae conjecturae prolatae fuerint, quam de Dicaearchi Tripolitico, donec recentissimo tandem tempore *Osannus* unam rectissimam de hoc libro sententiam formavisse videtur, cujus de eo expositionem, si priorum virorum doctorum opiniones brevi indicavero, hoc loco propositurus sum, quoniam meliora et acutiora me expromere posse penitus despero. [11]) *Dalecampius* [12]) in Tripolitico vitam trium civitatum descriptam fuisse suspicatus cautissime tamen, quae istae fuissent, in medio reliquit. [13]) *Dodwellus* [14]) Tripoliticum tripolis Doricae expositionem fuisse conjecit, quam contra sententiam non tantum argumentum de phiditiis fragmenti, quantum id potissimum pugnat, quod Stephanus Byzantinus [15]) distinctis verbis Dicaearchum non tres, sed quatuor metropoles Doricas statuisse dicit. [16]) *Semlerus* [17]) ratione loci Ciceroniani habita [18]) Tripoliticum descriptionem civitatum Pellenes, Corinthi et Athenarum continuisse credidit, quam contra conjecturam apertissime facit, quod Cicero in literis posteriore tempore scriptis se Tripoliticum non invenire pronuntiat [19]) et quod illo Ciceronis loco, ut Passovius rectissime animadvertit, duo singu-

lares libri satis perspicue significati sunt et quod illis denique tribus civitatibus communis in unum conjungendi causa defuisse videtur. [20]) Suspicionem *Meursii*, [21]) qua Tripoliticus fuerit oratio, Passovius ad fragmenti inde conservati rationem et argumentum animadvertens merito refutavit. Neque hac ratione, quemadmodum dicitur, Tripolitico similis modus cum Dicaearchi libris, quibus inscriptum fuit *Παναθηναϊκός* et *Ὀλυμπικός*, intercessit, quoniam post Naekii et Osanni expositionem non jam dubitari poterit, quin ad illos titulos *ἀγών* mente supplendum sit, sicut etiam *Κορινθιακός* et *Λεσβιακός* non tam *λόγοι*, quam *διάλογοι* potius considerandi sunt. Eo autem sensu, quo *Presselius* [22]) *τριπολιτικός* pro *πολιτικώτατος* positum arbitratus est, *τρισπολιτικός* quidem ex usu magis vulgato fuisse Passovio concedendum est, attamen quae vocabula in suo ipse lexico attulit *τρίδουλος*, *τριδύστηνος*, *τριβάρβαρος* etc. simillima ratione inveniuntur. *Corayus* [23]) Dicaearchum initio quidem Spartam, Corinthum Athenasque civitates separatim descripsisse, hos autem libros postea aut ipsum aut alium quendam in unum opus, quod *Τριπολιτικός* vocatum esset, conjunxisse opinatus est. Nullo autem modo firmari potest *Buttmanni* suspicio, qui pro Pellenaeis Pallenaeos substituit, hoc vero nomen [24]) pro aptissima Thebanorum significatione habet et Tripoliticum de Thebarum, Corinthi et Athenarum civitatibus egisse conjicit, qua tamen in re institutiones moresque Spartani ex adverso et utpote excellentiae exemplaria saepissime respecti fuerint. *Naekius*, ita tamen ut, quae ratio inter Tripoliticum ac *πολιτείαν Ἀθηναίων* a Cicerone memoratam et *πολιτείαν Σπαρτιατῶν* a Suida enotatam intercesserit, non discernat, *Passovii* [25]) conjecturam sequitur hancce. *Theopompo* Chio, historico celeberrimo, *Anaximenem* Lampsacenum, aequalem ejus et aemulum, librum, qui tres quae de principatu Graeciae certarent civitates Athenarum, Spartae Thebarumque maxima cum ironia et acerbitate perfricaret, [26]) eo quidem consilio supposuisse statuit, ut Theopompum, qui jam antea

Athenis et Spartae conviciatus esset, [27]) eo etiam odiosiorem redderet. [28]) Scripto autem, quod Anaximenes Theopompi nomine evulgasset, titulum *Τριχάρανον* sive *Τριπολιτικόν* fuisse. Contra istum deinde librum Dicaearchum et Theopompo et illis civitatibus patrocinaturum librum edidisse, quem ex usu in ejusmodi rebus literariis saepius obtinente eodem titulo *Τριπολιτικόν* inscripsisset. [29]) Hanc Passovii sententiam acutissimam esse confiteamur neque cum rebus quae referuntur externis pugnare credamus neque eo rejiciamus, quod severum quod de Thebanis in magno prosaico fragmento profertur judicium et nonnulla quae in Athenarum descriptione ibidem exponuntur inimicum potius Dicaearchi adversus Athenienses et Thebanos animum quam amicum testari videantur; [30]) sed eam nihilo minus, sicut aliam quamvis, si ex adverso Osannianae collocabitur, missam faciemus. *Osannus* a Photii loco proficiscitur, [31]) ubi cujusdam *Petri* [32]) de civili ratione opus memoratur eaque ejus sententia proponitur, qua ea reipublicae forma optima praedicatur, quae ex tribus temperata sit monarchiae, aristocratiae et democratiae principiis. Hoc civitatis genus, quod Cicero quoque omnium optimum arbitratus est, [33]) eo loco *γένος Δικαιαρχικόν* nuncupatur, quod nomen a Dicaearcho ejus generis potissimo auctore ac laudatore tractum esse Osannus merito existimavit. [34]) Hanc autem suam sententiam, quam jam aliquot Pythagorei ante eum quamquam minus perspicue enuntiassent, Dicaearchum in Tripolitico [35]) atque ita quidem exposuisse videri, ut non ex ratione solum firmaret, sed etiam, quemadmodum omnia ad usum revocasset, exemplis illustraret inter eaque inprimis rempublicam Spartanam memoraret et recenseret. [36]) Ita factum esse, ut phiditia in Tripolitico tam accurate describerentur, quoniam ea descriptio caput *πολιτείας Σπαρτιατῶν* sive, quod idem esset, partis quam nos diceremus practicae in Tripolitico effecisset. [37]) Denique Osannus Ciceronem Tripoliticum ab Attico ideo petiisse non sine magna veri specie conjicit, ut in componendo libro de gloria eo uteretur. [38])

1) Suid. l. l. *οὗτος ἔγραψε τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν καὶ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι, καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον, τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι, καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ.* Verba *εἰς τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον* vario modo explicata sunt; ita Buttmannus, ut videtur, cum *τὸν λόγον* arctissime conjuncta transtulit cf. p. 6 „*liber de ephoris*", ita ut efficeremus, ex Dicaearchi libro de republica Spartana eum locum (*τὸν λόγον*), qui ad magistratuum et inprimis ephororum munera pertinuisset, juvenibus recitatum fuisse. Wielandus ad Cic. epistoll. t. I, p. 329 eo sensu ut esset *jussu ephororum* interpretatus est, qui quidem non plane ineptus foret, sed in ipsis verbis — mihi quidem locus non innotuit, quo *ἀρχεῖον* illa vel simili significatione legeretur — inesse non potest. Ceterum jam Fabricius bibl. Gr. t. VI, p. 44 recte verterat: „in ephororum praetorio" neque aliter Schoellius: „dans le palais des Ephores": *τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον* enim idem valet ac, quod simpliciter dicitur, *τὸ ἐφορεῖον* cf. Paus. III, 11 et praepositio *εἰς* hoc loco pro eo, quod exspectari debuit, pro *ἐν* posita inde repetenda est, quod juvenes recitationem libri audituri in praetorium ephororum se conferre debuerunt.

2) Idem igitur judicium eo de libro adhiberi poterit, quod Porphyrium de Vita Graeciae protulisse videbimus Dicaearchum eo in libro res *συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς* composuisse dicentem.

3) Ex Ciceronis loco ep. ad Att. VI, 2 et ex Suidae verbis modo exscriptis jam supra effeci Dicaearchum aliquamdiu Spartae vixisse et alibi adeo civitate Spartana donatum fuisse suspicatus sum. Utcunque autem est, Dicaearchum muneribus et rebus publicis interfuisse jam ideo credimus, quod vitam rebus civilibus addictam in suis scriptis summis semper laudibus extulisse et commendasse refertur. Cf. Cic. ep. ad Att. II, 16 „nunc prorsus hoc statui, ut, quoniam tanta controversia est Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus *τὸν πρακτικὸν βίον* longe omnibus anteponat, hic autem *τὸν θεωρητικόν*, utrique a me mos gestus esse videatur. Puto enim me Dicaearcho affatim satisfecisse; respicio nunc ad hanc familiam, quae mihi non modo, ut requiescam, permittit; sed reprehendit quia non semper quierim." l. VII, 3. „Ac primum illud, in quo te Dicaearcho assentiri negas, etsi cupidissime expetitum sit, et approbante te, ne diutius anno in provincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum" eumque ad loc. Wieland. Haec sententiarum diversitas Theophrasti et Dicaearchi nonnullis quoque aliis Ciceronis locis, ut ep. ad Att. II, 20, indicatur et conjectura, quam Moserus Lactantii institutionum exordii rationem habens ad Cic. de

rep. p. LXXVII protulit, initio hujus operis Ciceroniani illam Dicaearchi sententiam ejusque de rebus civilibus studia et scripta exposita fuisse, aliquam habet veri speciem. Denique ex Ciceronis ad Atticum epistolis hic locus afferendus est II, 12 „Dicaearchum recte amas. Luculentus homo est et civis haud paulo melior, quam isti nostri ἀδικαλαρχοι", ubi elegantem verbi lusum animadvertas quaeso, quum illud vocabulum idem quod ἀδικαιάρχειοι a ratione et studiis Dicaearchi alieni significet et eundem simul sensum quem ἄδικοι ἄρχοντες habeat.

4) Quod ad rerum civilium studia Dicaearchi, paulo infra nonnulla adjiciendi erit locus ibique demonstrare conabimur Dicaearchum ad magistri exemplar πολιτείας composuisse. Rem autem publicam inprimis Spartanam singulari consideratione dignam habitam fuisse, commemoratio horum antiquitatis de ea librorum doceat: ante omnia *Aristoteles* in suis politiis, *Aristocles* Λακώνων πολιτεία (ἐν τῷ πρωτέρῳ) Ath. IV, 140. b, *Critias* Λακεδαιμονίων πολιτεία Ath. XI, 463. e. f. 483. b. 486. e, quanquam haecce fortasse pars tantum universarum ejus πολιτειῶν exstitit cf. Ath. XIV, 663. a. XII, 527. a. b., *Dioscorides* πολιτεία Λακεδαιμονίων Ath. IV, 140. b. f, item *Molpis* Ath. l. c. 140. a. 141. d. et *Persaeus* ibid. Diog. Laërt. VII, 36, *Hippasus* Λακώνων πολιτεία in quinque libris Diog. Laërt. VIII, 84. Ath. I, 14. d. e, *Polycrates* Λακωνικά Ath. IV, 139. b, *Proxenus* Λακωνικῆς πολιτείας β' Athen. VI, 627. c., *Sphaerus* Λακωνικὴ πολιτεία (tertius liber citatur) Athen. IV, 141. b.

5) Secundum *Vossium* de historr. Gr. p. 46 et *Fabricium* l. c. πολιτεία Σπαρτιατῶν singulare opus effecerat, nec minus ex *Corayi* sententia, quanquam ex hujus opinione nonnisi initio, quum postea cum Corinthi et Athenarum rebus publicis in unum Tripoliticum coaluisse conjiciat. Recentiores partem aut Tripolitici aut Vitae Graeciae consideraverunt.

6) Athen. IV, p. 141. περὶ δὲ τοῦ τῶν φιδιτίων δείπνου Δικαίαρχος τάδε ἱστορεῖ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τριπολιτικῷ· τὸ δεῖπνον πρῶτον μὲν ἑκάστῳ χωρὶς παρατιθέμενον καὶ πρὸς ἕτερον κοινωνίαν οὐδεμίαν ἔχον. εἶτα μᾶζαν μὲν ὅσην ἂν ἕκαστος ἢ βουλόμενος· καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ἢ θυμὸς ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστιν· ὄψον δὲ ταὐτὸν ἀεί ποτε πᾶσιν ἐστιν, ὕειον κρέας ἐφθόν· ἐνίοτε δ' οὐδ' ὅ τι μὲν οὖν πλὴν ὄψον τι μικρὸν ἔχον σταθμὸν ὡς τέταρτον μνᾶς μάλιστα· καὶ παρὰ τοῦτο ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὅ γε ἀπὸ τούτων ζωμὸς ἱκανὸς ὢν παρὰ πᾶν τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτοὺς παραπέμπειν· κἂν ἄρα ἐλάα τις ἢ τυρὸς ἢ σῦκον. ἀλλὰ κἄν τι λάβωσιν ἐπιδόσιμον ἰχθὺν ἢ λαγὼν ἢ φάτταν ἤ τι τοιοῦτον, εἶτ' ὀξέως ἤδη δεδειπνηκόσιν ὕστερα περιφέρεται ταῦτα τὰ ἐπάϊκλα καλούμενα. Συμφέρει δ' ἕκαστος εἰς τὸ φιδίτιον ἀλφίτων μὲν ὡς τρία

μάλιστα ἡμιμέδιμνα Ἀττικά, οἴνου δὲ χόας ἕνδεκά τινας ἢ δώδεκα· παρὰ δὲ ταῦτα τυροῦ σταθμόν τινα καὶ σύκων· ἔτι δὲ εἰς ὀψωνίαν περὶ δέκα τινὰς Αἰγιναίους ὀβολούς. πρῶτον μέν respondet εἶτα particulae quae proxime sequitur, neque statui potest ex adverso particulae εἶτα quae ante ὀξέως ἤδη δεδειπνηκόσιν legitur positum esse, quum hoc εἶτα ad nihil aliud quam ad apodosin accuratius significandam inserviat et ad omnem protasin κἄν τι λάβωσιν κ. τ. λ. referatur. Quae quanquam perspicua esse videntur et quanquam nullus sententiarum connexus inter πρῶτον μέν et verba εἶτ' ὀξέως ἤδη δεδειπνηκόσιν effici posse videtur, nisi quis verba πρῶτον μέν κ. τ. λ. et ἀλλὰ κἄν κ. τ. λ. sibi invicem respondere statuit, Schweighaeuserus tamen πρῶτον μέν posteriori εἶτα oppositum esse credidit. Neque magis de ejus rationis necessitate, qua Schweighaeuserus εἶτα μᾶζαν μέν in ἔστι δὲ μᾶζα μέν vel ἔστι δὲ μᾶζαν μέν immutandum praecepit, persuadere mihi possum, quoniam ἔστι post παρακείμενος positum ad haec omnia subjecta δεῖπνον, μᾶζα et κώθων pertinet. Praeterea, si ἔστι δέ legeretur, attractio quae in μᾶζαν obtinet probari vix posset. δεῖπνον inprimis nigrum quod dixerunt jus intelligendum videri obiter animadverto. — Post ἑκάστῳ nullam interpungendi notam posui, quum non minus cum ὅταν θυμὸς ᾖ quam cum παρακείμενός ἐστιν conjungendum esse crediderim. — Quod pro vulgato olim καθ' ὃν etiam a Schweighaeusero receptum est κώθων Casauboni sagacitati debetur. — Passovius pro οὐδ' ὅτι μὲν οὖν, cujus loco aliquando ἐνίοτε δέ τι μόνον exhibitum erat, protulit οὐδ' ὁτιμενοῦν et post τέταρτον quod a Schweighaeusero merito interpositum fuerat μνᾶς omisit. — Quod Passovius pro παρ' ἅπαν, quod Schweighaeuserus edidit, παρὰ πᾶν in medium protulit, assentior, quoniam notio vocabuli ἅπας eo loco mihi non desiderari videtur. — παραπέμπειν a Casaubono per deducere et comitari explicatum est. Meursii tamen rationem cf. misc. Lacon. p. 47, qua pro παραπέμπεσθαι accipitur totusque locus ita vertitur: „quod sufficeret, ut transmitti tota coena ad convivas omnes posset" equidem praeferrem, si ante ἅπαντας αὐτούς praepositio παρά vel πρός posita esset. — τούτων, ad quod ex praecedenti κρέας eoque in collectivum sensum interpretando genitivus κρεῶν mente intelligendus est, multo faciliori eique unius tantum codicis lectioni τούτου, quum κρέας singulari numero antecedat, praeferendum existimavi. — Quod post ὕστερα περιφέρεται in Schweighaeuseri editione exhibetur ταῦτα Passovius, ut mihi quidem videtur, immerito omisit, quum optime se habeat ad ἰχθὺν ἢ λαγών κ. τ. λ. relatum. Ceterum tunc λάβωσιν strictissimo aoristi sensu explicandum est. — συμφέρει, ex Plutarchi nimirum et Porphyrii testimonio τοῦ μηνός vel quod idem

est κατὰ μῆνα. — Utrum *phiditia*, quod conviviorum genus per convivarum societates ex quinis denis συσκήνοις compositas etiam magnam conjunctionum civilium gravitatem in rebus publicis habuit cf. Herm. antiq. Gr. p. 58, a parcendo φείδομαι nomen repetierint an idem quod φιλίτια, convivia amore innitentia, cf. δάκρυ et lacryma, meditari et μελετᾶν, significaverint, hoc quidem loco non discerno, inprimis quum ipsi veteres scriptores de explicando eo vocabulo dubitarent cf. Meurs. miscell. Lacon. I, c. 9—11. Supra equidem formam secutus sum φιδίτια eandem plane cum φιλίτια considerans, jamque nihil aliud adjicio, quam ad Laconica inprimis Cretica syssitia comparationis causa advocanda esse cf. Ath. IV, 143 sqq. Hoeck Cret. p. III, p. 100 sqq. O. Mueller Dor. II, 201 sqq. De menstruis autem ad phiditia collationibus adnoto, quod Plutarchus vit. Lyc. c. 12 singulos convivas farris medimnum, octonos vini choas, quinas casei minas, binas ficuum minas et dimidiam atque aliquantum pecuniae ad comparanda obsonia conferre debuisse tradidit. Ceterum de phiditiis cf. Athenaeum l. l. exponere ita pergentem: Σφαῖρος δ' ἐν τρίτῳ Λακωνικῆς πολιτείας γράφει· φέρουσι δὲ καὶ ἐπάϊκλα αὐτοὶ οἱ φιδίται· καὶ τῶν μὲν ἀγρευομένων ὑφ' αὐτῶν ἐνίοτε οἱ πολλοί· οὐ μὴν ἀλλ' οἵ γε πλούσιοι καὶ ἄρτον καὶ ὧν ἂν ὥρα ἐκ τῶν ἀγρῶν ὅσον εἰς αὐτὴν τὴν συνουσίαν· νομίζοντες καὶ τὸ πλείονα τῶν ἱκανῶν παρασκευάζειν περιττὸν εἶναι, μὴ μέλλοντά γε προσφέρεσθαι. Μόλπις δέ φησι· μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον εἴωθεν ἀεί τι παρά τινος κομίζεσθαι, ἐνίοτε δὲ καὶ παρὰ πλειόνων, παρ' αὐτοῖς κατ' οἶκον ἠρτυμένη ματτύη, ὃ καλοῦσιν ἐπάϊκλον. τῶν δὲ κομιζομένων οὐδεὶς οὐθὲν ἀγοράσας εἴωθε φέρειν· οὔτε γὰρ ἡδονῆς, οὐδ' ἀκρασίας γαστρὸς οὕνεκεν κομίζουσιν, ἀλλὰ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς ἀπόδειξιν τῆς κατὰ τὴν θήραν ποιούμενοι. πολλοὶ δὲ καὶ πολμνια αὐτῶν τρέφοντες ἀφθόνως μεταδιδόασι τῶν ἐκγόνων. ἔστι δὲ ἡ ματτύα· φᾶτται, χῆνες, τρυγόνες, κίχλαι, κόσσυφοι, λαγῴ, ἄρνες, ἔριφοι. οἱ δὲ μάγειροι σημαίνουσι τοὺς ἀεί τι κομίζοντας εἰς μέσον, ἵνα πάντες ἴδωσι τὴν τῆς θήρας φιλοπονίαν καὶ τὴν εἰς αὐτοὺς ἐκτένειαν. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου „τὴν τῶν Καρνείων φησὶν ἑορτὴν παρὰ Λακεδαιμονίοις μίμημα εἶναι στρατιωτικῆς ἀγωγῆς. τόπους γὰρ εἶναι ἐννέα μὲν τῷ ἀριθμῷ· σκιάδες δὲ οὗτοι καλοῦνται σκηναῖς ἔχοντες παραπλήσιόν τι· καὶ ἐννέα καθ' ἕκαστον ἄνδρες δειπνοῦσι, πάντα τε ἀπὸ προστάγματος κηρύσσεται. ἔχει τε ἑκάστη σκιὰς φρατρείας τρεῖς καὶ γίνεται ἡ τῶν Καρνείων ἑορτὴ ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα. τὴν δὲ τῆς διαίτης τῆς τοιαύτης σκληρότητα ὕστερον καταλύσαντες οἱ Λάκωνες ἐξώκειλαν εἰς τρυφήν. De loco autem, ubi phiditia agebantur, cf. Paus. VII, 1. καὶ ἦν καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι αὐτῷ (Tisameno) τάφος ἔνθα τὰ δεῖπνα Λακεδαιμονίοις ἐστὶ τὰ φιδίτια καλούμενα. III, 11. ἔστι δὲ καὶ Ἑρμῆς ἀγοραῖος Διόνυσον φέρων παῖδα καὶ τὰ

ἀρχαῖα καλούμενα ἐφορεῖα, ἐν δὲ αὐτοῖς Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς μνῆμα καὶ Ἀφαρέως τοῦ Περιήρους· καὶ τά γε ἐς Ἐπιμενίδην Λακεδαιμονίους δοξάζω μᾶλλον Ἀργείων λέγειν εἰκότα. ἐνταῦθα αἱ Μοῖραι (pro verbis lacunosis ... καὶ ἔστιν ἃ καὶ Λακεδαιμονίοις ita cum Buttmanno legendum conjicio) καὶ ἑστιατόριόν ἐστιν ἐς τὰ καλούμενα φιδίτια, ὃ κοινὸν πολίτευμα τοῖς τε Κρησίν ἐστι καὶ Λακεδαιμονίοις. Cum universa autem reipublicae Spartanae constitutione, quae etiam Romanis ante oculos obversata esse dicitur cf. Athen. VI, 273. f. μιμησάμενοί τε κατὰ πάντα τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν διετήρησαν αὐτὴν μᾶλλον ἢ ἐκεῖνοι, simplicitas eorum coenae quam accuratissime cohaeret, eaque ad illam conservandam permultum contulisse videtur. Huc referas Pausaniae dicta, qui coenam Persicam et Lacedaemoniam sibi instrui jussit Ath. IV, p. 159. b. c. d. et Sybaritam Spartae commorantem et de Spartanorum victu ita vociferantem l. l.: εἰκότως ἀνδρειότατοι ἁπάντων εἰσὶ Λακεδαιμόνιοι· ἕλοιτο γάρ τις εὖ φρονῶν μυριάκις ἀποθανεῖν ἢ οὕτως εὐτελοῦς διαίτης μεταλαβεῖν.

7) Cf. Athen. l. l. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τριπολιτικῷ.

8) Cic. ep. ad Att. XIII, 32: „Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque velim mittas et καταβάσεως. Τριπολιτικόν non invenio et epistolam ejus, quam ad Aristoxenum misit.“

9) cf. Athen. V, 220. c. d. ὁ δὲ πολιτικὸς αὐτοῦ διάλογος ἁπάντων καταδρομὴν περιέχει τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν. Diog. Laërt. VI, 16. περὶ νόμου ἢ περὶ πολιτείας.

10) cf. recens. meam Lucae quaestt. lexilogg. in Jahnii ephemeridd. 1837. XX, 4. p. 400.

11) Osanni reverendi mei magistri benignitate contigit, ut dissertatione ejus de Tripolitico uterer, antequam impressa in publicum ederetur.

12) ad locum Athenaei exscriptum.

13) Immerito fortasse viri docti neglexerunt, quod titulus τριπολιτικός neque vero τρίπολις fuit, neque πολιτικός inscriptio facile deprehendetur idem significare quod πολιτεία, h. e. singulae cujusdam civitatis descriptio. πολιτικός titulus, cui λόγος sive διάλογος mente adjicias, eundem sensum habet quem περὶ πολιτείας et τριπολιτικός deinde idem valere videtur quod περὶ τῆς πολιτείας τῆς ἐκ τῶν τριῶν εἰδῶν μεμιγμένης. Ista autem ratione aut αἱ τῶν Ἀθηναίων, Κορινθ., Λακεδ. πολιτεῖαι (aut de quibuscumque aliis civitatibus liber egisse statuitur) aut τρίπολις aut etiam τριπολιτεία dicendum fuisse crediderim.

14) Diss. de Dicaearcho apud Gailium p. 56 sqq.

15) cf. infra caput VII, not. 5.

16) Bene quidem scio Dodwellum, ut hanc repugnantiam solveret,

inter tripolin Homericam antiquam et posteriorem Doricam distinxisse, sed quae hac de re disputavit vereor ne acutiora sint quam veriora. Praeterea iterum quaeritur, cur ejusmodi liber τριπολιτικός neque vero τρίπολις inscriptus fuerit, quemadmodum Philochori τετράπολιν, partem ut videtur ejus Atthidis cf. Phot. v. *Τετανίδα γῆν*, memoratam reperimus, pro quo titulo num etiam τετραπολιτικός inveniatur magnopere dubito.

17) Miscell. lectt. fasc. II, p. 27.

18) Epp. ad Att. II, 2.

19) Statuere non possumus ejusmodi opus, quod *Τριπολιτικός* inscriptum fuerit, ita institutum fuisse, ut singulae cujusque civitatis descriptio per se corpus efficeret et singula ederetur. Istud autem ut statuamus, Ciceronem tamen ignorasse non credemus, illas Corinthiorum, Atheniensium et Pellenaeorum πολιτείας etiam in uno Tripolitici libro conjunctas fuisse vel Ciceronem ejus rei in epist. ad Att. XIII, 32 plane immemorem exstitisse. Majori etiam jure cogitare liceret Dicaearchum bis illas πολιτείας, primum in suis πολιτείαις vel suo Ἑλλάδος βίῳ et deinde communi consideratione conjunctas in Tripolitico tractavisse.

20) Eandem sententiam Wielandus ad Cic. epistt. t. V, p. 446 amplexus est.

21) cf. Fabric. bibl. Gr. t. III, p. 489 ed. Harl.

22) Symbol. ad Schneid. lex. p. 94.

23) Prolegg. ad Strab. p. 31 sqq.

24) cf. inprimis pag. 60.

25) Ind. lectt. in univers. lit. Vratisl. instit. 1829. 4.

26) Qua in re fraus eo magis succedere potuit, quod Theopompus ipse scriptor acerrimus exstitisse proditur cf. Cic. ad Att. II, 6 „itaque *ἀνέκδοτα*, quae tibi uni legamus, Theopompino genere aut etiam asperiore multo pangentur“ Ceterum nescio, num Cicero eo loco de Tricarano Theopompi nomine vulgato cogitaverit.

27) Loci veterum huc pertinentes a Passovio indicati sunt Athen. VI, p. 254. b. Demetr. de eloc. p. 251 et praeterea citati Fr. Koch. prolegg. ad Theop. p. 30. J. Aschbach diss. de Theop. p. 22 sq.

28) Quod Anaximeni ita ex voto cesserat, ut posteriores adeo scriptores Theopompum Tricarani sive Tripolitici auctorem haberent cf. Luc. Pseudol. 29, quum alii de ejus libelli scriptore certam sententiam enuntiare non auderent, ut Aristides Rom. t. I, p. 211 ed. Jebb. ὁ *Θαυμαστὸν ἐκεῖνον τὸν Τρικάρανον ποιήσας* et Josephus contr. Ap. I, 24. t. II, p. 459 ed. Haverc. ὅ *δὲ τὸν Τριπολιτικὸν γράψας (οὗ γὰρ δὴ Θεόπομπός ἐστιν, ὥς τινες οἴονται) καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν διέ-*

βαλε. Anaximeni autem disertis verbis in Pausaniae loco vindicatur a Passovio primo accurate considerato VI, 18 ὡς δέ οἱ (Anaximeni) διαφορὰ εἰς Θεόπομπον γεγόνει τὸν Δαμασιστράτου, γράφει βιβλίον, ἐς Ἀθηναίους καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίοις ὁμοῦ καὶ Θηβαίοις συγγραφὴν λοίδορον· ὡς δὲ ἦν ἐς τὸ ἀκριβέστατον αὐτῷ μεμιμημένα, ἐπιγράψας τοῦ Θεοπόμπου τὸ ὄνομα τῷ βιβλίῳ διέπεμπεν ἐς τὰς πόλεις· καὶ αὐτός τε συγγεγραφὼς ἦν καὶ τὸ ἔχθος τὸ ἐς Θεόπομπον ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἐπηύξετο. De hoc autem Theopompi aut Anaximenis potius Tricarano universo, quem aliquando etiam comoediam statuerunt et Theopompo comico Attico adscripserunt, cf., quos libros Passovius allegavit, *Voss* in Seebod. arch. philol. paed. II, 1, p. 139. *O. Mueller* prolegg. ad mythol. p. 98. Ephemeridd. Gotting. 1825. p. 371. *Pflugk* de Theop. p. 44 sq. *Meinek.* quaestt. scen. II, p. 71.

29) Aschbachius l. c. Dicaearchum librum contra illas tres civitates invehentem, Tricaranum s. Tripoliticum composuisse et Theopompo subjecisse conjecit, quam contra opinionem maxime pugnare Passovius recte animadvertit, quod Dicaearchi de Spartanorum republica liber quotannis Spartae et diutissime quidem recitaretur.

30) Ceterum in his locis, qui ad fragmentum critica ex parte difficillimum idque ex genuino Dicaearchi opere nonnisi excerptum pertineant, non magnum momentum collocandum est. Thebanorum quidem descriptionem severissimam et aliquam partem acerbissimam esse patet; num autem in Athenarum expositione in verbis λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται et ἀνεπαίσθητος λιμός aliquid ironiae et fellis lateat, discernere non ausim.

31) Phot. bibl. cod. 37 ed. Bekk. ἀνεγνώσθη περὶ πολιτικῆς ὡς ἐν διαλόγῳ Μηνᾶν πατρίκιον καὶ Θωμᾶν ῥεφερενδάριον τὰ διαλεγόμενα εἰσάγων πρόσωπα. περιέχει δὲ ἡ πραγματεία λόγους ἕξ, ἐν οἷς καὶ ἕτερον εἶδος πολιτείας παρὰ τὰ τοῖς παλαιοῖς εἰρημένα εἰσάγει, ὃ καὶ καλεῖ διναιαρχικόν. ἐπιμέμφεται δὲ τῆς Πλάτωνος δικαίως πολιτείας· ἣν δ' αὐτοὶ πολιτείαν εἰσάγουσιν, ἐκ τῶν τριῶν εἰδῶν τῆς πολιτείας δέον αὐτὴν συγκεῖσθαί φασι, βασιλικοῦ καὶ ἀριστοκρατικοῦ καὶ δημοκρατικοῦ, τὸ εἰλικρινὲς αὐτῇ ἑκάστης πολιτείας συνεισαγούσης, κἀκείνην τὴν ὡς ἀληθῶς ἀρίστην πολιτείαν ἀποτελούσης. In verbis παρὰ τὰ τοῖς παλαιοῖς εἰρημένα non haerendum esse duxerim, quippe quae a compilatore profecta sint hac in enuntiatione fortasse minus cauto et praeterea ad magnum tantum veterum numerum referri possint.

32) Haec *A. Maji* cf. collect. nov. Vatic. II, p. 571, quam Osannus amplectitur, est sententia, qui aliquot ejus fragmenta ex codicibus quoque edidit, quorum uno Ciceronis opinio de optima reipublicae forma opinioni Platonis praefertur.

33) Cic. de rep. I, 29: „itaque quartum quoddam genus reipublicae maxime probandum esse sentio, quod est ex his, quae prima dixi, moderatum et permixtum tribus“ II, 39: „primum enim numero definieram genera civitatum tria probabilia; perniciosa autem tribus illis totidem contraria; nullumque ex eis unum esse optimum; sed id praestare singulis, quod e tribus primis esset modice temperatum.“

34) Majus quoque illud *γένος Δικαιαρχικόν* ad nostrum Dicaearchum retulit, ita tamen ut falsissime de *πρακτικῷ βίῳ* a Dicaearcho plurimi facto cogitaret. Hanc autem suam sententiam Dicaearchum in una suarum *πολιτειῶν* exposuisse credidit. Sed hac in re non sermo est de rei publicae forma, sed tantummodo quaeritur, utrum philosophus in contemplatione tantum rerum versari an etiam negotiis publicis vitaeque communi strenue interesse debeat. Neque quisquam denique erit, qui *δικαιαρχικόν* a *δίκαιος* et *ἄρχειν* eo loco repetendum censeat, quoniam justitia cuilibet civitatis formae subesse debet cf. Cic. de rep. II, 44 „sine summa justitia rem publicam geri nullo modo posse.“

35) Archytae fragm. apud Stob. serm. 141. *φαμὶ δὴ ἐγὼ πᾶσαν κοινωνίαν ἐξ ἄρχοντος καὶ ἀρχομένω συνεστάμεν καὶ τρίτον νόμων. νόμος δὲ ὁ μὲν ἔμψυχος βασιλεύς· ὁ δὲ ἄψυχος γράμμα, πρῶτος ὢν ὁ νόμος. τούτων γὰρ ὁ μὲν βασιλεὺς νόμιμος· ὁ δ' ἄρχων ἀκόλουθος, ὁ δ' ἀρχόμενος ἐλεύθερος· ἃ δ' ὅλα κοινωνία εὐδαίμων. καὶ τούτων παραβάσει* (Osannus collatis Aristot. Polit. IV, 6 init. et Ethic. ad Nicom. VIII, 12 *παρεκβάσει* legendum conjecit) *μὲν βασιλεὺς τύραννος, ὁ δ' ἄρχων ἀνακόλουθος, ὁ δ' ἀρχόμενος δοῦλος, ἃ δ' ὅλα κοινωνία κακοδαίμων. συνέρονται γὰρ ταὶ πράξιες ἐκ τοῦ ἄρχειν καὶ τοῦ ἄρχεσθαι καὶ τρίτον ἐκ τοῦ κρατεῖν. τὸ μὲν οὖν ἄρχειν τῶ κρείσσονος οἰκῆον, τὸ δ' ἄρχεσθαι τῶ χερήονος, τὸ δὲ κρατεῖν ἀμφοτέρων. ἄρχει μὲν γὰρ τὸ λόγον ἔχον τᾶς ψυχᾶς, ἄρχεται δὲ τὸ ἄλογον, κρατοῦντι δὲ τῶν παθέων ἀμφότερα. γίνεται γὰρ ἐκ τᾶς ἑκατέρων συνερμογᾶς ἀρετά. αὐτὰ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἁδονᾶν καὶ ἀπὸ τῶν λυπᾶν ἐς ἀρεμίαν καὶ ἀπάθειαν ἀπάγει ψυχάν.* Hic quoque Archytae locus est: *δεῖ δὲ τὸν νόμον τὸν κάρρονα καὶ τὰν πόλιν ἐκ πασᾶν σύνθετον εἶναι τᾶν ἄλλαν πολιτειᾶν· καὶ ἔχεν τὶ δαμοκρατίας, ἔχεν τὶ ὀλιγαρχίας, ἔχεν τὶ βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας. ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι· τοὶ μὲν γὰρ βασιλέες τᾶς μοναρχίας· τοὶ δὲ γέροντες τᾶς ἀριστοκρατίας· τοὶ δ' ἔφοροι τᾶς ὀλιγαρχίας· ἱππαγρέται δὲ καὶ κόροι τᾶς δαμοκρατίας. δεῖ τὸν νόμον μὴ μόνον ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἦμεν, ἀλλὰ καὶ ἀντιπεπονθέναι τοῖς αὐτοῦ μερέεσσιν. οὗτος γὰρ ἰσχυρὸς καὶ βέβαιος· τὸ δ' ἀντιπεπονθέναι λέγω αὐτῶ καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι τὰν αὐτὰν ἀρχάν, ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ εὐνομωτάτᾳ Λακεδαίμονι. τοῖς μὲν γὰρ βασιλεῦσιν οἱ*

ἔφοροι ἀντικάθηνται, τούτοις δ' οἱ γέροντες, μέσοι δ' οἱ κόροι καὶ ἐπαγρέται. ἐφ' ὃ γὰρ ἂν ῥέψοντι τοὶ πλεονεκτέοντες τῶν ἀρχόντων, οὗτοι τοῖς ἄλλοις ὑποτίθενται. Hippodami hocce fragmentum est: εἰ καὶ σύνθετος ἁ πολιτεία ἦ καὶ συντεταγμένη ἐκ πασᾶν τᾶν ἄλλαν. λέγω δὲ οὐ τῶν παρὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· τυραννίδος γὰρ οὐδεμία χρεία τᾶς πόλεσιν, εἰ μήπω καὶ τᾶς ὀλιγαρχίας ἐπὶ βραχύ. δεῖ τοίνυν βασιλείαν πρᾶταν ἐντετάχθαι καὶ δεύτερον ἀριστοκρατίαν. βασιλεία μὲν γὰρ Θεομίμητον πρᾶγμα καὶ δυσφύλακτον ὑπὸ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς· ταχέως γὰρ ὑπὸ τρυφᾶς καὶ ὕβριος ἀλλάσσεται. διόπερ οὐ δεῖ κατὰ πᾶν αὐτᾷ χρέεσθαι, μέχρι δὲ τῶ δυνατῶ καὶ ποτὶ τὰν πολιτείαν χρησίμω. τὰν δ' ἀριστοκρατίαν ἐπιπλέον ἐμπλέκεν, τῷ πλείονας εἶμεν τὼς ἄρχοντας καὶ φιλοζήλως διατίθεσθαί ποτ' αὐτοὺς καὶ πολλάκις ἀντιμεταλαμβάνεσθαι τὰς ἀρχάς, δαμοκρατίαν δὲ ἀναγκαῖον μὲν ἦμεν πάντως. δεῖ γὰρ τὸν πολίταν μέρος ὑπάρχοντα τᾶς συμπάσας πολιτείας φέρεσθαί τι ἀπ' αὐτᾶς γέρας. Has Pythagoreorum sententias Dicaearchum novisse et bene respexisse Osannus merito suspicatus est.

36) Polybium idem γένος Δικαιαρχικόν et, ut videretur quidem, secundum Dicaearchi Tripoliticum exposuisse Osannus existimavit. Quod ut fieri potuisse concedo, ita necessario statuendum neutiquam arbitror, quum ex tempore inter Dicaearchum et Polybium interposito plurima scripta pessumdata fuerint, quorum aliquo hac in re Polybius uti potuit. Quanquam Polybium geographica Dicaearchi cognita habuisse non ignoramus. Ceterum loci Polybiani qui huc pertinent hi sunt VI, 3. δοκεῖ δέ μοι πάνυ τις εἰκότως ἂν ἐπαπορῆσαι πρὸς αὐτούς, πότερον ὡς μόνας ταύτας ἢ καὶ νῆ Δί' ὡς ἀρίστας ἡμῖν εἰσηγοῦνται τῶν πολιτειῶν. κατ' ἀμφότερα γὰρ ἀγνοεῖν μοι δοκοῦσι. δῆλον γάρ, ὡς ἀρίστην μὲν ἡγητέον πολιτείαν τὴν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἰδιωμάτων συνεστῶσαν. τούτου γὰρ τοῦ μέρους οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλ' ἔργῳ πεῖραν εἰλήφαμεν, Λυκούργου συστήσαντος πρώτου κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ Λακεδαιμονίων πολίτευμα. c. 10. ἃ προϊδόμενος Λυκοῦργος οὐχ ἁπλῆν, οὐδὲ μονοειδῆ συνεστήσατο τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ πάσας ὁμοῦ συνήθροιζε τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ἰδιότητας τῶν ἀρίστων πολιτευμάτων, ἵνα μηδὲν αὐξανόμενον ὑπὲρ τὸ δέον εἰς τὰς συμφυεῖς ἐκτρέπηται κακίας κ. τ. λ. — τοιγαροῦν οὕτω συστησάμενος πλεῖστον ὧν ἡμεῖς ἴσμεν χρόνον διεφύλαξε τοῖς Λακεδαιμονίοις τὴν ἐλευθερίαν.

37) In eo, quod Aristoteles Polit. II, 6 rempublicam Spartanam non tanti faciendam existimaverit, Osannus nihil impedimenti inesse censuit, quominus Dicaearcho eam sententiam vindicaremus, cujus judicium a magistri opinionibus non penitus dependens admiraremur adeo necesse foret.

38) Osannus Ciceronem Tripoliticum ab Attico ideo petiisse con-

jicit, ut in componendo aliquo libro uteretur. Ciceronem autem eum librum, quem tunc in manibus haberet, dialogi forma conscribere eumque dialogum decem legatis Romanis, qui in Achajam ad rerum statum componendum missi fuissent, demandare in animo habuisse. Librum autem illum *de gloria* fuisse videri: a) omnium enim Ciceronis scriptorum nullum et secundum argumentum et secundum tempus melius convenire, quam de gloria, quod anno 710 ab urb. cond. absolutum fuisset cf. Orell. fragmm. Cic. 487. b) Conjici posse, in Tripolitico de civitatum origine sermonem fuisse, ejusdemque argumenti fragmentum ex Ciceronis libro primo de gloria superesse cf. Orell. fragmm. 488. c) fragmentum ex libro de gloria: „*statuerunt aeneam leaenam*“ ad Laidis sepulchrum Corinthi exstructum idque leaena et ariete celeberrimum referendum esse eaque verba ab uno decem legatorum pronuntiata fuisse videri. d) in secundi libri fragmento: „in Tusculanum mihi nuntiabantur gladiatorii sibili“ rem quae anno 709 gesta esset respici, eandem quam Cicero etiam ep. ad Att. XIII, 37 memoraret: „de gladiatoribus, de ceteris, quae scribis *ἀνεμοφόρητα*, facies me quotidie certiorem.“ e) Verbis ad Att. XIII, 32: „videbis igitur, si poteris, ceteros, ut possimus *πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις*“ operis de gloria rationem habitam esse et *πομπεῦσαι* verbo ejus titulum jocose significatum.

Caput sextum.

Dicaearchi quae literas et artes earumque historiam spectaverunt.

Quod titulo *περὶ βίων* commemoratum est Dicaearchi opus jam nemo, ut Bosius olim statuit,[1]) pro uno eodemque cum *βίῳ τῆς Ἑλλάδος* habebit. Majori etiam veri specie, quum princeps hujus operis titulus *βίοι* fuisse videatur, conjicere possemus Dicaearchum de vita in rebus civilibus et domesticis, literis et artibus occupata non solum Graeciae, sed etiam aliarum terrarum amplissimum opus composuisse idque *βίους* inscripsisse, ejusque operis insignem partem *βίον τῆς Ἑλλάδος* exstitisse, quanquam hunc iterum ipsum in compluria capita, veluti *βίον Ἀθηναίων*, *Κορινθίων*, *Πελληναίων* etc., divisum. Unus autem, quo quod equidem sciam illud Dicaearchi opus disertis verbis indicatum est, locus apud Diogenem Laërtium III, 4 est, ubi haec leguntur verba: *καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων*. Etiamsi vero jam credere liceret, operis Dicaearchei inscriptionem *περὶ βίων* vel etiam, inprimis si de solis philosophis egisse cogitamus, accuratiorem magisque singularem et talem fere fuisse, qualis Diogenis Laërtii operi est *περὶ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων*: persuasum tamen habeo *περὶ βίων* quod citatur a scriptore qui citat profectum esse eodem plane modo quo Athenaeus XIII, 557 b. *βίον τῆς Ἑλλάδος*, qui ejus operis titulus omni dubitatione exemtus est, allegat *ἐν τρίτῳ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου* et quo

modo idem XII, 541. e. Diodorum *ἐν τοῖς περὶ βιβλιοθήκης*,[2]) Alexandrum Myndium IX, 388. d. *ἐν δευτέρῳ περὶ τῆς τῶν πτηνῶν ἱστορίας*, Antiphontem XIV, 650. e. *ἐν τῷ περὶ γεωργικῶν* aliosque similiter affert. Majorem etiam Clearchi ex Cypro insula Solensis opus praestat similitudinem, quod Athenaeus VI, 235 aliisque locis genuino ejus titulo *βίοι*, VIII, 344. c. autem et IX, 396. e. minus accurate verbis *ἐν τοῖς περὶ βίων* significavit. Hos vero ipsos Clearchi *βίους*, inprimis quum idem peripateticus fuerit, si cum *βίοις* Dicaearchi compararemus, conjicere nobis fortasse liberet hunc in suo hocce opere similiter atque illum de vitarum generibus singulorum populorum et hominum, praesertim de eorum corruptione per sumtum et luxuriam egisse et philosophicas considerationes et adhortationes ad redeundum in priorem simplicitatem simul adjunxisse.[3]) Sed et ea quae sine ullo dubio et ea quae perquam probabiliter ad Dicaearchi *βίους* referuntur ejusmodi sunt, ut conjecturam nobis imperent, qua Dicaearchum de vitis, de rationibus philosophicis et de scriptis philosophorum Graecorum eo in opere exposuisse statuamus. Accedit, quod in eodem literarum genere alios quoque peripateticos versari videmus: ita Dicaearchi aequalem Aristoxenum, musicum celeberrimum, in libro qui inscriptus fuit *βίοι ἀνδρῶν* de vita Pythagorae,[4]) Archytae, Socratis, Platonis aliorumque disseruisse novimus cf. Diog. Laërt. I, 11. V, 1. et idem vel simile argumentum *βίοι* Satyri peripatetici cf. Ath. VI, 250. f. XIII, 556. a. 584. a.,[5]) quorum epitomen quidam Heraclides fecerat cf. Diog. Laërt. VIII, 1. IX, 5, habuisse videntur. Pariter Dioclis *βίοι τῶν φιλοσόφων* memorantur cf. Diog. Laërt. II, 6, neque non *βίους* Antigoni Carystii cf. Athen. IV, 162. e. VIII, 345. d. X, 419. e. 437. e. XIII, 563. e. 565. d. 603. e. 607. e. Diog. Laërt. III, 39. IV, 3.[6]) et Timothei Atheniensis cf. Diog. Laërt. IV, 1. V, 1.[7]) VII. 1, 2. inprimis vel separatim philosophos respexisse crediderim. Philosophi quoque eorumque vitae et sententiae magnum

locum obtinuerunt in operibus quae latius patuerunt βίοις inscriptis Heraclidis Pontici [8]) et Hermippi cf. Diog. Laërt. V, 2, [9]) qui Callimachi discipulus idemque, ut videtur, peripateticus fuit. [10]) Etiam Xenocratis liber περὶ βίων a Diogene Laërtio memoratus est. Uno autem illo loco, quo βίους Dicaearchi nominatim recenseri vidimus, Diogenis Laërtii III, 5. Dicaearchus affertur Platonem memoriae prodens etiam in isthmo luctatum esse et picturae studuisse et poëmata composuisse, primum quidem dithyrambos, deinde etiam carmina et tragoedias. [11]) Ceteras quoque Dicaearchi sententias et relationes, quae apud Diogenem Laërtium reperiuntur, ex hoc eodem opere repetitas esse veri simillimum est, quum earum argumentum quam maxime congruum sit, ita ut in nullo alio quod quidem nos norimus Dicaearchi opere aptiorem sedem habere potuerint, et quum Diogenes alius operis Dicaearchei mentionem non faciat. Quo inprimis reprehensio de tumido dicendi genere in Platonis Phaedro referenda est. [12]) Eodem porro opere Dicaearchus Axiotheam Phliasiam, Platonis discipulam, tradidisse videtur vestimentis virilibus indutam fuisse [13]) ibidemque sententiam rectissimam enuntiasse, qua septem qui dicuntur sapientes neque sapientes neque sapientiae studio admodum dediti, sed nonnisi ingeniosi et rerum civilium peritissimi fuisse cogitantur. [14]) Quam ad rem hoc quoque spectat, quod Dicaearchus de viris in numerum septem sapientium referendis ita disputavit, ut Thales, Bias, Pittacus et Solon sine ullo dubio iis accensendi, qui autem desiderarentur tres ex hisce sex viris: Aristodemo, Pamphilo, Chilone Lacedaemonio, Cleobulo, Anacharside et Periandro repetendi essent. [15]) Neque a vero alienum existimaverim ex nostro hocce Dicaearchi opere narrationem de Pythagorae morte sumtam esse, Pythagoram nimirum in Musarum sacrum Metapontinum confugisse ibique, postquam per quadraginta dies cibo et potu abstinuisset, diem obiisse. [16]) Pariter in βίοις Dicaearchum retulisse credimus Pythagoram in Cylonis seditione adfuisse, quae relatio aliorum sententiae contraria est,

qui Pythagoram, dum res novae per Cylonem fierent, in Delo apud Pherecydem Syrium magistrum morbo affectum fuisse eumque curavisse tradiderunt. [17]) Nec minus probabile est, quod in his nostris *βίοις* Dicaearchus de magna auctoritate, quam Pythagoras Crotone sibi conciliaverat, [18]) verba fecit ibidemque, quanquam fabuloso fere modo, [19]) Pythagoram mortuum primum Pyrandri, [20]) deinde Callicleae et denique venustae meretricis specie, cui Alce nomen fuisset, resurrexisse narravit. [21]) Quandam quoque Dicaearchi sententiam [22]) ad Platonem, ut videtur, referendam hoc in opere locum habuisse crediderim. [23]) Num autem his in vitis, ut Menagius ad Diog. Laërt III, 4, locorum Plutarchi *περὶ τοῦ εἶ τοῦ ἐν Δελφοῖς* ed. Reisk. t. VII, p. 510 et non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1095 ratione habita, statuendum conjecit cf. etiam Jons. de scriptt. hist. phil. p. 105. etiam de Homero et Euripide egerit, dubito et Dicaearchi fragmenta ad hos, sicut ad alios poëtas pertinentia aliis plane libris accensere paulo infra conabor. De dispositione quidem, expositione, ambitu et ceteris *Βίων* rationibus jam plane nihil certo constitui potest; sed ne unum quidem testimonium adest, quod nobis persuadeat, ut Dicaearchum eo in opere non de philosophis solum, sed etiam de poëtis, oratoribus aliisque literatorum generibus egisse conjiciamus. Nihil denique dubitationis habet, quin *βίοι* Dicaearchi in complures libros descripti fuerint; quam autem in dividendo secutus fuerit rationem, divinari non jam potest, quoniam nonnisi primi libri disertam mentionem reperimus.

Attamen silentio non praetereunda est conjectura, ad quam proferendam quispiam facile adducatur. Quum enim in Dicaearchi Vitis de Pythagora copiose expositum fuisse videatur et quum Dicaearchus eo loco quo *Βίοι* ejus diserte nominantur haud accuratius designetur, suspicari fortasse libet hos *Βίους* non Peripatetici, sed Pythagorei potius celebris Dicaearchi Tarentini opus fuisse, quem Iamblichus [24]) memoravit et Reinesius in Ciceronis et Plutarchi

locos [25]) inferendum esse credidit. Quam contra suspicionem ne moneamus Pythagoreos, quemadmodum in philosophia principium a corporum materie plane exemtum statuerunt vel etiam in finibus morum summum momentum posuerunt, scriptores plurimam partem apparere in contemplando occupatos — quoniam ejus rei posteriori potissimum tempore nonnullae exceptiones inveniuntur, [26]) neve magnopere urgeamus, quam egregie compositio ejusmodi libri, qualis *βίοι* de quibus sermo est fuisse videntur, cum literarum studiis Peripateticorum aliunde nobis cognitis [27]) concinat, nihil aliud animadvertimus, quam et Diogenem Laërtium et Porphyrium, si de Pythagoreo Dicaearcho cogitassent, eum ob magnam Messenii famam et celebritatem accuratius significaturos fuisse videri. [28]) Quod ad literarum tractationem unus tantummodo praeterea Dicaearchus commemoratus est, grammaticus et Aristarchi auditor, Lacedaemonius, [29]) cujus tamen operum nondum certa indicia investigata sunt. [30]) Denique Dicaearchus Aetolus bello Aetolico magnas partes egisse refertur [31]) et a Photio [32]) Dicaearchus nonnisi nominatur, neque aliunde ejus notitiam habemus.

Dicaearchum interpretandis singulis locis Homericis operam dedisse, ex fine majoris fragmenti prosaici repetimus ad *Βίον τῆς Ἑλλάδος* pertinentis, ubi Iliadis versus allatus et quod ad argumentum historicum explicatus est. Sed etiam textorum Homericorum verba, ut Apollonius quidem Dyscolus tradit, [33]) critice constituere non sine egregio successu conatus est ejusque quaedam lectio Aristarchi adeo assensum acquisivit: hoc enim modo Osannus, cf. recensionem saepius citatam, Apollonii locum rectissime commentatus est, quum contraria ex parte Buttmannus p. 3. *γραφή* vocabulo singularem librum de Homero intelligendum eumque Dicaearcho grammatico a Suida memorato vindicandum esse arbitratus esset. [34]) Ad hunc autem quod attinet grammaticum Dicaearchum res perquam dubia esse a nobis supra indicata est, [35]) neque in Apollonii loco quid-

quam inest, quod ad singulare Dicaearchi quod de Homero egerit scriptum statuendum commoveat. Eam quidem in conjecturam, quod Messenius noster Dicaearchus in critice constituendis et interpretandis carminibus Homericis non solum per occasionem versatus fuerit, sed etiam singularem de Homero librum composuerit, aliorum ratio Peripateticorum, inprimis Aristotelis ipsius, Heraclidis Pontici et Chamaeleontis [36]) afferri posset. Plutarcheus quoque exstat locus, [37]) qui ad eam suspicionem confirmandam adhiberi sine ulla dubitatione queat. Ita autem statuentibus Dicaearchi notitiam de saltatione *διὰ τῆς σφαίρας* ad commentarium ejus de Homero referre nobis liceret. [38]) Pro certo denique hac in re equidem nihil dijudicaverim atque eorum potius sententiam amplector virorum doctorum, qui Dicaearchum aliquot suorum scriptorum locis occasione oblata de locis Homericis nec non de Hesiodeis [39]) exposuisse existimant.

Dicaearchi *περὶ Ἀλκαίου* liber, quantum quidem ex fragmentis inde conservatis colligere licet, criticus et exegeticus ad hujus lyrici poëtae carmina commentarius fuisse videtur. Eam enim sententiam, qua Dicaearchus hoc in libro de literaria tantum et aesthetica Alcaei auctoritate et vita egerit isque nonnisi *Βίων* particula fuerit, ut Fabricius bibl. Gr. t. III, p. 486 suspicatus est, jam singulare fragmentorum infra proponendorum argumentum penitus dissuadet. Praeterea ejusmodi libri satis multi, qui partim sine dubio partim perquam probabiliter scriptorum commentarii fuerunt, eodem plane modo inscripti vel citati saltem sunt, ut commentarii ad Homerum, [40]) ad Ionem elegicum, [41]) ad Nicandri Theriaca, ad Eratosthenis Hermen, [42]) ad Aeschylum tragicum, [43]) Epicharmum, Menandrum et Antiphanem comicos, [44]) Sophronem mimographum, [45]) Archilochum et Hipponactem *ἰαμβοποιούς*, [46]) Alcmanem, Anacreontem, Pindarum, Sapphonem, Simonidem, Stesichorum [47]) lyricos inter eosque ad ipsum eundem Alcaeum. [48]) Quam nostram sententiam, si Vossium de hist. Gr. I, p. 47,

Hagerum in palaestra geographica l. c. et Groddeckium init. hist. lit. I, p. 57 sequeremur, simili adeo nostri ipsius Dicaearchi libro περὶ Ἀλκμᾶνος confirmare possemus, qui quidem liber ex illorum virorum doctorum opinione ad Alcmanem poëtam, quem etiam Sosibium et Philochorum commentatos fuisse novimus, commentarius exstitisse dicitur. Sed quum ob argumentum loci ex hoc quod dixerunt scripto repetiti, tum ob auctoritatem codicum posteriori tempore collatorum nihil plane dubitationis habet, quin Athen. XV, p. 668 uno quo commemoratur loco a Casaubono summo jure pro περὶ Ἀλκμᾶνος emendatum fuerit περὶ Ἀλκαίου, quam emendationem jam Meursius et Jonsius approbaverunt, neque ullum recentiorum virorum doctorum, qui de Dicaearcho separatim egerint, libri Dicaearchei περὶ Ἀλκμᾶνος mentionem facere memini. Quem tamen ambitum Dicaearchi ad Alcaeum commentarius habuerit, eo minus divinare licet, quod de magnitudine ipsius carminum Alcaei collectionis nihil certi constat et ex Athen. XI, 481. a. id tantummodo effici potest, quod decem id quod minimum est libris constiterit cf. Welcker in Jahn. ephemeridd. 1830. spec. 1. A veri vero specie non alienum et cum historico et critico et omnium Peripateticorum et inprimis Dicaearchi studio bene congruum est, quod ante commentarium de loco Alcaeo in literarum historia vindicando nonnulla praefatus fuerit. Ceterum quod Alcaei carmina docta interpretatione instruxit, cum reliquis quoque ejus literarum studiis optime quadrat, praecipue cum expositione de scoliorum ratione, quorum inter praestantissimos poëtas etiam Alcaeus relatus est cf. Athen. XV, 694. a. Sicut autem Alcaeus vini deliciis quam maxime deditus fuisse traditur [49]) et carmina adeo, aeque atque alii poëtae, Aeschylus exempli causa et Aristophanes, ebrius composuisse dicitur itaque factum est, ut eorum plurima ad genus symposiacum pertinerent: ita Dicaearchi notitiae ex commentario in Alcaeum ab Athenaeo Deipnosophista repetitae ad ritus symposiacos et praesertim cottabum poculorumque genera spectant. [50]) Neque denique

exegeticum solum, sed etiam criticum fuisse, ex Athen. III, p. 85 [51]) apparet.

Locus Plutarchi Dicaearchum de Euripide scripsisse disertis verbis monet. [52]) Quod utrum in singulari libro eoque de illo tragico poëta separatim exponente — cui quidem sententiae ille locus maxime propitius esse videtur — an in ampliori opere, quod aut totum aut saltem in partibus ei rei recipiendae et disserendae aptum esset, factum fuerit, nunc ipsum in medio relinquimus. [53]) In argumento quidem Euripidis Medeae [54]) Dicaearchus definite enuntiatur in *sua Graeciae Vita* docuisse, Euripidem Medeam ad Neophronis [55]) exemplar institutam exsecutum fuisse. Sed haec opinio, in cujus gratiam loco citato Aristotelis quoque auctoritas allata est quaeque a Naekio — quo id fiat jure pluribus inquirere huc non attinet [56]) — mira dicitur, in *Βίῳ τῆς Ἑλλάδος* aptissimo sententiarum connexu nonnisi obiter explicata nihilque aliud quam accuratioris expositionis alio loco factae summa fuisse potuit, ne Euripidis scholiasten in afferendo scripti Dicaearchei titulo [57]) errare potuisse animadvertam. Quod in majori prosaico fragmento ad *Βίον τῆς Ἑλλάδος* pertinente Euripidis locus allegatus est idque memoriter fieri videtur, ad summum Dicaearchum testatur eum poëtam accurate cognitum habuisse neque tamen singulari studio vel conscribendi de eo consilio amplexum fuisse, et ad nostram igitur quaestionem minoris est momenti. Nec magis necesse est statuamus Dicaearchum de duobus Euripidis trimetris in singulari de hoc tragico libello neque vero in alio aliquo opere *ὡς ἐν παρόδῳ* disputasse. [58]) Singularem tamen a Dicaearcho de Euripide vel de tragicis saltem eorumque fabulis librum compositum fuisse, Sexti Empirici [59]) locus indicare videtur, ex quo Dicaearchum tragoediarum [60]) Euripidis et Sophoclis *ὑποθέσεις* conscripsisse [61]) comperimus, h. e., ut Naekius rectissime animadvertit, [62]) argumenti expositiones cum historica relatione de tempore et modo, quo fabulae doctae fuerant, conjunctas. In hypothesibus fabularum Sophoclis

Dicaearchum Ajacem Sophocleum *Αἴαντος θάνατον* inscripsisse crediderim [63]) eumque poëtam tradidisse [64]) in docendo Oedipode tyranno a Philocle tragico [65]) superatum fuisse. His Dicaearchi de poëtis dramaticis eorumque dramatis observationibus si non plures exstarent, [66]) non sine maxima veri specie conjiceremus Dicaearchum literarium historicumque librum de Euripide et Sophocle *περὶ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους* elaborasse [67]) et similitudinis causa aliorum Peripateticorum scripta, quae eadem temporis iniquitate perierunt, allegare possemus. [68]) Sed neque loco Sexti Empirici accuratius considerato commovemur, ut Dicaearchum fabularum tantum tragicorum quos dixi argumenta exposuisse statuamus, [69]) et loco scholiorum Aristophaneorum veri simillimum redditur, Dicaearchum etiam dramatum hujus poëtae *ὑποθέσεις* conscripsisse. [70]) Deinde Dicaearchum commemorantem reperimus, Sophoclem, neque vero ut vulgo statuebatur Aeschylum, tertium histrionem addidisse, [71]) ejusdemque de Philetaero, Aristophanis filio, adnotationem. [72]) Ratione denique loci Plutarchei [73]) habita, ubi Aristoteles, Theophrastus, Hieronymus et Dicaearchus Peripatetici in disserendo de choris et in componendis didascaliis strenue versati fuisse referuntur, [74]) Dicaearchum perquam probabiliter efficimus de poëtis dramaticis et universa re dramatica amplius opus conscripsisse, in quo et illae hypotheses et, quaecunque sine titulo libri superstites sunt, didascalicae Dicaearchi notitiae comprehensae fuerint. Qua tamen ratione hoc opus dispositum et expositum et quo titulo praeditum fuerit, [75]) dijudicare non ausim, quoniam varios ejus titulos pari probabilitate statuere licet, [76]) idque solum adjicere sufficiat, quod nullam quae justa sit causam perspicio, qua commoti illum *Διδασκαλίας* fuisse negemus. [77]) Quantopere autem ejusmodi opus cum universis literarum studiis Peripateticorum congruat, neque per se latet, et ex operibus in adnotationibus commemoratis satis perspicitur. [78])

Dicaearchum in quaestionibus musicis et in universa,

ut videtur, arte musica occupatum fuisse, ex loco Plutarchi supra exscripto [79]) et ex fragmento *Βίου τῆς Ἑλλάδος* superstite [80]) pro satis certo repetere debemus. Dicendi quoque rationes, quae ex arte musica sumtae in compluribus ejus fragmentis reperiuntur, [81]) quod minimum est Dicaearchum eam cognitam habuisse testantur. Sed disertis plane verbis Dicaearchi *περὶ μουσικῆς* opus commemoratum ex eoque locus propositus est de usu antiquitus tradito per recitationem in conviviis ramum laureum vel myrteum manu tenendi. [82]) Qua tamen in re conjici posset, eaque Naekii et, ut videtur, etiam Osanni fuit sententia, [83]) *περὶ μουσικῆς* universam tantum significationem eamque nonnisi a scriptore, qui in citando festinasset et in angustum coëgisset, profectam esse pro *περὶ μουσικῶν ἀγώνων*, et Luciani scholiastes afferri posset, qui, ubi Dicaearchi relationem modo cum aliis scriptoribus ad verba consentaneo proponit, ab iis eo differt, quod, quum illi *ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων* citaverint, ipse *ἐν τῷ περὶ μουσικῆς* allegavit. [84]) Jonsius quidem eam repugnantiam de medio tollere ita conatus est, ut *περὶ μουσικῆς* pro titulo totius operis, *περὶ μουσικῶν ἀγώνων* autem pro inscriptione capiti vel parti ejus operis attributa consideraret. [85]) Quae suspicio a veri specie plane aliena esse mihi videtur, nec de Luciani scholiaste dubitaverim, quin ejus citandi ratio non minus quam id, quod pro *τρία γένη ᾠδῶν* quod ceteri scriptores exhibent *δύο γένη ᾠδῶν* substituit, levissimae festinationi vitio vertendum sit. [86]) Num eadem autem ratio in scholio ad Aristophanem infra exhibito statuenda sit, magnopere quaeritur: fieri enim potest, ut universum ibi Dicaearchi de musica opus allegatum sit, et fac adeo tractatus *περὶ μουσικῶν ἀγώνων* intelligi debeat, *περὶ μουσικῆς* tamen quod citatur inde fortasse repetendum est, quod universus ejusmodi Dicaearchi de musica liber revera existeret. Quod tale vero scriptum composuisset, cum literarum studiis aliorum Peripateticorum egregie conveniret, eaque ratione Dicaearchus cum Aristoxeno, Heraclide Pontico [87]) aliisque com-

parari posset. Sed ne verba Plutarchi supra exscripta, quae talem Dicaearchi librum sine ullo dubio innuunt,[88]) magnopere urgeamus, de aliquo ejus scripto aut super musica universa aut musici saltem argumenti Ciceronis loco certiores fimus, quo Cicero Attico narravit se epistolam, quam Dicaearchus ad Aristoxenum scripsisset, non invenisse.[89]) Hoccine loco Ciceronem cogitemus epistolam Dicaearchi ad Aristoxenum significasse, quae de rationibus vitae egerit eamque quae posteriori etiam tempore singula exstiterit, annon epistola potius intelligenda est literarii argumenti vel etiam, si ita malumus, literaria dissertatio in epistolae formam redacta? Quale vero ejus argumentum majori cum veri similitudine statuitur, quam musica? Quam quidem ad rationem non solum alia literarum genera epistolarum forma[90]) tractata, sed etiam inprimis musicam ita expositam fuisse[91]) scimus. Hoc igitur in libello eoque, ut videtur, epistolari modo conscripto Dicaearchum rationem musicae proposuisse aut suas saltem sententias, quae ab Aristoxeni sententiis fortasse discreparent, de musicae principiis elocutum fuisse crediderim, quum in scripto *περὶ μουσικῶν ἀγώνων*, quod statim accuratius consideraturi sumus, de musica eatenus tantum egisse statuerim, quatenus ars fuerat apud Graecos quam maxime exculta et ad certamina in ludis publicis aptissima.[92]) Ceterum quod ad hoc attinet scriptum, dubium esse videatur, utrum ejus titulus *περὶ μουσικῶν ἀγώνων* an non potius magis universus,[93]) ut cum scriptis aliorum Graecorum consentaneum est,[94]) *περὶ ἀγώνων* fuerit: quam posteriorem conjecturam si sequeremur, majori etiam jure liceret Dicaearchi relationes de Deliorum *γεράνῳ*[95]) et de pilae ludo apud Graecos usitato[96]) huicce scripto vindicare.[97]) Quod utcunque est, post expositiones complurium virorum doctorum[98]) dubitare non possumus, quin hoc opus in nonnullas partes descriptum fuerit easque considerare debeamus quae citantur dissertationes *περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων*,[99]) *Παναθηναϊκός* et *Ὀλυμπικός*.[100]) Quae ex hoc opere superstites sunt Dicaearchi

relationes, de nomine *scoliorum* [101]) agunt, de *choris cyclicis* ab *Arione* institutis, [102]) de more in *Panathenaeorum* festis olim obtinente, quo etiam feminae aetate majores ramos gestaverint [103]) et de rhapsodica carminum piacularium recitatione Olympiae habita. [104]) Quae denique ratio inter hunc *περὶ ἀγώνων* librum et *Βίον τῆς Ἑλλάδος* intercesserit et num omnino aliqua ratio inter duo haec scripta obtinuerit, dijudicare non ausim; [105]) Naekii, Osanni et Buttmanni conjecturam, [106]) qua *περὶ ἀγώνων* liber pars illius operis fuerit, [107]) a veri quidem specie non alienam existimo, sed non approbaverim, antequam locus repertus fuerit, qui et titulo *περὶ μουσικῶν ἀγώνων* vel etiam *περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων* etc. et inscriptione *Βίου* laudetur.

1) ad Cic. ep. ad Att. XIII, 39.

2) Quo loco mutandum aliquid esse persuadere mihi nequeo, et Schweighaeuserum quoque, qui ad contextum *ἐν τοῖς βιβλιοθήκης* vel *ἐν τῷ ιά βιβλιοθήκης* legendum proposuerat, in indice deinde codicum lectioni patrocinantem video.

3) Etiamsi dicendi genus hujus Clearchi, sicut Schweighaeuserus ad Athenaeum contendit, exquisitum atque affectatum potius fuerit, cum eo tamen doctissimo viro mihi plane non convenit, quod Clearchum absurdissimum scriptorem fuisse existimavit. Consideratis potius Clearchi quae supersunt fragmentis Clearchum mihi persuadeo in memorato opere summum consilium sibi proposuisse, a morum corruptela suo ipsius aevo obtinente ad integritatem et simplicitatem priorum temporum revocandi, quod quidem cum rationibus Peripateticorum quam maxime congruum est usum vitae semper respicientium. Praeter varias enim de luxuria et voluptatibus diversarum gentium, ut Medorum, Scytharum, Siculorum, Tarentinorum, Milesiorum singulorumque hominum, ut Darii Codomanni, Cantibaridis Persae, Phalaridis et Dionysii tyrannorum, de helluationibus Anaxarchi eudaemonistae et de magnifico Parrhasii pictoris habitu notitias a luxuria diserte dehortantem deprehendimus: *εὐλαβητέον οὖν τὴν καλουμένην τρυφὴν οὖσαν τῶν βίων ἀνατροπήν, ἅπάντων τε ὀλέθριον (δεῖ) ἡγεῖσθαι τὴν ὕβριν.* Quo etiam pertinet, quod suorum aequalium vivendi rationem ex adverso priorum temporum considerat, quod de octogenaria aetate quam Gorgias Leontinus temperantia sua adeptus fuerit verba facit et quod de *κοσμοσανδάλοις* a Lacedaemoniis receptis disserit,

qui hac ipsa re (elegantem verborum lusum animadvertas quaeso) τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν. Alio loco Euxithei Pythagorici sententia, ex qua animus vindictae causa corpori adnexus sit, proponitur atque alio de principe agitur vocabuli παράσιτος significatione. Quo autem modo totum opus disposuerit et exsecutus sit, ne conjici quidem adhuc potest; satis amplum fuisse videtur, quum Athenaeus octavum ejus librum commemoraverit.

4) Ex Gellii quidem Noct. Att. IV, 11 quispiam fortasse suspicetur Aristoxenum de Pythagora in singulari libro exposuisse. Sed equidem neque hoc ita fuisse neque cum Schoellio hist. lit. Gr. t. II, p. 200 βίους ἀνδρῶν Aristoxeni caput ejus ἱστορικῶν ὑπομνημάτων effecisse neque cum Vossio de historr. Gr. I, p. 44 idem quod ἱστορικὰ ὑπομνήματα opus exstitisse crediderim.

5) Quae de Dionysio protulit cf. Ath. XII, 541. c., ὡς ἐν παρόδῳ dixisse videtur.

6) Antipatrum, quem Athenaeus III, 82. b. allegat, a βίοις separandum esse duxerim, neque accurate tamen discernam, utrum hic Antipater carmen (panegyricum), ut Jacobsius ad Anthol. II, 1, p. 203 statuit, an vita pedestri oratione conscripta fuerit, ita ut Antigonus ipse versus citatos tantummodo attulerit. Confiteor vero ob omnem rationem, qua Athenaeus in allegando utitur, priorem sententiam probabiliorem mihi videri.

7) Hoc quoque loco citatur ἐν τῷ περὶ βίων.

8) περὶ βίων. α'. β'. Diog. Laërt. V, 6, 87. In hoc enim opere prae ceteris etiam Themistoclis et Periclis vita tractata fuit.

9) Jam antequam quae recentiores viri docti de hoc Hermippo exposuerunt in notitiam meam venissent, libellos ab Athenaeo citatos περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν cf. etiam Diog. Laërt. I, 41. ἐν τῷ περὶ τῶν σοφῶν, περὶ Γοργίου, περὶ Ἰσοκράτους et fortasse etiam περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν nihil nisi capita illius amplioris operis fuisse suspicatus eram. Si enim Groddeckius cf. init. hist. lit. I, p. 185 Hermippum in singulari scripto eoque in complures libros diviso de Isocratis discipulis egisse statuebat, talem conjecturam Athenaei loci huc pertinentes concedere quidem videbantur, sed eodem plane jure Athen. VIII, 342. e. ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν ita explicari posse credebam, ut aut Isocratis discipuli in tertio *Βίων* libro tractati fuerint aut ea Vitarum pars, in qua de Isocraticis sermo fuerit, iterum ipsa in complura capita descripta fuerit. Athen. autem X, p. 451. e. ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, si quis pro eo in meam sententiam ἐν τῷ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν desideraret, ex ampliori ejus capitis ambitu repetebam. Istam meam suspicionem et ita quidem, ut

etiam latius pateat, in fragmentorum Hermippi collectione a *Lozynskio* instituta Bonnae 1832. 8. confirmatam video, quanquam hic operis Hermippi literarum historiam spectantis principem titulum non *βίοι*, sed *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων* ipsumque opus in quinque hos libros: 1) *περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν* 2) *περὶ τῶν νομοθετῶν* 3) *βίοι τῶν φιλοσόφων* 4) *περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων* 5) *βίοι τῶν ῥητόρων* dispositum fuisse arbitratus est. Multo majori cum veri specie *Prellerus*, ubi memoratam fragmentorum editionem recenset cf. Jahn. ephemerr. 1836. XVII, 2, p. 159 sqq., summam operis Hermippei inscriptionem *Βίοι* fuisse censet idque in tres hos libros, quorum singulorum quoque rationem et institutionem monstrare studet, distributum conjicit: 1) *περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν* 2) *περὶ τῶν νομοθετῶν* 3) *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων*. Librum vero *περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων* Prellerus Hermippo Berytio adscribendum judicavit. Quod ad ultimam illorum *Βίων* partem, compluria ejus capita et alterum quidem, quantum ex relictis fragmentis colligere liceret, de philosophis, alterum de oratoribus et rhetoribus fuisse probabiliter existimavit. Huic deinde capiti quae de Isocrate ejusque discipulis exposita erant inserit eamque particulam, quae *περὶ Ἰσοκράτους α'* citatur, de solo Isocrate, eam vero quae *περὶ Ἰσοκράτους β'* memoratur, de ejus discipulis egisse statuit. Quae opinio inprimis ideo probanda apparet, quod Harpocration de Isaeo, omnium Isocraticorum primo, s. v. Hermippum *ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους β'* allegavit. Similis denique ratio in partibus *περὶ Πυθαγόρου α'* et *β'*, sicut *περὶ Ἀριστοτέλους α'* et *β'* obtinuisse creditur.

10) Quae quidem Prellerus l. c. contra hanc sententiam monuit et inprimis ex inimica quae inter Peripateticos et Isocraticos intercedebat ratione repetiit, mihi persuadere non potuerunt. Ne ad disertum Hieronymi, quod ex arbitrio rejicere non debemus, testimonium provocem, totum literarum genus, in quo Hermippus versatus est, illam sententiam firmare videtur.

11) l. l. *εἰσὶ δ' οἳ καὶ παλαῖσαι φασὶν αὐτὸν Ἰσθμοῖ, καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων, καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι καὶ ποιήματα γράψαι, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας.* Quod ad operam, quam Plato picturae dedisse h. l. refertur, Ritterus hist. phil. t. II, p. 153 ejus studii paucissima in operibus ejus vestigia reperiri mythosque raro imaginem perspicuam et claram praebere animadvertit.

12) Diog. Laërt. III, 25. *λόγον δὲ πρῶτον γράψαι αὐτὸν τὸν Φαῖδρον· καὶ γὰρ ἔχει μειρακιῶδές τι τὸ πρόβλημα· Δικαίαρχος δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς γραφῆς ὅλον ἐπιμέμφεται ὡς φορτικόν.* Qua de re Dicaear-

chum singulari in libro disseruisse neque hic locus enuntiat et per se omni veri specie exemtum esse mihi videtur. Menagio quidem hunc locum commentanti contigit, ut ejusmodi libri titulum *Φαίδρου περισσά* in Cic. ep. ad Att. XIII, 39 investigaret, ejusque sententiam Bosius quoque et Junius ad loc. Cic. amplexi sunt. De qua tamen jam Fabricius bibl. Gr. t. III, p. 81 merito dubitavit: primum enim loci Ciceroniani lectio incertissima et perquam deinde dubium est, num ibi Cicero de libris Dicaearchi sibi transmittendis loquatur. Reinesius saltem varr. lectt. III, 3. Ciceronem quendam librum *περὶ θεῶν* postulasse credidit a Phaedro Epicureo conscriptum, quem Cicero et Atticus juvenes audiissent quemque Cicero epp. ad divv. XIII, 3. de legg. I, 20. de finn. V, 1. Philipp. V, 5 commemoraret. Ut vero, id quod Schutzius quoque quanquam de lectione loci non dijudicans veri simillimum ratus est, Ciceronem de Dicaearchi libris cogitasse statuamus, conjectura ab Osanno in recensione libri Buttmanniani proposita magnopere commendatur *Φαίδρου περὶ ὀρῶν* et *Ἑλλάδος*, ita nimirum intelligenda, ut, quemadmodum Corradus quoque quamvis *Φαῖδρον περὶ ὀρῶν τῆς Ἑλλάδος* legendum commendans existimavit, Phaedri nomine ipse Dicaearchus a Cicerone jocante designatus sit, utpote ipsius deliciae, quoniam Phaedrus Platoni amatus fuisse a nonnullis traditur cf. Diog. Laërt. III, 23. *ἔνιοι καὶ Φαίδρου φασὶ* (*ἐρασθῆναι*) et finem epigrammatis Platoni ibi adscripti *οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν*. Conjici fortasse etiam posset *Φαίδρου περὶ βίων*, quum et per se veri simile sit Ciceronem hoc opus cognitum habuisse et hoc praeterea ex aliquot locis Ciceronianis, ut paulo infra videbimus, colligi possit et *περὶ βίων* denique *ΠΕΡΙCCΩΝ* lectioni non minus conterminum sit quam *περὶ ὀρῶν*. Sed etiam studiorum, in quibus Cicero tempore illius scriptae epistolae inprimis versabatur, quaedam ratio habenda est.

13) Diog. Laërt. III, 31. *σὺν οἷς καὶ γυναῖκες δύο, Λασθένια Μαντινικὴ καὶ Ἀξιοθέα Φλιασία, ἣ καὶ ἀνδρεῖα ἠμπίσχετο, ὥς φησι Δικαίαρχος.*

14) Diog. Laërt. I, 40. *περὶ δὴ τῶν ἑπτὰ* (*ἄξιον γὰρ ἐνταῦθα καθολικῶς κἀκείνων ἐπιμνησθῆναι*) *λόγοι φέρονται τοιοῦτοι — ὁ δὲ Δικαίαρχος οὔτε σοφοὺς οὔτε φιλοσόφους φησὶν αὐτοὺς γεγονέναι, συνετοὺς δέ τινας καὶ νομοθετικούς.* Etiam Cicero compluribus locis eandem profert sententiam, quam in Schoellii hist. lit. t. I, p. 424 accuratius expositam reperies, atque Aldobrandi suspicio, Ciceronem Dicaearcho eam debere, non improbabilis est cf. Wagner de Periandro Corinthiorum tyranno septem sapientibus adnumerato. Darmstadii. MDCCCXXVIII. p. 30 sq.

15) *Δικαίαρχος δὲ τέσσαρας* — ita Diog. Laërt. I, 41 — *ὡμολογημένους ἡμῖν παραδίδωσι, Θαλῆν, Βίαντα, Πιττακόν, Σόλωνα· ἄλλους δὲ ὀνομάζει ἕξ, ὧν ἐκλέξασθαι τρεῖς, Ἀριστόδημον, Πάμφιλον, Χείλωνα Λακεδαιμόνιον, Κλεόβουλον, Ἀνάχαρσιν, Περίανδρον.* Hanc Dicaearchi relationem multo acutiorem esse patet, quam aliorum scriptorum eadem de re, veluti Hermippi, qui septendecim viros enumerat et alios ex his alios septem eligere adnotat. Quod ad discrepantes autem universorum veterum sententias de viris in numerum septem sapientum referendis cf. Wagner l. l. p. 29 sq.

16) Diog. Laërt. VIII, 40. *φησὶ δὲ Δικαίαρχος τὸν Πυθαγόραν ἀποθανεῖν καταφυγόντα εἰς τὸ ἐν Μεταποντίῳ ἱερὸν τῶν Μουσῶν, τεττεράκοντα ἡμέρας ἀσιτήσαντα.* Animadvertendum est, quod etiam Cicero de finn. l. V prooem. hunc eundem mortis modum de Pythagora prodidit nec minus Porphyrius vit. Pyth. eandem de Pythagorae morte sententiam amplecti videtur *ἐν δὲ τῇ περὶ Μεταπόντιον καὶ Πυθαγόραν αὐτὸν λέγουσι τελευτῆσαι, καταφυγόντα ἐπὶ τὸ Μουσῶν ἱερόν, σπάνει τῶν ἀναγκαίων μ' ἡμέρας διαμείναντα*, quanquam idem etiam aliam narrationem de Pythagora mortuo proponit loco ob conjunctionis anacoluthiam memorabili *οἱ δὲ φασὶν ὅτι τοῦ πυρὸς νεμομένου τὴν οἴκησιν ἐν ᾗ συνειλεγμένοι ἐτύγχανον, θέντες* (pro quo *θέντας* legendum esse crediderim) *αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ τοὺς ἑταίρους δόδον παρέχειν τῷ διδασκάλῳ, γεφυρώσαντας τὸ πῦρ τοῖς σφετέροις σώμασι. διεκπεσόντα δ' ἐκ τοῦ πυρὸς Πυθαγόραν διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν συνηθῶν ἀθυμήσαντα ἑαυτὸν τοῦ βίου ἐξαγαγεῖν.*

17) Porphyrium vit. Pyth. p. 88 Dicaearchum sequi perspicuum est, quoniam Dicaearchum et accuratiores scriptores ita referre profitetur; Iamblichus contra vit. Pyth. modo narrat cum contraria sententia consentaneo *πρὸς Φερεκύδην τὸν Σύριον διδάσκαλον αὐτοῦ γενόμενον ἀπὸ τῆς Ἰταλίας εἰς Δῆλον ἐκομίσθη νοσοκομήσων τε αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει καὶ κηδεύων αὐτὸν* (legendum videtur *κηδεύσων* et deinde post *αὐτόν* commate interpungendum) *παρέμεινέ τε ἄχρις τῆς τελευτῆς αὐτῷ καὶ τὴν ὅσιαν ἀνεπλήρωσε περὶ τὸν αὐτοῦ καθηγεμόνα. οὕτω περὶ πολλοῦ τὴν περὶ τὸν διδάσκαλον ἐποιεῖτο σπουδήν.* Porphyrius autem l. c., causis seditionis Cyloniae contra Pythagoram expositis, ita pergit: *τοὐντεῦθεν δ' οἱ μὲν φασὶ'* ὅτι (quod delendum fortasse videatur) *τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον εἰς Δῆλον ἐπεπόρευτο νοσοκομήσων αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει καὶ κηδεύσων) πάντας πανταχῆ ἐνέπρησαν αὐτοῦ τε καὶ κατέλευσαν, δύο ἐκφυγόντων ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύ-*

σιδος, ὥς φησι Νεάνθης, ὧν ὁ Λύσις ἐν Ἑλλάδι ᾤκησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονεν, οὗ καὶ διδάσκαλος γέγονε. Δικαίαρχος δὲ καὶ οἱ ἀκριβέστεροι καὶ τὸν Πυθαγόραν φασὶ παρεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ· Φερεκύδην γὰρ πρὸ τῆς ἐκ Σάμου ἀπάρσεως τελευτῆσαι. τῶν δὲ ἑταίρων ἀθρόους μὲν τετταράκοντα ἐν οἰκίᾳ τινὸς παρεδρεύοντας ληφθῆναι. τοὺς δὲ πολλοὺς σποράδην κατὰ τὴν πόλιν, ὡς ἔτυχον εἰς ἄστυ (deesse videtur εἰσιόντες aut pro εἰς ἄστυ ipso participium ἐκβάντες vel simile conjiciendum crediderim), διαφθαρῆναι. Πυθαγόραν δὲ κρατουμένων τῶν φίλων τὸ μὲν πρῶτον εἰς Καυλωνίαν τὸν ὅρμον σωθῆναι· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς Λοκρούς. πυθομένους δὲ τοὺς Λοκροὺς τῶν γερόντων τινὰς ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ὅρια ἀποστεῖλαι. τούτους δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπαντήσαντας εἰπεῖν· ἡμεῖς, ὦ Πυθαγόρα, σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν ἀκούομεν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐθὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν. αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων πειρασόμεθα μένειν· σὺ δ' ἑτέρωθί που βάδιζε, λαβὼν παρ' ἡμῶν εἴ του κεχρημένος τῶν ἀναγκαίων τυγχάνεις. ἐπεὶ δ' ἀπὸ τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως τὸν εἰρημένον ἀπηλλάγη τρόπον, εἰς Τάραντα πλεῦσαι. πάλιν δὲ κἀκεῖ παραπλήσια παθόντα τοῖς περὶ Κρότωνα εἰς Μεταπόντιον ἐλθεῖν. πανταχοῦ γὰρ ἐγένοντο μεγάλαι στάσεις, ἃς ἔτι καὶ νῦν οἱ περὶ τοὺς τόπους μνημονεύουσί τε καὶ διηγοῦνται τὰς ἐπὶ τῶν Πυθαγορείων καλοῦντες.

18) Porphyr. vit. Pyth. p. 34. ἐπεὶ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐπιβὰς ἐν Κρότωνι ἐγένετο, φησὶν ὁ Δικαίαρχος, ὡς ἀνδρὸς ἀφικομένου πολυπλάνου τε καὶ περιττοῦ (h. l. idem quod ἐξαιρέτου cf. Rittersh. ad h. l.) καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπὸ τῆς τύχης εὖ κεχορηγημένου (τήν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν, χάριν τε πλείστην καὶ κόσμον ἐπί τε τῆς φωνῆς καὶ τοῦ ἤθους καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔχειν) οὕτως διατεθῆναι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν, ὥστ' ἐπεὶ τὸ τῶν γερόντων ἀρχεῖον ἐψυχαγώγησε, πολλὰ καὶ καλὰ διαλεχθεὶς τοῖς νέοις πάλιν ἠβητικὰς ἐποιήσατο παραινέσεις, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθείς· μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς παισὶν ἐκ τῶν διδασκαλείων ἀθρόως συνελθοῦσιν, εἶτα ταῖς γυναιξί· καὶ γυναικῶν σύλλογος αὐτῷ κατεσκευάσθη.

19) Qua re Fabricius quoque bibl. Gr. ed. Harl. t. I, p. 770 nisus esse videtur, quum Dicaearchum a nonnullarum fabularum crimine non liberum esse contenderet. Sed rationem qua Dicaearchus illam narrationem exposuerit plane ignoramus; fieri adeo potuit ut non sine ironia et irrisione animarum migrationis a Pythagora ejusque discipulis statutae proferret. Sed alio quoque modo Dicaearchus de Pythagorae metempsychosi vel de universa metempsychosi verba facere potuit: namque ipse Plato sententiam de animarum migratione cf. praeter multos locos Platonicos etiam Athen. XV, p. 679. a. ad ea quae de vita post mortem cogitabat mythice velanda adhibuit cf. Platonis de animarum migratione doctrina. Scr. *F. Deyks.* Confluen-

tiae. 1834. 4. Denique quod Dicaearchus ista fabulosa memoriae prodidit, cum praecipuo Peripateticorum studio congruum est de factis et visis singularibus et miris referendi, quod eo tantum consilio factum fuisse crediderim, ut superstitione sublata aequales ad saniorem rationem instituerent cf. etiam Strab. I, p. 61. *προστιθέασι δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μεταστάσεων μεταβολὰς ἐπιπλέον τὴν ἀθαυμαστίαν ἡμῖν κατασκευάζειν ἐθέλοντες, ἣν ὑμνεῖ Δημόκριτος καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι πάντες· παράκειται γὰρ τῷ ἀθαμβεῖ καὶ ἀταράχῳ καὶ ἀνεκπλήκτῳ.* Ita Heraclidis quoque Pontici, ejusdem Peripatetici, narratio a Diogene Laërtio VIII, 1, 4 servata est, secundum quam Pythagoras primum Aethalides exstiterit et Mercurii filius habitus fuerit, qui ei omnia praeter immortalitatem condonasset, deinde Euphorbi persona surrexerit isque a Menelao vulneratus fuerit, postea autem in Hermotimum, ex hoc in Pyrrhum Delium et inde in Pythagoram transierit. Posteriores vero constat miras istas narrationes ex Peripateticorum operibus excerptas singularibus in libris composuisse cf. quae Aristoteli adscribuntur *θαυμάσια ἀκούσματα*, Antigoni Carystii *ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή* (neque magis quam Aristotelem *θαυμασιῶν ἀκουσμάτων* Antigonum hujus libri auctorem fuisse censuerim) et quod Apollonii Dyscoli nomine exstat *ἱστοριῶν θαυμασιῶν βιβλίον* sive *περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας*. Hac porro ratione commemorantur *Polemo περὶ θαυμασίων* Athen. XII, 552. b., *Myrsilus ἱστορικὰ παράδοξα* Athen. XIII, 610. a., *Trophilus* Stob. serm. 98, *Alexander θαυμασίων συναγωγή*. Phot. bibl. ed. Bekk. t. I, p. 145. cod. 188. *ἀνεγνώσθη Ἀλεξάνδρου θαυμασίων συναγωγή· λέγει μὲν ἐν τῷ βιβλίῳ πολλὰ τερατώδη καὶ ἄπιστα, πλὴν ἄλλους τῶν οὐκ ἀφανῶν εἰσάγει ταῦτα προϊστορήσαντας.* Cf. eundem Photium t. I, p. 103, ubi Sopatri *ἐκλογαὶ διάφοροι* disseruntur. Quo in opere epitomae continebantur cujusdam *θαυμάτων συναγωγῆς, συμμικτῶν* Aristoxeni *ὑπομνημάτων* et dramaticae Rufi historiae: *οἷς παράδοξά τε καὶ ἀπίθανα μάλιστα ἔνεστιν εὑρεῖν κ. τ. λ.*

20) Idem fortasse fuit cum Pyrrhandro ab Athenaeo XIV, p. 634. d. commemorato.

21) Gell. noct. Att. IV, 11: „Pythagoram vero ipsum sicuti celebre est Euphorbum primo se fuisse dictitasse: ita haec remotiora sunt his, quae Clearchus et Dicaearchus memoriae tradiderunt, fuisse eum postea Pyrandrum, deinde Callicleam, deinde feminam pulchra facie meretricem, cui nomen fuerat Alce“ Clearchi quoque hanc notitiam in ipsius *Βίοις* locum habuisse credo.

22) Plutarch. in problemate *πῶς Πλάτων ἔλεγε τὸν Θεὸν ἀεὶ γεωμετρεῖν;* ed. Reisk. t. VIII, p. 869. *ἐλέγξαι γὰρ ἔδωκας αὐτὸν ἀποδεικνύοντα μὴ θεοῖς οὖσαν, ἀλλ' ἡμῖν ἀναγκαίαν τὴν γεωμετρίαν. οὐ γάρ*

τί που καὶ θεὸς δεῖται μαθήματος, οἷον ὀργάνου στρέφοντος ἀπὸ τῶν γεννητῶν καὶ περιάγοντος ἐπὶ τὰ ὄντα τὴν διάνοιαν. ἐν αὐτῷ γάρ ἐστιν ἐκείνῳ καὶ σὺν αὐτῷ καὶ περὶ αὐτόν. ἀλλ᾽ ὅρα μή τί σοι προσῆκον ὁ Πλάτων καὶ οἰκεῖον αἰνιττόμενος λέληθεν, ἅτε δὴ τῷ Σωκράτει τὸν Λυκοῦργον ἀναμιγνὺς οὐχ ἧττον ἢ τὸν Πυθαγόραν ᾤετο Δικαίαρχος. ὁ γὰρ Λυκοῦργος οἴσθα δήπουθεν ὅτι τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν ὡς δημοκρατικὴν καὶ ὀχλικὴν οὖσαν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος· ἐπεισήγαγε δὲ τὴν γεωμετρικὴν ὀλιγαρχίᾳ σώφρονι καὶ βασιλείᾳ νομίμῃ πρέπουσαν. ἡ μὲν γὰρ ἀριθμῷ τὸ ἴσον, ἡ δὲ λόγῳ τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἀπονέμει κ. τ. λ. Postremorum verborum sensum hunc esse perspicuum est, quod numeri aequitas, quae per sinceram democratiam efficeretur, a Lycurgo in civitate constituenda non adhibita fuerit cf. Herm. Antiq. Gr. p. 122. In verbis autem ἅτε δὴ τῷ Σωκράτει — Δικαίαρχος prima quidem specie dubii esse possumus, utrum τὸν Πυθαγόραν pro subjecto an pro objecto accipiendum sit, h. e. utrum tota sententia sic supplenda sit: οὐχ ἧττον ἢ τὸν Πυθαγόραν τῷ Σωκράτει τὸν Λυκοῦργον ἀναμιγνύναι ᾤετο Δικαίαρχος an ita potius: οὐχ ἧττον ἢ τὸν Πλάτωνα τῷ Σωκράτει τὸν Πυθαγόραν ἀναμιγνύναι ᾤετο Δικαίαρχος. Posteriori sensu Reiskius transtulit: „quippe Socrati non minus Lycurgum quam (quod putavit Dicaearchus) Pythagoram adjungens.“ Eaque sola ratio obtinere potest, quum nihil aliud hoc loco dici posse videatur, quam Platonem cum ethica philosophiae ratione non minus geometriam quam arithmeticam conjunxisse. Illius igitur summum exemplar Socrates, principii geometrici propugnator Lycurgus et arithmetici Pythagoras, quem numeros eorumque proportiones in philosophia adhibuisse constat, repraesentantur. Quod vero veteres Platonem philosophicam rationem Socratis et Pythagorae conjunxisse statuerunt, Diogenes quoque Laërtius testatur III, 10. μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν· τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ᾽ Ἡράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. Ceterum plurima quae ex mathematica repetita sunt in Platonis scriptis reperiuntur et Clearchi singularis adeo liber περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένων cf. Athen. IX, 393. a. memoratur. Quum illa denique Plutarchi verba qualia quidem edita sunt in posteriorem rationem non sine aliqua duritie explicari videantur, locum eo sanare vix dubito, quod, ὡς particula ante ᾤετο interposita, verba οὐχ ἧττον ἢ τὸν Πυθαγόραν cum ἀναμιγνύς arctissime conjungo. Ceterum non probarem, si quis ὡς ᾤετο Δικαίαρχος etiam ad eam sententiam referret, qua Plato Socratem et Lycurgum in se copulaverit. Osannus autem omnem illum locum ad Tripoliticum pertinuisse arbitratur.

23) In nostro opere, ibi nimirum ubi de philosopho Graeco in Italia docente sermo fuerit (de Xenophane?), hunc quoque Dicaearchi locum comprehensum fuisse crediderim cf. Demetr. Phaler. *περὶ ἑρμηνείας* p. 185. ed. Gale: *οἷον ὡς Δικαίαρχος, Ἐν Ἐλέᾳ, φησὶ, τῆς Ἰταλίας πρεσβύτατον* (pro quo Buttmannus falsissime *πρεσβυτάτην*) *ἤδη τὴν ἡλικίαν ὄντα.*" *τῶν γὰρ κώλων ἀμφοτέρων αἱ ἀποπλήξεις μετροειδές τι ἔχουσι. ὑπὸ δὲ τοῦ εἱρμοῦ καὶ τῆς συναφείας κλέπτεται μὲν τὸ μετρικόν, ἡδονὴ δ' οὐκ ὀλίγη ἔπεστι.*

24) Vit. Pyth. c. 36 *τῶν δὲ συμπάντων Πυθαγορείων τοὺς μὲν ἀγνῶτάς τε καὶ ἀνωνύμους τινὰς πολλοὺς εἰκὸς γεγονέναι· τῶν δὲ γνωριζομένων ἐστὶ τάδε τὰ ὀνόματα· Φιλόλαος — Δικαίαρχος.*

25) Pro Nearcho omnium codicum auctoritate firmato. Cic. de senect. c. 12 „Haec cum C. Pontio Samnite, patre ejus, a quo Caudino proelio Sp. Postumius, T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam Nearchus Tarentinus, hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanserat, se a majoribus natu accepisse dicebat, quum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis: quem Tarentum venisse L. Camillo, Appio Claudio consulibus reperio." Plutarch. vit. Cat. maj. c. 2. *Φαβίου δὲ Μαξίμου τὴν Ταραντίνων πόλιν ἑλόντος ἔτυχε μὲν ὁ Κάτων στρατευόμενος ὑπ' αὐτῷ, νομιδῆ μειράκιον ὤν. Νεάρχῳ δέ τινι τῶν Πυθαγορικῶν ξένῳ χρησάμενος ἐσπούδασε τῶν λόγων μεταλαβεῖν. ἀκούσας δὲ ταῦτα διαλεγομένου τοῦ ἀνδρός, οἷς κέχρηται καὶ Πλάτων, τὴν μὲν ἡδονὴν ἀποκαλῶν μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, συμφορὰν δὲ τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα πρώτην, λύσιν δὲ καὶ καθαρμὸν, οἷς μάλιστα χωρίζει καὶ ἀφίστησιν αὑτὴν τῶν περὶ τὸ σῶμα παθημάτων λογισμοῖς, ἔτι μᾶλλον ἠγάπησε τὸ ἀτὸν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.* Nearchum Pythagoreum ex tertio ante Christum natum saeculo hoc loco a Plutarcho Pythagoricum appellari, cum discrimine quod a Porphyrio vit. Pyth. ed. Holsten. p. 44 inter *Πυθαγορικούς*, *Πυθαγορείους* et *Πυθαγοριστάς* statuitur quodque in Photii bibl. ed. Bekk. t. II, p. 438 affirmatur (*Πυθαγορικοὶ οἱ σὺν αὐτῷ, οἱ τούτων μαθηταὶ Πυθαγόρειοι, οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ Πυθαγορισταί*) non congruit neque magis Gell. quadrat noct. Att. IV, 11 „Xenophilus Pythagoricus familiaris Aristoxeni." Illud igitur discrimen, quod initio locum habuit, temporis cursu non jam vel non jam ubique et semper observatum esse videtur cf. Schoell. hist. lit. Gr. t. I, p. 435.

26) Dioclem Pythagoreum, cujus Diogenes Laërtius VIII, 1, 24 mentionem fecit, huc non refero, quoniam cum Diocle, cujus *βίοι τῶν φιλοσόφων* memorantur, eundem fuisse non arbitror.

27) Qua in re id quoque magnopere respiciendum existimaverim, quod etiam in Dicaearchi opere Pythagorei non infimum locum te-

nuisse videntur, eodem modo quo in Aristoxeni libro supra indicato, quoque Aristoteles cf. Diog. Laërt. V, 1, 25 et Heraclides Ponticus cf. Diog. Laërt. V, 6, 87. de hac philosophorum disciplina (singularibus scriptis) exposuerant. Dicaearchum denique Pythagoreorum magnam rationem habuisse, id quoque testatur, quod de optima reipublicae forma eandem cum Archyta et Hippodamo sententiam amplectebatur.

28) Omnino Vossio assentior de historr. p. 47, ubicunque Dicaearchus simpliciter memoraretur, Messenium intelligendum esse contendenti.

29) Suid. s. v. *Δικαίαρχος Λακεδαιμόνιος, γραμματικός, ἀκροατὴς Ἀριστάρχου.* Huic grammatico Lacedaemonio Reinesius quae Dicaearchi nomine commemorantur *ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων* adscribendas opinatus est et Naekius adeo eam conjecturam, quam Osannus ut infra accuratius videbimus admitti posse jure negavit, non plane rejiciendam censuit.

30) Ejusmodi grammaticum exstitisse si quis negaret et Suidam quod protulit *Λακεδαιμόνιος* et *ἀκροατὴς Ἀριστάρχου* omnino finxisse statueret, prima quidem specie temeritatis crimen subiret. At demonstrari fortasse potest, qui factum fuerit, ut Suidas de grammatico Dicaearcho, eoque Lacedaemonio et Aristarchi discipulo cogitaret. Dicaearchus Messenius aliquantum temporis in Peloponneso cf. Cic. ad Att. VI, 2 et, id quod quum per se tum ideo quod civitatem Spartanam descripserat colligere licet, etiam Spartae vixerat ibique, quemadmodum etiam ejus de Sparta liber publica recitatione eaque quotannis instituenda dignus judicatus est, civitate Spartana donatus fortasse fuerat: unde *Λακεδαιμόνιος* appellari potuit. Quam egregie autem *γραμματικοῦ* cognomen ad Peripateticum quadret, ex literis ejus et studiis satis perspicuum est. Accedit quod Suidas nostrum Dicaearchum, quo loco de eo verba facit, illo cognomine non affecit. Aristarchi autem auditorem eam potissimum ob causam statuisse videtur, quod Dicaearchus — utrum autem *ὡς ἐν παρόδῳ* an ex professo id fecerit non discerno — criticae contextus Homerici recensioni studuerit. Id enim solum quod Dicaearchus lectionem proposuit vel commendavit, quam Aristarchus deinde comprobavit, ad credendum commovere vix potuit, Aristarchi auditorem illum fuisse. In aliis denique quoque nominibus Suidas similiter ex uno duos effecit scriptores, ita, ut pauca tantum proferam, unum Orionem, id quod Prellerus l. c. (quod ibi legitur Orus vitium typographicum est) probabiliter demonstravit, in duos ejus nominis homines dispescuit cf. etiam Ranke de Hesych. p. 53 sq., duos Cratetes comicos pro uno

allegavit cf. Meineke quaestt. scen. I, p. 25. 27 et Alcaeum lyricum cum comico commutavit cf. Meinek. quaestt. scen. II, p. 54 etc.

31) Polyb. XVII, 10. *παρὰ δὲ τῶν Αἰτωλῶν ἐπρέσβευον Ἀλέξανδρος Ἴσιος, Δαμόκριτος Καλυδώνιος, Δικαίαρχος Τριχωνιεύς κ.τ.λ.* XVIII, 37. *Δικαιάρχῳ δὲ καὶ στρέβλας καὶ μάστιγας προσαγαγὼν οὕτως αὐτὸν ἐπανείλετο, λαβὼν παρ' αὐτοῦ δίκην καθήκουσαν καὶ κοινὴν ὑπὲρ πάντων τῶν Ἑλλήνων. Ὁ γὰρ Δικαίαρχος οὗτος ἦν, ὃν Φίλιππος, ὅτε προέθετο παρασπονδεῖν τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντου πόλεις, ἀπέδειξε τοῦ στόλου παντὸς ἡγεμόνα καὶ τῆς ὅλης πράξεως προστάτην. ὃς ἐπὶ πρόδηλον ἀσέβειαν ἐκπεμπόμενος οὐχ οἷον ἄτοπόν τι πράσσειν ἐνόμιζεν, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀπονοίας ὑπερβολῇ καὶ τοὺς θεοὺς ὑπέλαβε καταπλήξεσθαι καὶ τοὺς ἀνθρώπους. οὗ γὰρ ὥρμισειε τὰς ναῦς, δύο κατεσκεύαζε βωμοὺς τὸν μὲν Ἀσεβείας, τὸν δὲ Παρανομίας καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθυε καὶ τούτους προσεκύνει καθαπερανεὶ δαίμονας. Διὸ καὶ δοκεῖ μοι τυχεῖν τῆς ἁρμοζούσης δίκης καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων· παρὰ φύσιν γὰρ ἐνστησάμενος τὸν αὑτοῦ βίον εἰκότως παρὰ φύσιν καὶ τῆς εἱμαρμένης ἔτυχε.* XX, 10 (Manius loquitur) *τοιγαροῦν πρῶτον μὲν δείσει μηδένα διαβαίνειν ὑμῶν εἰς τὴν Ἀσίαν, μήτε κατ' ἰδίαν, μήτε μετὰ κοινοῦ δόγματος· δεύτερον Δικαίαρχον ἕκδοτον δοῦναι κ. τ. λ.* XXII, 14. *ἐπεὶ δ' ἀπὸ μὲν τῆς Ἀσίας πλεύσαντες Θόας καὶ Δικαίαρχος κ. τ. λ.* Liv. XXXV, 12 „Damocritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicaearchus frater praetoris ad Antiochum est missus. — Alia Dicaearchus Antiocho: et omnium primum, praedam de Philippo Romanorum esse dicere, victoriam Aetolorum et aditum in Graeciam Romanis nullos alios quam Aetolos dedisse; et ad vincendum vires eosdem praebuisse. Deinde quantas peditum equitumque copias praebituri Antiocho ad bellum essent; quae loca terrestribus copiis, quos portus maritimis.“ Diod. Sic. t. II, ed. Wessel. p. 572. *ὅτι Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Δικαίαρχον τὸν Αἰτωλὸν ἄνδρα τολμηρὸν πείσας πειρατεύειν ἔδωκεν αὐτῷ ναῦς εἴκοσι· προσέταξεν δὲ τὰς μὲν νήσους φορολογεῖν, τοῖς δὲ Κρησὶ παραβοηθεῖν ἐν τῷ πρὸς Ῥοδίους πολέμῳ. αὐτὸς δὲ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοὺς μὲν ἐμπόρους ἐλήστευε, τὰς δὲ νήσους λεηλατῶν ἀργύριον εἰσεπράττετο.* Buttmannus l. c. p. 3 palam fallitur Dicaearchum Aetolum et Dicaearchum Trichoniensem apud Polybium judicans pro diversis.

32) Phot. bibl. ed. Bekk. t. I, p. 149. e libr. Ptolemaei Hephaestionis: *καὶ ἡ τρεῖς ἐρίφους ἐσθίουσα καθ' ἡμέραν Ἑλένη ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Δικαιάρχου τοῦ Τελεσίνου ἀδελφή.*

33) de pronomine ed. Bekk. p. 320. *φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἀρίσταρχον ἀσμένως τὴν γραφὴν τοῦ Δικαιάρχου παραδέξασθαι.*

34) Aliter quidem, simplicissimam interpretationem sequens, Buttmanni verba intelligere nequeo neque Osannum aliter intellexisse video.

Quanquam fieri potest, ut non aliud dicturus fuerit quam illam Dicaearchi *γραφήν* h. e. lectionem in singulari ejus libro depositam fuisse.

35) Ceterum si ex Suidae auctoritate grammaticus Dicaearchus isque Aristarchi discipulus statuetur, Osanni conjectura, qua Aristarchus lectionem loci Homerici auditori coram exponenti debuerit, omni attentione dignissima est. Sed quod ad Apollonii quidem locum jam ideo, quod Dicaearchus ibi sine ullo additamento nominatus est, illam sententiam non amplector.

36) Qua ratione Aristotelem novam contextus Homerici recensionem, *τὴν ἐκ τοῦ νάρθηκος* confecisse et *ἀπορήματα Ὁμηρικά* scripsisse cf. Diog. Laërt. V, 1, 26 constat. Heraclidis quoque Pontici *λύσεις Ὁμηρικαί* commemorantur cf. Diog. Laërt. V, 6, 87 nec non Chamaeleon de Homero egerat cf. Diog. Laërt. l. c. *Χαμαιλέων τε τὰ παρ' ἑαυτῷ φησι κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι.*

37) cf. non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1095. *οὐ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν αὐτοῖς εἰς νοῦν βαλέσθαι τὰς τυφλὰς ἐκείνας καὶ νωδὰς ψηλαφήσεις καὶ ἐπιπηδήσεις τοῦ ἀκολάστου μεμαθηκόσιν, εἰ μηδὲν ἄλλο, γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου, ὥς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος.* Qui tamen locus etiam ita explicari potest, ut *περὶ Ὁμήρου* ad Aristotelem et Heraclidem, *περὶ Εὐριπίδου* autem verba ad Dicaearchum potissimum referantur, eamque ad distinguendi rationem animadvertere quoque licet, quod post *καί* particulam *περί* repetitum est.

38) Athen. I, p. 14. *ὀρχήσεις δ' εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ, αἱ μέν τινες τῶν κυβιστητήρων* (vulgata *κυβιστήρων* etiamsi quod ad vocabuli formationem defendi et retineri potest, emendationem tamen Schweighaeuseri ideo praeferendam existimavi, quod Athenaeum ipsa Homerica voce usum fuisse censebam), *αἱ δὲ διὰ τῆς σφαίρας* (*ὄρχησις διὰ τῆς σφαίρας* aut ita explicandum est ut idem significet quod saltatio cum pila cf. Athen. IV, 168 f., similiter ut *οἶνος δι' ἀρωμάτων* dicitur, aut *σφαῖρα* pro ipso pilae ludo positum est et *ὄρχησις διὰ τ. σφ.* saltatio est in pilae ludo)· *ἧς τὴν εὕρεσιν Ἀγαλλὶς* (hanc codicum lectionem cum Schweighaeusero contra conjecturam *Ἀνάγαλλις* retinendam arbitror) *ἡ Κερκυραία γραμματικὴ Ναυσικάᾳ ἀνατίθησι, ὡς πολίτιδι χαριζομένη· Δικαίαρχος δὲ Σικυωνίοις· Ἵππασος δὲ Λακεδαιμονίοις ταύτην τε καὶ τὰ γυμνάσια πρώτοις. ταύτην δὲ μόνην τῶν ἡρώων Ὅμηρος παράγει σφαιρίζουσαν.* Nec silentio tamen praeteream, quod Dicaearchi de saltatione *διὰ τῆς σφαίρας* expositio etiam in ejus libro *περὶ ἀγώνων* vel in *Βίῳ τῆς Ἑλλάδος* (qua in re nunc non inquiro quae ratio inter utrumque scriptum intercesserit) locum habere potuisse

videtur. Illa autem ipsa saltatio aut antiquissimam originem habuisse aut ab Homero ex sua ipsius aetate ad priorem accommodata, neutiquam vero a Nausicaa inventa fuisse conjiciatur.

34) Cf., quem hac ratione inprimis Osannus respexit, Porphyrii locum *περὶ ἀποχ. τ. ἐμψύχων* IV, §. 2.

35) Megaclides, idem ut videtur qui Athen. X, p. 419. a. librariorum errore Megacles nominatus auctorque libri *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν* citatus est, *περὶ Ὁμήρου* Athen. XII, c. 6. p. 513. b. cf. Schol. Venet. ad Il. *π*, 140 *Μεγακλείδης ἐν δευτέρῳ περὶ Ὁμήρου* (ita enim cum Schweighaeusero pro vulgato *ἐν δευτέρῳ Ὁμήρου* legendum crediderim) *προοικονομεῖσθαι φησιν Ὅμηρον τὴν ὁπλοποιΐαν.*

36) Baton Sinopensis *περὶ Ἴωνος τοῦ ποιητοῦ* cf. Athen. X, 436. f. Osann. Beitr. z. gr. u. r. Lit. I, p. 69.

37) Diphilus Laodicensis *περὶ τῶν Νικάνδρου Θηριακῶν* Athen. VII, 314. d.; Timarchus *ἐν τετάρτῳ περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ* Athen. XI, 501. e.

38) Chamaeleon *περὶ Αἰσχύλου* Athen. I, 21. e. 22. a. IX, 375. f. X, 428. f. Quanquam num hunc librum pro commentario habere debeam, aliquantopere dubius sum.

39) Apollodorus *περὶ Ἐπιχάρμου* Ath. XIV, 648. d. e., Asclepiades Myrleanus *περὶ Κρατίνου* Ath. XI, 501. e., Lynceus *περὶ Μενάνδρου* Ath. VI, 242. b., Dorotheus Ascalonites *περὶ Ἀντιφάνους* Ath. XIV, 662. f. Hoc postremo loco quod praeterea commemoratur *καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς ματτύης*, nihil aliud fuisse videtur quam excursus toti libro adnexus vel, quam de aliquo loco comici a se explicandi Dorotheus fecerat, digressio. Idem fortasse judicium proferendum est de ejusdem Dorothei, qui indicatur, libello conscripto de *κλίσιον* in Odysseae *ω*, 208 cf. Wolf. prolegg. in Hom. p. CXCIII.

40) Apollodorus Atheniensis *περὶ Σώφρονος* Athen. III, 89. a. VII, 281. e. 309. c. d. *ἐν τῇ δ' περὶ Σώφρονος* Schol. ad Arist. Vesp. 545. Cf. etiam quae hoc loco proferuntur *καὶ ὅτι τὸ ποτήριον μεστὸν πάλιν ἀνεπλήρουν*, sicut Schol. ad Hom. Il. *ε*, 576. *δύναται δὲ εἶναι τρία ἡμιωβόλια, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος Ἀπολλόδωρος. ἐκ τῶν Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς* (verba aliter collocanda videntur) *Ἑλληνικῶν ὀνομάτων.*

41) Apollonius Rhodius *περὶ Ἀρχιλόχου* Athen. X, 451. d. Hermippus Smyrnaeus *περὶ Ἱππώνακτος* Ath. VII, 327. b. c. Hunc Hermippum cum Callimachi discipulo supra memorato eundem fuisse non certum, quanquam a veri specie non alienum est. Pro certissimo tamen plurimi virorum doctorum statuunt, ut Schweighaeuserus ad

Athen., Schoell. hist. lit. Gr. t. II, p. 201., Meinekius quaestt. scenn. I, p. 31 et Lozynskius quoque l. l.

42) Sosibius *περὶ Ἀλκμᾶνος* Athen. III, 115. a. XIV, 646. a., Chamaeleon *περὶ Ἀνακρέοντος* Athen. XII, 533. e., idem *περὶ Σαπφοῦς* Ath. XIII, 599. c., *περὶ Σιμωνίδου* Athen. X, 456. c. XIII, 611. a. XIV, 656. c., *περὶ Στησιχόρου* Ath. XIV, 620, *περὶ Πινδάρου* Athen. XIII, 573. c., Aristodemus *περὶ Πινδάρου* Athen. XI, 495. f. Ceterum ut in nonnullis scriptorum modo indicatorum, ita etiam multo magis in Chamaeleontis libro de Laso cf. Athen. VIII, p. 338. b. *ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ τοῦ Λάσου συγγράμματι* dubitari potest, num de commentariis cogitandum sit.

43) Chamaeleon *περὶ Ἀλκαίου* Athen. X, 430. a.

44) Qua ratione attendimus tantummodo ad initium carminis Alcaei: *οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλάθεια* cf. Schol. ad Plat. ed. Ruhnk. p. 51., et ad celeberrimum nostri poëtae versum *μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.*

45) Athen. XV, p. 668. *ὅτι δὲ ἐσπούδαστο παρὰ τοῖς Σικελιώταις ὁ κότταβος, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ οἰκήματα ἐπιτήδεια τῇ παιδιᾷ κατασκευάζεσθαι, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου.* XV, 666. b. *Δικαίαρχος δ' ὁ Μεσσήνιος* (de hac emendatione pro priori lectione *Μιλήσιος* recte recepta ob locum Athenaei statim exhibendum dubitari nequit: Athenaeum enim tantopere falsum esse statuere non possumus), *Ἀριστοτέλους μαθητής, ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου καὶ τὴν λατάγην φησὶν εἶναι Σικελικὸν ὄνομα. „λατάγη δ' ἐστὶ τὸ ὑπολειπόμενον ἀπὸ τοῦ ἐκποθέντος ποτηρίου ὑγρόν, ὃ συνεστραμμένῃ τῇ χειρὶ ἄνωθεν ἐρρίπτουν οἱ παίζοντες εἰς τὸ κοτταβεῖον.“* Quam Dicaearchi expositionem ad hunc Alcaei locum pertinuisse non improbabile est apud Athen. XI, 481. a. *λάταγες ποτέονται κυλιχνᾶν ἀπὸ Τηΐων* cf. Valcken. Callim. fragmm. p. 213. Ceterum cum Athenaei loco modo exscripto schol. ad Arist. Pac. 1242 collocandum est, quod tamen Dicaearchum nonnisi ex Athenaeo citavisse perspicuum est. Athen. XI, p. 460. *ἄξιον δέ ἐστι ζητῆσαι, εἰ οἱ ἀρχαῖοι μεγάλοις ἔπινον ποτηρίοις. Δικαίαρχος μὲν γὰρ ὁ Μεσσήνιος, ὁ Ἀριστοτέλους μαθητής, ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου μικροῖς φησὶν αὐτοὺς ἐκπώμασι κεχρῆσθαι καὶ ὑδαρέστερον πεπωκέναι.* Quibus locis collatis nihil plane dubitationis habebit, quin hae quoque Dicaearchi expositiones in eodem illo commentario comprehensae fuerint Athen. XI, p. 479. *Ἡγήσανδρος δ' ὁ Λελφὸς ἐν ὑπομνήμασιν, ὧν ἀρχή· ἐν τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ, φησίν· ὁ καλούμενος κότταβος παρῆλθεν εἰς τὰ συμπόσια, τῶν περὶ Σικελίαν, ὡς φησι Δικαίαρχος, πρῶτον εἰσαγαγόντων. τοσαύτη δὲ ἐγένετο σπουδὴ περὶ τὸ ἐπιτήδευμα* (etiam hunc omnem locum propono, quod non dubito, quin in eo conscribendo Dicaearchi liber

magna ex parte adhibitus fuerit), *ὥστε εἰς τὰ συμπόσια παρεισφέρειν ἄθλα κοττάβια καλούμενα. εἶτα κύλικες αἱ πρὸς τὸ πρᾶγμα χρήσιμαι μάλιστα εἶναι δοκοῦσαι κατεσκευάζοντο, καλούμεναι κοτταβίδες. πρὸς δὲ τούτοις οἶκοι κατεσκευάζοντο κυκλοτερεῖς· ἵνα πάντες, εἰς τὸ μέσον τοῦ κοττάβου τιθέντος, ἐξ ἀποστήματος ἴσου καὶ τόπων ὁμοίων ἀγωνίζοιντο περὶ τῆς νίκης· οὐ γὰρ μόνον ἐφιλοτιμοῦντο βάλλειν ἐπὶ τὸν σκοπόν, ἀλλὰ καὶ καλῶς ἕκαστα αὐτῶν. ἔδει γὰρ εἰς τὸν ἀριστερὸν ἀγκῶνα ἐρείσαντα καὶ τῇ δεξιᾷ κυκλώσαντα* (pro quo, ut Osannus cf. Beitr. etc. t. I, p. 109 sqq., ubi de universo cottabo exponit, recte adnotat, *ἀπαγκυλώσαντα* vel *ἀγκυλώσαντα* ex usu magis vulgato foret) *ὑγρῶς ἀφεῖναι τὴν λάταγα· οὕτω γὰρ ἐκίλουν τὸ ἐκπίπτον ἐκ τῆς κύλικος ὑγρόν· ὥστε ἔνιοι μεῖζον ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ καλῶς κοτταβίζειν τῶν ἐπὶ τῷ εὖ* (quam particulam interponere cum Osanno non dubitavi) *ἀκοντίζειν μέγα φρονούντων.* Athen. XV, p. 667. b. — *ἀγκυλοῦντα γὰρ δεῖ σφόδρα τὴν χεῖρα εὐρύθμως πέμπειν τὸν κότταβον, ὡς Δικαιαρχός φησιν.*

51) *τὴν τελλίναν λεγομένην ἴσως δηλοῖ, ἣν Ῥωμαῖοι μίτλον ὀνομάζουσι. μνημονεύων δ' αὐτῆς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἀχνυμένης Σκυτάλης συγγράμματι ὁμοίας φησὶν εἶναι τὰς λεπάδας ταῖς καλουμέναις τελλίναις. Καλλίας δ' ὁ Μιτυληναῖος ἐν τῷ περὶ τῆς παρ' Ἀλκαίῳ λεπάδος παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ φησὶν εἶναι ᾠδήν, ἧς ἡ ἀρχή· πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσας τέκνον· ἧς ἐπὶ τέλει γεγράφθαι· ἐκ λεπάδων χαύνοις φρένας ἃ θαλασσία λεπάς. ὁ δ' Ἀριστοφάνης γράφει ἀντὶ τοῦ λεπὰς χέλυς· καί φησιν οὐκ εὖ Δικαίαρχον ἐκδεξάμενον λέγειν τὰς λεπάδας· τὰ παιδάρια δέ, ἡνίκ' ἂν εἰς τὸ στόμα λάβωσιν, αὐλεῖν ἐν ταύταις καὶ παίζειν, καθάπερ καὶ παρ' ἡμῖν τὰ σπερμολόγα τῶν παιδαρίων ταῖς καλουμέναις τελλίναις.* Quod ad finem odae Alcaei, ubi Casaubonus *ἐκ λυπάων δ' ἰαίνοι σε φρένας ἃ θαλασσία λεπάς* vel *ἰαίνοις ὦ θαλασσία λεπάς* suspicatus est, Schweighaeuserus *ἐκ λεπάδων χαυνοῖ φρένας ἃ θαλασσία λεπάς* vel — *χαυνοῖς φρένας ὦ θαλασσία λεπάς* emendandum conjecit, acutior me criticus lectionem genuinam restituat opto itaque copiam nobis praebeat de Aristophanis et Dicaearchi sententiis dijudicandi. Nec Welckerum in Jahnii ephemerr. l. c. auxilium attulisse video. Calliae denique dissertatio supra memorata nec non Aristophanea, cujus alibi quoque mentio facta est, eodem modo consideranda videtur, quo Dorothei scripta in nota 44 tractata.

52) Non posse suav. viv. sec. Epic. l. c. *εἰ μηδὲν ἄλλο, γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος.* Alium quo singularis Dicaearchi de Euripide liber indicetur locum ignoro nec multo minus alibi ejusmodi scripti titulum memoratum reperio. Qui quidem *περὶ Εὐριπίδου* fuisse potuit ipsumque scriptum cf. supra *περὶ Ἀλκαίου* criticum et exegeticum ad Euri-

pidis dramata commentarium, cum literaria historicaque de hoc tragico dissertatione conjunctum continuisse cf. Didymi ἐξηγητικὸς τῶν Ἴωνος δραμάτων Athen. XI, 468. d., ejusdem αἱ πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεις Ath. XIV, p. 634. e., ejusdem τοῦ Φρυνίχου δράματος Κρόνου ἐξήγησις Ath. IX, 371. f. Hanc vero conjecturam, quam tamen pluribus confirmare neque volo neque possum, si sequeremur, etiam Dicaearchi sententiae de duobus Euripidis trimetris infra proponendae aptissimam sedem nacti essemus.

53) Naekius nec non Buttmannus l. c. Dicaearchi de Euripide expositiones, sicut ceteras quoque ejus relationes didascalicarum nomine appellandas in ea Βίου τῆς Ἑλλάδος parte, cui titulus περὶ μουσικῶν ἀγώνων fuerit, et in ejus quidem capite περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων habuisse statuunt. Illam autem suspicionem, qua dissertatio περὶ μουσικῶν ἀγώνων pars Βίου fuerit, quanquam per se non improbabilem existimo, doctissimis tamen viris non assentior, quod nonnulla Dicaearchi relata, quamvis maxime singularia eaque sine libri pertinentis titulo superstitia, ob solam argumenti cognationem illi Βίου capiti assignant. Etiam Osannus eam sententiam, qua Dicaearchi ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων, de quibus infra accuratius agetur, in Βίῳ et in parte quidem ejus designata comprehensae fuissent, rectissime impugnavit. Jam vero conjecturas proferre si libuerit, suspicari quoque licebit Dicaearchum opus περὶ ποιητῶν conscripsisse in eoque, quae de Homero, Hesiodo, Alcaeo, Euripide et fortasse etiam Sophocle relicta sunt, exposuisse. Aristotelem saltem ejus magistrum hoc titulo opus in tres, quod minimum est, libros divisum composuisse novimus cf. Diog. Laërt. III, 46. Athen. XI, 305. c. et alios quoque ejusdem disciplinae philosophos idem fecisse comperimus, ita Phaeniam Eresium περὶ ποιητῶν δεύτερος Athen. VIII, 352. c. et Demetrium Byzantinum, qui περὶ ποιημάτων et περὶ ποιητῶν disseruit, nisi forte, ut Schweighaeuserus suspicatus est, hoc unum idemque opus fuit περὶ ποιητῶν καὶ ποιημάτων inscriptum cf. Athen. X, 452. d. XII, 548. e. XIV, 633. b. Hieronymus quoque, qui περὶ ποιητῶν scripserat cf. Athen. XIV, 635. f. (ἐν τῷ περὶ κιθαρῳδῶν, ὅπερ ἐστὶ πέμπτον περὶ ποιητῶν), ut eidem Schweighaeusero probabile videtur, non diversus fuerit ab Hieronymo Peripatetico.

54) Ex Elmsleji lectione, quam etiam Hermannus cf. Diar. class. fasc. XXXVIII, p. 271 et Naekius probaverunt, locus qui huc pertinet hicce est: τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι. Ea quoque ratio, qua Gailius in testimoniis veterum de Dicaearcho eum locum exhibuit, non plane improbanda est παρὰ Νεόφρονος δια-

σκευάσεως, quum vulgata lectio γενναιοφρόνως διασκευάσας, quam Buttmannus quoque secutus est, ineptissima esse mihi videatur. In editione Romana prolatum fuit παναιόφρονος διασκευάσας, Dicaearcho et Aristotele non memoratis. Beckius ex vulgata effecit ὁ Σικυώνιος Νεόφρων et Matthiaeus legendum proposuit τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβάλλεσθαι παρὰ Νεόφρονος διασκευάσεως. Elmsleji equidem lectione comprobata ὑποβαλέσθαι sensu medii pro *sibi vindicasse* accipio, quod quidem, si cum Gailio παρὰ Νεόφρονος διασκευάσεως tueremur, etiam passivo sensu per ὑποβληθῆναι explicare possemus cf. Herod. IV, 84. Plat. Phaedr. 244. e. Theaet. 165. b. Ita saltem Euripides plagiatus crimine absolveretur idque tantummodo contenderetur, quod Medea, quae Euripidi adscriberetur, Neophronis esset eaque, submota tandem Euripidis Medea, inter hujus tragici fabulas recepta fuisset: quod ita fieri potuisse perspicuum est et revera etiam ita factum esset, nisi Euripidis Medea, ut Welckerus cf. ejus recensionem Ariadnes Gruppii in Diar. Antiq. stud. 1834. nro. 79 recte exponit, celeberrima et splendidissima fuisset. Quae quum ita sint, ista opinio ex hacce loci explicatione repetita etiam multo magis mira appareat necesse est, quam ea Dicaearchi sententia, quae Elmsleji lectione efficitur. Num autem ea, quae verba exscripta sequuntur μέμφονται δὲ αὐτῷ τὸ μὴ πεφυλακέναι τὴν ὑπόκρισιν τῇ Μηδείᾳ, ἀλλὰ πεσεῖν εἰς δάκρυα, ὅτε ἐπεβούλευσε τῷ Ἰάσονι καὶ τῇ γυναικί et etiam haec ἐπαινεῖται δὲ ἡ εἰσβολὴ διὰ τὸ παθητικῶς ἄγαν ἔχειν καὶ ἐπεξεργασία μηδ' ἐν νάπαισι καὶ τὰ ἑξῆς, ut Buttmannus statuit, ad singularem Dicaearchi et Aristotelis sententiam referenda sint, dubito; satis potius universam iis significatam esse credo sententiam, quam Aristotelem quoque et Dicaearchum habere potuisse non nego.

55) Fragmenta Medeae Neophronis videas apud Schol. ad Eur. Medeam vs. 674. 1354. Stobaeum ecl. ed. Schow. p. 378, uti locus inde repetitus loco Medeae Euripideae excipitur. Ille autem non inelegantissimus sane hicce est: εἶεν. τί δράσεις, θυμέ; βούλευσαι καλῶς Πρὶν ἢ ἁμαρτεῖν καὶ τὰ προσφιλέστατα Ἔχθιστα θέσθαι. ποῖ ποτ' ἐξῇξας τάλας; Κάτισχε λῆμα καὶ μένος θεοσυγές. Καὶ πρὸς τί ταῦτα δύρομαι, ψυχὴν ἐμὴν Ὀρῶσ' ἔρημον καὶ παρημελημένην Πρὸς ὧν ἐχρῆν ἥκιστα, μαλθακοὶ δὲ δὴ Τοιαῦτα γεγώμεσθα πάσχοντες κακά; Οὐ μὴ προδώσεις, θυμέ, σαυτὸν ἐν κακοῖς; Οἴμοι, δέδοκται. παῖδες ἐκτὸς ὀμμάτων Ἀπέλθετ'. ἤδη γάρ με φοινία μέαν Λέδυκε λύσσα θυμόν. ὦ χέρες, χέρες Πρὸς οἷον ἔργον ἐξοπλιζόμεσθα. φεῦ Τάλαινα τόλμης, ἥ πολὺν πόνον βραχεῖ Διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ. (Pro ἥ legendumne est ἤ?)

56) Aliis omnino poëtis Euripidem usum non esse, demonstrare

nemo poterit: ita Athenaeus VI, 270. c. Euripidem sententiam ex Aethone Achaei dramate satyrico repetiisse tradit idemque VII, 276. a. Clearchi relationem proponit, ex qua Euripides in sua Medea *γραμματικὴν τραγῳδίαν* Calliae imitatus fuerit, *ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ* cf. etiam Clem. Alex. Strom. VI. t. II, p. 739 sqq. Welckerus quoque l. c. cum aliis viris doctis, ut Elmslejo, Hermanno et Clintonio, Euripidem Neophronis Medeam suae tragoediae adhibuisse sine ulla dubitatione statuunt. Aliorum ut Beckii et C. A. Boettigeri sententiam cf. Proluss. de Eur. Med. in Matthiae Miscell. phil. t. I, p. 115 — 140. 308 — 329, Neophronem Euripidis Medeam usurpasse, Elmslejus jam eo refutavit, quod Neophronem Euripide aetate priorem fuisse veri simile adnotavit, *παιδαγωγοὺς καὶ οἰκετῶν βάσανον* Neophronem monens primum in scenam introduxisse, quod jam saepissime apud Euripidem reperiretur. Deinde nostram in rem Elmslejus hosce locos attulit Diog. Laërt. II, 134. *ὥστε πταίουσι οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἣν ἔνιοι Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασί.* Suid. *Νεόφρων ἢ Νεοφὼν Σικυώνιος, τραγικός, οὗ φασὶν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν.* Ceterum Elmslejus potius fabulae oeconomiam personarumque mores quam verba aut sententias Euripidem a Neophrone mutuatum esse censet.

57) Quamvis illa Dicaearchi expositio in ejus *Βίῳ* contineri potuerit, eodem modo quo eadem Aristotelis observatio in ejus *ὑπομνήμασι*, de quibus tamen Athenaeus cf. IV, 173. c. XIV, 654. d. dubium relinquit utrum Aristotelis an Theophrasti fuerint, et quo alia de eodem tragico relatio in *ἱστορικοῖς* Hieronymi Rhodii *ὑπομνήμασι* cf. Athen. XIII, 557. e. *Ἱερώνυμος γοῦν ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι φησὶν οὕτως· εἰπόντος Σοφοκλεῖ τινος, ὅτι μισογύνης ἐστὶν Εὐριπίδης, ἔν γε ταῖς τραγῳδίαις, ἔφη ὁ Σοφοκλῆς, ἐπεὶ ἔν γε τῇ κλίνῃ φιλογύνης*): scholiasten tamen quem dixi in afferendo titulo errasse et nonnisi memoriter citavisse statuere licet. Quod ad conjiciendum etiam quod usurpatum est *περί* fortasse commoveat.

58) Plutarch. *περὶ τοῦ εἰ τοῦ ἐν Δελφοῖς* ed. Reisk. t. VII, p. 510. *στιχιδίοις τισὶν οὐ φαύλως ἔχουσιν, ὦ φίλε Σαραπίων, ἐνέτυχον πρώην, ἃ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν· Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης, Μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς εἶναι δοκῶ.* Ibi duo Euripidis versus, quos Barnesius ex ejus Archelao repetitos esse suspicatur, et de quibus etiam grammaticum quendam Dicaearchum a nostro diversum verba fecisse conjicere possumus, hunc sensum continere mihi videntur: „equidem pauper diviti munera mittere nolo, ne me stultum judices neve, si dedero, dives esse videar.“ Nam *δωρεῖσθαι* et ob usum in exculta oratione pedestri obtinentem, quem

universum eundem quoque dialogi in dramatis Atticis esse constat, et ob nostri loci sensum pro medio cum activa significatione, neque vero pro passivo interpretandum et ad *εἶναι* ex *πλουτοῦντι* praecedente vocabulo *πλούσιος* mente supplendum est, nisi forte pro *εἶναι* cum aliqua audacia palaeographica *πλουτεῖν* in texta substituere libet. In Musgravii editione Euripidis t. II, p. 489. fragmm. incert. nr. 134 pro *εἶναι* legitur *αἰτεῖν* amboque versus ita translati sunt: „nolo diviti donum dare pauper ipse, ne vel stolidum putes, vel donando mendicare videar.“ Ceterum loco supra exscripto Messenium Dicaearchum intelligendum esse jam ideo minime dubito, quod accuratior significatio non addita est. Quo tamen in opere Peripateticus de ratione versuum allegatorum disputaverit, ne conjici quidem potest; vario id sententiarum connexu fieri poterat neque ullo modo cum Naekio statuamus necesse est Dicaearchum, ubi de Euripide apud Archelaum commorato verba fecisset, illos versus attulisse. Ex hac nimirum Naekii sententia, quam tamen ipse non utpote unam rectissimam proposuit, simplissimum foret de singulari Dicaearchi libro cogitare super Euripide vel saltem super tragicis scripto, quanquam etiam digressionem statuere licet in alio Dicaearchi opere occasione oblata factam eique fortasse similem, quae apud Pausaniam I, c. 2. reperitur. Qui quidem locus simul de illius tragici apud Archelaum commoratione, ad quam Crateri amore commotus erat, conferri potest cum fragmento ex Hermesianactis Leontio apud Athen. XIII, 598. d. e. Schol. ad Arist. Ran. vs. 85. Moschopul. *σύνοψ. τοῦ βίου τοῦ Εὐριπίδ.* Thomae Magistr. *σύνοψ. τ. β. τ. Εὐρ.* etc. Etiam ex Agatharchide *περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης* apud Photium bibl. II, p. 444. b. 29 amicitiae ratio inter Euripidem et Archelaum intercessisse colligi potest.

59) Adv. mathematicc. III, p. 84, ubi de vocabuli *ὑπόθεσις* significationibus sermo est, *ταυῦν δὲ ἀπαρκέσει τριχῶς λέγεσθαι· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ἡ δραματικὴ περιπέτεια· καθὸ καὶ τραγικὴν καὶ κωμικὴν ὑπόθεσιν εἶναι λέγομεν καὶ Δικαιάρχου τινὰς ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων, οὐκ ἄλλο τι καλοῦντες ὑπόθεσιν ἢ τὴν τοῦ δράματος περιπέτειαν.* Quo loco *τινὰς* duobus modis explicari potest, aut ita ut idem quod *quasdam* significet, quatenus de opere Dicaearchi non ubique noto sermo fiat, aut ut, quemadmodum prae ceteris Osannus statuit, idem sit quod *nonnullas*, unde Dicaearchus nonnullarum tantum illius utriusque poëtae tragoediarum earumque, ut Osannus conjiciebat, praeclarissimarum et gravissimarum caute electarum argumenta composuisse efficeretur. Priorem vero equidem amplector sententiam, quum pro posteriori *ὑποθέσεις τινῶν Εὐρ. κ. Σοφ. μύθ.* dici maluissem, idque tantum adjicio, quod nostra tota inquirendi

ratio immutaretur, si pro τινὰς per conjecturam palaeographice proximam τινὸς legeretur.

60) Verba τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων non alium sensum habere perspicuum est ac si dictum fuisset τῶν ἐν ταῖς Εὐρ. κ. Σοφ. τραγῳδίαις μύθων et, si, ut veri simillimum est, de relationibus quae accedebant historicis super tempore et docendi ratione cogitatur, idem esse quod ὑποθέσεις τῶν Εὐρ. κ. Σοφ. δραμάτων cf. inprimis verba Sexti Empirici proxime sequentia. Pari modo quod in Persarum Aeschyli argumento commemoratum est Glauci opus περὶ Αἰσχύλου μύθων (vel locus ex alio Glauci opere huc pertinens, dicitur enim Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων) non ad solos qui tragoediis suberant μύθους pertinuisse videtur.

61) Neque enim persuadere mihi possum illas Dicaearchi ὑποθέσεις in ejus Βίῳ comprehensas fuisse cf. supra not. 53, neque cum Wowero polymath. c. XII, p. 135 et Fabricio ad Sexti locum (bibl. Gr. ed. Harl. t. II, p. 295 Dicaearchus nonnisi conjicitur de tragoediis et comoediis scripsisse) statuam singularem eas librum effecisse, etiamsi similia quaedam scripta ex antiquitate, ut τραγῳδούμενα (Argumenta tragica) Asclepiadis Tragilensis cf. Athen. X, 456. b. Phot. bibl. II, p. 486. b. 41 et praesertim Schol. ad Il. γ, 325. ζ, 155. θ, 1 allegari possent. Non ineptum denique, sed quod ita ut veritas ad liquidum exploraretur vix institui posset, foret studium indicandi, quo loco et quo modo illae Dicaearchi hypotheses Euripidis et Sophoclis fabularum aliarumque aliorum dramaticorum, quales ad Aristophanem exstitisse ut infra videbimus conjicere par est, in didascalicis grammaticorum relationibus quae etiamnunc supersunt adhibitae fuerint. Qua ratione Naekius, quanquam ita ut quaereret potius quam affirmaret, quae in vita Aeschyli apud Robortellum p. 11 de altera Persarum actione memorantur, sicut alia quaedam quae ibi proferuntur didascalica ex Dicaearchi relationibus repetita esse suspicatus est. Quod a veri specie non plane alienum neque magis rejiciendum est, quam si quis nostrum Dicaearchum in Rhesi argumento in eorum numero comprehensum esse arbitretur, qui hanc fabulam, quae in posterioribus didascaliis pro genuina relata erat, non Euripideam considerabant, sed Sophocleum potius ei ingenium inesse existimabant.

62) l. l., ubi idem doctissimus vir quod ad Sophoclis Antigonen nobis relictum est Aristophanis grammatici argumentum satis rectam ejusmodi ὑποθέσεως imaginem praebere et Dicaearchi ὑποθέσεις nonnisi aliquanto ampliores et accuratiores fuisse videri monuit.

63) Argum Soph. Ai. *Δικαίαρχος δὲ Αἴαντος θάνατον ἐπιγράφει, ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἴας ἀναγέγραπται.*

64) Argum. Soph. Oed. Tyr. *διὰ τί τύραννος ἐπιγέγραπται; ὁ τύραννος Οἰδίπους ἐπὶ διακρίσει θατέρου ἐπιγέγραπται. χαριέντως δὲ τύραννον ἅπαντες αὐτὸν ἐπέγραφον ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους, ὥς φησι Δικαίαρχος.* Hanc secundum relationem Sophocles in certamine quod cum Oedipode tyranno inierat tragico a Philocle, qui cum aliqua sua tragoedia in medium processerat, victus est: id enim loco inesse non videtur, quod Philocles idem Oedipodem eumque tyrannum composuerit, qui praeclarior Oedipode Sophoclis fuerit et eodem cum hoc tempore actus sit. Causam vero a scholiaste indicatam, ob quam Sophoclis Oedipus ab omnibus libenter tyrannus inscriptus fuerit, in nulla re nisi in verbi lusu positam esse patet.

65) In scholio ad Arist. Aνν. vs. 284 duo hujus nominis tragici referuntur et Groddeckius quoque init. hist. lit. I, p. 164 duos poëtas tragicos Philocles statuit.

66) Sophoclis quoque locus in majori prosaico *Βίου* fragmento et memoriter quidem, ut videtur, a Dicaearcho allegatus est.

67) Quod Euripidis ibi nomen nomen Sophoclis antecedit, aut casu aut ob ordinem literarum alphabeticum factum esse potuit; quamquam etiam ideo ita positum fuisse conjicere possumus, quod viri quorum mentionem statim faciam Euripidem Sophocli praeferendum existimaverint. Quam ad rem celeberrimum quod Socrates de Euripide protulit judicium conferatur et Lyncei epistola ad Posidippum comicum scripta apud Athenaeum XIV, p 652. d. *ἐν τοῖς τραγικοῖς πάθεσιν Εὐριπίδην νομίζω Σοφοκλέους οὐδὲν διαφέρειν.*

68) Ita, quem in eandem conjecturam Osannus attulit, Heraclides Ponticus *περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ* tribus in libris cf. Diog. Laërt. V, 6, 87 et Duris Samius, Theophrasti discipulus, *περὶ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους* cf. Ath. IV, 184. d.

69) Buttmannus quoque l. l. p. 39 „quumque Sexti Empirici verbis, inquit, etiam alii quidam poëtae non excludantur."

70) Argum. Rann. ed. Invernizz. *τὸ δὲ δρᾶμα τῶν εὖ καὶ φιλοπόνως πεποιημένων. ἐδιδάχθη δὲ ἐπὶ Καλλίου, τοῦ μετὰ Ἀντιγένη, διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια· πρῶτος ἦν· δεύτερος Φρύνιχος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι, οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν, καθ' ἣν διαλλάττει τοὺς ἐντίμους τοῖς ἀτίμοις καὶ τοὺς πολίτας τοῖς φυγάσιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὥς φησι Δικαίαρχος.*

71) Vit. Aeschyl. ap. Robort p. 11. *τὸν τρίτον ὑποκριτὴν αὐτὸς* (Aeschylus) *ἐξεῦρεν· ὡς δὲ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος, Σοφοκλῆς.*

72) Schol. in Plat. ed. Bekk. p. 331.

73) Locus qui huc pertinet totus hicce est cf. Non poss. suav. viv. sec. Epic. praeceptt. ed. Reisk t. X, p. 508. *τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἔωθεν ἀκροασόμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν καὶ Ἀριστοφάνους περὶ Ὁμήρου, τὰ ὦτα καταλήψῃ ταῖς χερσὶ δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος; εἶτ' οὐκ ἐμμελέστερον ἀποφαίνουσι τὸν Σκύθην Ἀτέαν; ὃς Ἰσμηνίου τοῦ αὐλητοῦ ληφθέντος αἰχμαλώτου καὶ παρὰ πότον αὐλήσαντος ὤμοσεν ἥδιον ἀκούειν τοῦ ἵππου χρεμετίζοντος; οὐχ ὁμολογοῦσι δὲ τῷ καλῷ πολεμεῖν τὸν ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον πόλεμον; εἰ δὲ μὴ ἡδονὴ πρόσεστι, τί σεμνὸν καὶ καθάριον ἀσπάζονται καὶ ἀγαπῶσιν; οὐκ ἦν δὲ πρὸς τὸ ἡδέως ζῆν ἐπιεικέστερον, μύρα καὶ θυμιάματα δυσχεραίνειν, ὡς κάνθαροι καὶ γύπες, ἢ κριτικῶν καὶ μουσικῶν λαλιὰν βδελύττεσθαι καὶ φεύγειν; ποῖος γὰρ ἂν αὐλὸς ἢ κιθάρα διηρμοσμένη πρὸς ᾠδὴν ἢ τίς χορὸς εὐρύοπα κέλαδον ἀκροσόφων ἀγνυμένων διὰ στόματος φθεγγόμενος οὕτως ἡὔφρανεν Ἐπίκουρον καὶ Μητρόδωρον, ὡς Ἀριστοτέλην καὶ Θεόφραστον καὶ Ἱερώνυμον καὶ Δικαίαρχον οἱ περὶ χορῶν λόγοι καὶ διδασκαλίαι καὶ τὰ δι' αὐλῶν προβλήματα καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν; οἷον διά τί τῶν ἴσων αὐλῶν ὁ στενώτερος βαρύτερον φθέγγεται, καὶ διὰ τί τῆς σύριγγος ἀνασπωμένης πᾶσιν ὀξύνεται τοῖς φθόγγοις, κλινομένης δὲ πάλιν βαρύνει καὶ συναχθεὶς πρὸς τὸν ἕτερον, διαχθεὶς δ' ὀξύτερον ἦχεῖ. καὶ τί δήποτε, τῶν θεάτρων ἂν ἄχυρα τῆς ὀρχήστρας κατασκεδάσῃς ἢ χοῦν, ὁ λαὸς τυφλοῦται· καὶ χαλκοῦν Ἀλέξανδρον ἐν Πέλλῃ βουλόμενον ποιῆσαι τὸ προσκήνιον οὐκ εἴασεν ὁ τεχνίτης ὡς διαφθεροῦντα τῶν ὑποκριτῶν τὴν φωνήν.*

74) Nullam adhuc investigavi causam, quae ad statuendum nos commoveat, Dicaearchum et didascalica et musica in uno opere tractavisse. Nisi aliunde relata accederent, dubium adeo videri posset, num ille locus Dicaearchum etiam in quaestionibus musicis (*τὰ δι' αὐλῶν προβλήματα καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν*) occupatum fuisse innuat.

75) Unum tantum ejusmodi opus exstitisse credo, etiamsi Rankius in comment. de vit. Aristoph. (ante B. Thierschii edit. t. I) Dicaearchum proprio quidem sensu didascalias non scripsisse, sed *iis in suis scriptis* ad dramatum et theatri historiam pertinentibus saepissime usum esse docet cf. etiam recens. ej. libr Ephemerr. scholastt. II. 1832. nr. 89. p. 713.

76) Ita Aristotelis *διδασκαλίαι* cf. Diog. Laërt. V, 1, 26. Schol. ad Arist. Avv. vs. 284. 1386 etc., ejusdem *νῖκαι Διονυσιακαί* cf. Diog. Laërt. V, 1, 26, Theophrasti *περὶ κωμῳδίας* Ath. VI, 261. d. Diog. Laërt. V, 47, Chamaeleontis *περὶ κωμῳδίας* cf. Ath. IX, 374 a. 406. e. Boeckh praef. Pind. Schol. p. IX, Cratetis *περὶ*

κωμῳδίας cf. Apollodor. apud Diog. Laërt. IV, 23, Lycophronis περὶ κωμῳδίας cf. Ath. VII, 278. b. XI, 485. d. XIII, 555. a., Carystii Pergameni περὶ διδασκαλιῶν cf. Athen. VI, 235. e., Eratosthenis περὶ κωμῳδιῶν cf. Schol. ad Rann. vs. 1060 sive περὶ κωμῳδίας cf. Athen. XI, p. 501. d., Callimachi πίναξ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν cf. Meinek. quaestt. scenn. spec. III, p. 4, Nestoris Tarsensis θεατρικὰ ὑπομνήματα cf. Athen. IX, 403. e., Jubae θεατρικὴ ἱστορία cf. Athen. IV, 175. d. e. 177. a. 182. e. 183. c. Praeter alios etiam Harmodius ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις cf. Schol. ad Arist. Vespp. 1277. et Aristoteles ἐν τοῖς κωμικοῖς cf. Erotian. gloss. Hippocrat. p. 177. citantur.

77) Hunc quidem veri simillimum esse locus Plutarcheus perspicue docet. Naekius tamen, qui sicut Meinekius quoque cf. quaestt. scen. spec. III, p. 2. omnia Dicaearchi relata didascalica ejus tractatui περὶ μουσικῶν ἀγώνων vindicavit, pro ea sententia, qua Dicaearchus didascalias non composuerit vel eo saltem titulo non ediderit, Casaubonum affert Athenaei locum VI, p. 235 commentantem. Sed ne Casaubonum moneam plane non definite dicere „ex hypothesi autem Aiacis Lorarii utrumque *colligas*, et scripsisse aliquid in hoc genere Dicaearchum, et Διδασκαλίας tamen scripto suo nomen non fecisse" idem doctissimus vir etiam paulo infra comparandus erat, ubi didascalias, quae sine auctoris nomine citantur, posteriorum grammaticorum, ut Aristarchi, Cratetis et aliorum didascalias intelligendas esse rectissime exposuit. Quid igitur ex argumento Aiacis Sophoclei supra exscripto contra sententiam efficitur, Dicaearchum didascalicum suum opus Διδασκαλίας inscripsisse?

78) Jonsius de scr. h. ph. I, 16, 1 et 3 omnes quas modo exhibui Dicaearchi relationes operi περὶ μουσικῶν ἀγώνων vel περὶ μουσικῆς potius, cujus caput περὶ μουσικῶν ἀγώνων fuisse putabat, accensuit.

79) ed. Reisk. t. X, p. 508. cf. praecipue verba καὶ τὰ δι' αὐλῶν προβλήματα καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν.

80) Athen. XIV, p. 636. c. ἦν γὰρ δή τινα, καὶ χωρὶς τῶν ἐμφυσωμένων καὶ χορδαῖς διειλημμένων, ἕτερα ψόφου μόνον παρασκευαστικά, καθάπερ τὰ κρέμβαλα. περὶ ὧν φησι Δικαίαρχος ἐν τοῖς περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου, ἐπιχωριάσαι φάσκων ποτὲ καθ' ὑπερβολὴν εἰς τὸ προσορχεῖσθαί τε καὶ προσᾴδειν ταῖς γυναιξὶν ὄργανά τινα ποιά, ὧν ὅτε τις ἅπτοιτο τοῖς δακτύλοις, ποιεῖν λιγυρὸν ψόφον. δηλοῦσθαι δ' ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ᾄσματι, οὗ ἐστιν ἀρχή· Ἄρτεμι σοί μέ τι φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ἱέναι τε ὅθεν ᾇδέ τις ἀλλὰ χρυσοφανία κρέμβαλα χαλκοπάραα χερσίν. De crotalis hoc loco memoratis (Castagnetten) eorumque usu in festis

Dionysiacis cf. *Fr. Creuzer:* ein alt athenisches Gefäss mit Mahlerei und Inschrift bekannt gemacht und erklärt von Dr. Fr. Cr. Leipzig und Darmstadt. 1832. p. 39 sq. Initium carminis in Dianam ex Dicaearcho propositum critica ratione difficillimum est eaque difficultas augetur, quod certo definiri non potest, quale metrum in loco citato fuerit et num res nobis sit cum hymno, quam sententiam Osannus habuit et quam vocabulum *ὕμνος* in versibus ipsis obvium adjuvare videtur, an cum carmine lyrico, oda vel etiam cum scolio fortasse. Posteriori hac ratione conferri posset Aristotelis *ᾆσμα εἰς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέα*, quod apud Athenaeum XV, p. 696. a. b. item pro scolio judicatum est. Schweighaeuserus ita transtulit: „Diana, mihi animus est gratum tibi edere carmen, interim dum haec alia (mulier) aurata aenea crembala pulset" et in adnotationibus, metrum elegicum nostro loco vindicans, hanc emendationem proposuit: *Ἄρτεμι, σοὶ μ' ἔτι φρὴν ἐπ' ἐφίμερον ὕμνον ἔνωθεν, Ἄδ' ἔτι χρυσοφανῆ κρέμβαλα χαλκοπραγῆ Χερσίν.* Nec magis placet correctio a Fiorillo not. ad Herod. Att. p. 68 facta: *„Ἄρτεμι, σοί μ' ἐστὶ φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ἰέναι, ἕως ἄλλα τις χρυσοφαέα κρέμβαλα χαλκοπαράα χερσὶν ἔχουσα ἰαχεῖ."* Neque equidem de hoc loco definite judicare ausim; attamen verborum in loco Dicaearcheo *ἐπιχωριάσαι καθ' ὑπερβολήν* (in quibus sine ullo dubio plura insunt quam in Schweighaeuseri versione: „frequentissimo in usu fuisse") justo minorem rationem habitam esse mihi persuadens eaque inprimis respiciens hanc profero conjecturam: *Ἄρτεμι, σοὶ μὲν φρὴν ἴεται τιν' ἐφίμερον ὕμνον Καὶ θεόθεν [ξυνέμεν, κρούοισα] δ' ἀεισέτω ἄλλα Χρυσοφανᾶ χερσίν τις κρέμβαλα χαλκοπάρῃα*, addida hac explicatione: „Diana, tibi quidem animus cupit suavem et ex divina inspiratione profectum hymnum audire; alia autem cantet quaequae crotala auro splendentia et genis aeneis praedita manibus pulsat."

81) Nemes. de nat. hom. ed. Matth. p. 68. *Δικαίαρχος δὲ ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀντὶ τοῦ κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν τῶν στοιχείων. οὐ γὰρ τὴν ἐκ τῶν φθόγγων συνισταμένην, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν ἐναρμόνιον κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν βούλεται λέγειν.* Varro de re rust. I, 2: Et quidem licet adjicias, inquam, pastorum vitam esse *incentivam*, agricolarum *succentivam*, auctore doctissimo homine Dicaearcho." Buttmanno enim non assentior, qui p. 14. hanc comparationem Varroni adjudicavit. Eadem autem comparatio si jam praecedentibus verbis apud Varronem accuratius exposita est „Certe, inquit Fundanius, aliud pastio et aliud agricultura, sed affinis, et ut dextera tibia alia quam sinistra, *ita ut* tamen sit quodammodo conjuncta; quod est altera ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva" locum tamen Dicaearchi

ansam ejus praebuisse suspicor eaque in re, quanquam hanc auctoritatem non maximi facio, Celidonium assentientem habeo. Quod tamen ejusmodi nihil loco Porphyriano legitur, rem minime mutat, quoniam omnem et integram Dicaearchi ea de re expositionem non jam superstitem habemus. Loci denique veterum, ex quibus etiam Graeci dextras et sinistras tibias cognitas habuisse efficiantur, nunc ipsum mihi non praesto sunt; Thierschium tamen vers. Pind. t. I, p. 55 hoc tacite statuentem video, quum ita disserat: „wurden zwei Flöten von demſelben Manne geblaſen, ſo waren beide um einen Achtklang verſchieden; die zur linken Hand ging in dem tiefen, die zur rechten in dem höheren Diapaſon." Ceterum *ἴσοι αὐλοί* commemorati sunt Plutarch. non poss. suav. etc. De dextris autem et sinistris Romanorum tibiis cf. Ald. Manut. de tibb. vett. in Graevii thesauro t. VI, p. 1209. Wolf. de cantiec. p. 6. Salmas. ad scr. r. Agr. II, p. 825 sqq. etc.

82) Schol. ad Arist. Nub. 1354. *Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῆς· ἐπεὶ δὲ κοινόν τι πάθος ἀεὶ φαίνεται συνακολουθεῖν τοῖς διερχομένοις, εἴτε μετὰ μέλους, εἴτε ἄνευ μέλους, ἔχοντά τι τῇ χειρὶ ποιεῖσθαι τὴν ἀφήγησιν, οἵ τε γὰρ ᾄδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις ἐκ παλαιᾶς τινος παραδόσεως κλῶνα δάφνης ἢ μυρρίνης λαβόντες ᾄδουσιν.*

83) cf. Naek. l. c. Osannus saltem jam de Soph. Ai. p. 118 not. *περὶ μουσικῆς* et *περὶ μουσικῶν ἀγώνων* pro uno eodemque libro existimavit. Fabricius contra bibl. Gr. l. c., scholion modo exscriptum et Plutarchi locum respiciens, *περὶ μουσικῆς* singulare opus arbitratus est.

84) Vol. III, p. 292. ed. Bip. Cf. Naek in append. Mus. Rhen. l. c. p. 166 et paulo infra singulos ipsos locos.

85) de script. hist. phil. I, 16.

86) Naekius demonstrat, quomodo hic scholiastes, quum apud auctores quibus utebatur numerum diversorum generum carminum convivalium ternum indicatum, corruptela autem lectionis nonnisi duo verbis descripta reperisset, pro tribus deinde generibus tantummodo duo recensuerit itaque pro *τρία* satis tenere *δύο* substituerit.

87) Heraclides Ponticus *περὶ μουσικῆς* in tribus quod minimum est libris cf. Athen. X, 455. d. XIV, 624. e. sq.: Qualem vero gravitatem universa musica apud philosophos Graecos habuerit etiam ex Quinct. inst orat. I, c. 8 coll. qui potest.

88) Secundum Vossium de hist. Gr. I, 47 Dicaearchi *περὶ μουσικῆς* opus etiam a Fabio (Quinctiliano) commemoratum est. In ejusmodi autem librum ea quae ex Dicaearchi relatio, quae de Telene tibicine superstes est, referri possit, quam Ruhnkenius ep. crit. I, p. 119. Meinekius quaest. scenic. sp. III, p. 2 necnon Naekius

scripto περὶ μουσικῶν ἀγώνων accensent. Quanquam Naekius eam relationem a Dicaearcho vario sententiarum connexu et verbi causa ibi, ubi de proverbio ἄειδε τὰ Τέλληνος tractaretur, proferri potuisse concessit. Quod eo minus rejiciendum videtur, quod Dicaearchum proverbiorum maximam rationem habuisse scimus. Ceterum idem doctissimus vir, si illam expositionem ad partem *Βίου* de musicis certaminibus referremus, eum locum vindicandum esse censuit, ubi Dicaearchus de auletica arte verba faciens praestantissimos tibicines enumerasset. Sed non sine aliqua veri specie hac in re multas conjecturas statui posse existimo; ipse autem qui huc pertinet locus hicce est Zenob. II, 15. ἄειδε τὰ Τέλληνος. οὗτος ὁ Τέλλην ἐγένετο αὐλητὴς καὶ μελῶν ἀνυποτάκτων ποιητής. μέμνηται αὐτοῦ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος. Simile proverbium a tibicine repetitum apud Athenaeum legitur XIV, 624. b. παρὰ δὲ Ἱππώνακτι Κίων καὶ Κώδαλος καὶ Βάβυς, ἐφ' ᾧ καὶ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον αὐλούντων (Schweighaeuseri conjectura ἀσκούντων veri simillima est)· κάκιον ἢ Βάβυς αὐλεῖ. Tellis tibicen apud Plutarchum legitur ἀποφθέγμ. Reg. et Duc. ed. Reisk. t. VI, 732 ἀπαγγέλλοντος δέ τινος, ὡς Ἀθηναῖοι στράτευμα κεκοσμημένον ὅπλοις εἰς Πελοπόννησον ἀπεστάλκασι· τί οὖν (εἶπεν Epaminondas) Ἀντιγενίδας στένει καινοὺς Τέλλινος αὐλοὺς ἔχοντος; ἦν δ' αὐλητὴς ὁ μὲν Τέλλις κάκιστος· ὁ δ' Ἀντιγενίδας κάλλιστος cf. etiam Droysen hist. Alex. M. p. 48. Gell. noct. Att. XVI, 5.

89) Ep. ad Att. XIII, 32 τριπολιτικὸν non invenio et epistolam ejus, quam ad Aristoxenum misit.“

90) Ita quod Aristotelis nomine ad nos pervenit scriptum περὶ κόσμου, quod Stahrius cf. Aristoteles bei den Römern p. 163—183 et Jahn. ephemerr. 1836. XVIII, 1, p. 1 sqq. pro Graeca versione libri Apuleji de mundo habet, Osannus contra cf. Beitr. z. gr. u. r. Literargesch. t I, p. 143 sqq. Chrysippo vindicat, a Stobaeo citatur ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον, Hieronymi Rhodii ἐπιστολαί allegantur, in quibus res historicae tractatae fuisse videntur cf. Athen. X, 455. a, Lyncei ἐπιστολαὶ δειπνητικαί cf. Athen. multis locis, Mnesithei Atheniensis περὶ κωθωνισμοῦ ἐπιστολή cf. Athen. X, 483. f., Epicuri περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολή cf. Athen. VIII, 354. b. c., Bitonis περὶ ὀργάνων πρὸς Ἄτταλον cf. Athen. XIV, p. 634. a., Iamblichi epistolae philosophici argumenti, velut ἐν τῇ ἐπιστολῇ πρὸς Ἀσφαλέα περὶ φρονήσεως cf. Stob. serm. ed. Schow I, p. 84.

91) Aristocles, idem fortasse qui de Spartanorum republica *egit* cf. Athen. IV, 140. b. et idem fortasse Peripateticus, de musica in epistolae forma egisse videtur cf. Athen. XIV, 620. e et 636. f, *ubi*

ex Apollodori libro contra eum scripto, *πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφή*, notitia de musicis instrumentis proposita est.

92) De saltationis inprimis generibus statim commemorandis Naekius animadvertit, quantopere Graeci ad artem et ad artis certationem omnia excoluerint.

93) Hunc Naekius quoque et Osannus, sicut qui Museum Rhenanum l. c. recensuit, quanquam hic aliis in rebus ad Dicaearchum pertinentibus ab illis magnopere dissentit, libri titulum fuisse statuunt.

94) Callimachi *περὶ ἀγώνων* cf. Harpocr. v. *Ἄτακτα*, Theodori Hieropolitani *περὶ ἀγώνων* cf. Athen. X, p. 412. e. 413. b., Philochori *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀγώνων* cf. Siebelis de Philochoro p. 85, Chariclis *περὶ τοῦ ἀστικοῦ ἀγῶνος* (h. e. de *τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις* ex adverso *τῶν ἐν ἀγρῷ* sive *Ληναίων*) cf. Ath. VIII, 350. c. (quod eo loco *ἐν τῷ πρώτῳ* citatur, conjicere inde liceat, de primo tantum libro magis universi operis *περὶ ἀγώνων* ejusque capite super Dionysiis sermonem esse), Protagoridae Cyziceni *περὶ Λαφνικῶν ἀγώνων* cf. Ath. IV, 150 c, sive, quod ex Schweighaeuseri judicio idem est, *περὶ τῶν ἐπὶ Δάφνῃ πανηγύρεων* Ath. IV, 176. a. 183. f. Conferas etiam quae allegantur Euphorionis *περὶ Ἰσθμίων* Athen. IV, 182. e. 183. f. XIV, 633. a. f., Georgi (vel rectius, ut videtur, Gorgonis) *περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν* cf. Ath. XV, 696. f. 697. a, Philomnesti *περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων* cf. Athen. III, 74 sqq., Hellanici *Καρνεονῖκαι* cf. Athen. XIV, 635. e. et Eratosthenis *Ὀλυμπιονῖκαι* cf. Diog. Laërt. VIII, 51. Athen. IV, 154. a.

95) De hac saltatione, quae etiamnunc nomine *Candiote* exerceri dicitur cf. Guys voyag. lit. de la Grèce l. XIII. Le Roy les ruines de plus beaux monumens de la Grèce 2. ed. pl. X, p. 22 et quae antiquum suum nomen a similitudine motuum cum volatu vel etiam cum figura grunm traxisse videtur, Plutarchus agit vit. Thes. c. 21. *ἐκ δὲ Κρήτης ἀποπλέων εἰς Δῆλον κατέσχε καὶ τῷ θεῷ θύσας καὶ ἀναθεὶς τὸ Ἀφροδίσιον, ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν, ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι, μίμημα τῶν ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ περιελίξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένην. καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος.*

96) cf. supra not. 6.; adjicere tantum liceat, quod Dicaearchus omnino ritus et consuetudines Sicyoniorum magnopere respexisse videtur, cf. etiam *Βίου* fragmentum, ubi mulieres Thebanae in sua se gerendi ratione Sicyoniis simillimae esse referuntur. Cum pilae denique illa saltatione etiam pugna per pilam instituta conferri potest,

cujus Pausaniam rationem habere crediderim III, 14. ἔστι δὲ ἄγαλμα ἀρχαῖον Ἡρακλέους, ᾧ θύουσιν οἱ σφαιρεῖς cf. ibi Siebelis.

97) Buttmannus quoque eas relationes ei *Βίου* parti vindicavit, ubi de artibus sermo fuisset, et Naekius tractatui περὶ μουσικῶν ἀγώνων adscripsit, quem tamen iterum ipsum *Βίου* partem habuit.

98) Ceterum jam Ionsius l. c. περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων partem libri περὶ μουσικῶν ἀγώνων existimavit eumque ipsum partem operis περὶ μουσικῆς, quam deinde sententiam Reiskius ad Plut. t. X. p. 509 amplexus est. Fabricius contra l. c. περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων, περὶ μουσικῶν ἀγώνων, Ὀλυμπικός, Παναθηναϊκός ut singula scripta recenset et Schweighaeuserus quoque in Athenaei indice Ὀλυμπικόν pro singulari Dicaearchi libro existimans „Ὀλυμπικός, inquit, historicus liber Dicaearchi.“ Inprimis Naekius et Osannus l. c. arctum istorum scriptorum connexum demonstrarunt.

99) Scriptorum locos modo sub titulo totius libri modo sub titulo singulorum capitum citari solitos fuisse, satis constat cf. Sturz fragmm. Hellan. p. 39 sqq. et per nostram ipsam hanc dissertationem nonnulla ejus generis adnotata sunt. Attamen pauca, ne eam rem nostra a parte silentio plane praetereamus, etiam hoc loco afferre libet. Ita Κραναϊκά Hellanici partem ejus Atthidis effecisse statuuntur cf. Sturz l. c. p. 86, ejusdem praeterea Βοιωτικά, Περσικά in scholiis Aristophaneis memorantur eaque nonnisi partes amplioris operis fuisse videntur, Herodotus ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς allegatur cf. Menand. de encom. ed. Heeren p. 49, ex decimo Theopompi Φιλιππικῶν libro ea pars, quae de demagogis Atheniensibus agebat, a nonnullis utpote singulare scriptum segregabatur cf. Ath. IV, p. 166. d. e. Θεόπομπος δ' ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν (ἀφ' ἧς τινες τὸ τελευταῖον μέρος χωρίσαντές εἰσιν, ἐν ᾧ ἐστὶ τὰ περὶ τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν), συναγωγὴ ποταμῶν Callimachi cf. Strab. IX, p. 397, sicut ejusdem κτίσεις νήσων καὶ πόλεων nihil fortasse nisi amplioris operis partes fuerunt et Appianus, scriptor historiae populi Romani, ἐν τῇ Ἀννιβαϊκῇ, Ἰλλυρίδι citatur etc. Huc etiam id pertinet, quod aliquot veteres scriptores nonnullas universae rei, quam tractabant, partes singulariter proponere et describere consueverunt cf. Cic. ad Div. V, 12 (ad Luccejum) „Deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum (qui omnes a perpetuis suis historiis ea quae dixi bella separaverunt), tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungere.“

100) Ad Παναθηναϊκός, Ὀλυμπικός ut etiam ad Τριπολιτικός Meur-

sius λόγος intelligendum eosque libros, ratione Suidae Dicaearchum ῥήτορα appellantis habita, pro orationibus considerandos esse credidit. Quam sententiam jam Fabricius impugnavit, qui l. c. libros quos dixi non magis quam Κορινθιακόν et Λεσβιακόν orationes, sed eodem modo dialogos potius fuisse suspicatus est. Naekius, quem Osannus deinde secutus est, ad Παναθηναϊκός et Ὀλυμπικός cf. exempli causa Thuc. I, 6 ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι, vocabulum ἀγών mente supplevit. Quae hi viri doctissimi pro sua sententia attulerunt argumenta ea inprimis re adjuvari censeo, quod quae istis titulis servatae sunt expositiones minime aptae esse apparent, locum in aliqua oratione sibi vindicando. Fieri vero quoque potest, ut quispiam ad illas inscriptiones βίος nomen mente adjiciendum esse et Dicaearchi eam descriptionem vitae Olympicae et Panathenaicae fuisse conjiciat. Ceterum eo loco, ubi ex vulgata quidem lectione de Dicaearchi Olympico verba fiunt, suspicari fortasse liceret, ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ verba, ad quae ἀγῶνι vel θεάτρῳ cogitando addas, priori olim loco sedem habuisse, per Ὀλυμπιάσι autem verbum mota eo irrepsisse, ubi nunc reperiuntur, ita ut opus, in quo Dicaearchus illa exposuerat, plane non nominatum fuisset. Quoniam denique dubitari nequit, quin Ὀλυμπικός titulus libri vel capitis potius fuerit, etiam locus Ciceronianus silentio non praetereundus est, qui, si obiter consideratur (id quod ipsi Osanno acciderat) nos facile commoveat, ut λόγος pro supplemento ad Ὀλυμπικός veri simillimo habeamus. Hicce autem locus, quo Cicero de scripto sibi elaborando disserit cf. ad Att. XIII, 6. 32. 33, est ad Att. XIII, 30: „volo aliquem Olympiae aut ubi visum, πολιτικὸν σύλλογον, more Dicaearchi, familiaris tui.“ Quem ad locum inter alios Ernestius adnotat, Ciceronem in libro conscribendo praesertim Ὀλυμπικόν Dicaearchi exemplar sibi proposuisse, quanquam ea ratione etiam Corinthiaco et libris Lesbiacis, quos a sermonis loco nomen traxisse supra vidimus, non exclusis. Sed de his duobus tantum scriptis — alios enim Dicaearchi libros eodem modo institutos ignoramus — ex Osanni sententia cogitandum est iisque vir doctissimus Ciceronem quod ad formam in componendo libro de gloria usum fuisse conjicit. Ut ad illum denique Ciceronis locum revertar, animadvertendum est quod disertis ibi verbis dicitur *Olympiae aut ubi visum* et quod *more Dicaearchi* verba ad proximum tantum πολιτικὸν σύλλογον ejusque quidem formam referenda sunt.

101) Quod Dicaearchus de scoliis commentatus est, cum studiis ejus, quibus Alcaeum poëtam eo in genere excellentissimum amplexus est, jam supra collocavimus cf. Ath. XV, 694. a. διά τε τὴν ἀρχαιότητα καὶ ἀφέλειαν τῶν ποιησάντων καὶ τῶν ἐπαινουμένων ἐπὶ τῇ ἰδέᾳ τῆς

ποιητικῆς Ἀλκαίου τε καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς Ἀριστοφάνης παρίστησιν ἐν Δαιταλεῦσιν, λέγων οὕτως· ᾄσον δή μοι σκόλιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος. Sententia vero Dicaearchi, qua scolia nomen inde traxerint, quod a cultioribus tantum et serie quidem plane non finita secundum ordinem fortuitum cantari solita essent, ab Ilgenio quoque de scolio p. 85 sqq. probata et accuratius explicata est. Alios autem veterum scoliorum nomen a νόμῳ σκολιῷ ex adverso νόμου ὀρθίου repetiisse vel etiam a ῥυθμῷ σκολιῷ h. e. numero amphibrachico vel etiam ab obliquo carminum circuitu, quem sellarum collocatio effecisset, derivasse constat. Loci veterum qui huc pertinent hi sunt: Schol. ad Arist. Ran. 1329. σκόλιον, ἡ παροίνιος ᾠδή. ὡς μὲν Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων, ὅτι τρία γένη ἦν ᾠδῶν· τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ᾀδόμενον, τὸ δὲ καθ' ἕνα ἑξῆς (de hac Naekii emendatione nemo, qui hunc ceterosque locos accuratius consideraverit, dubitabit; ea in verbis tantummodo constat τὸ δὲ interpositis et multo simplicior est quam Schweighaeuseriana, quae a Chardon la Rochette et Siebenkeesio comprobata est τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ᾀδόμενον, τὸ δὲ ὑπὸ πάντων μέν, οὐ δ' ὁμοῦ, ἀλλὰ καθ' ἕνα ἑξῆς neque non laudabilior quam ea, quae a censore musei Rhenani locum Athenaei XV, p. 694 respiciente proposita est τὲ — ᾀδόμενον, τὸ δὲ ὑπὸ πάντων μὲν καθ' ἕνα ᾀδόμενον, ἑξῆς δὲ κατά τινα περίοδον)· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνετωτάτων ὡς ἔτυχε τῇ τάξει· ὃ δὴ καλεῖται σκολιόν. ὡς δ' Ἀριστόξενος καὶ Φύλλις (apud Luciani scholiasten Φίλων et apud Photium Φίλης reperitur, forsitan *Phillis* significatus est Delius, cujus secundus liber περὶ μουσικῆς ab Athenaeo XIV, 636. b. commemoratur) ὁ μουσικός, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις περὶ μίαν τράπεζαν πολλὰς κλίνας τιθέντες, παρὰ μέρος ἑξῆς μυρρίνας ἔχοντες ᾖδον γνώμας καὶ ἐρωτικὰ σύντονα. ἡ δὲ περίοδος σκολιὰ ἐγίνετο διὰ τὴν θέσιν τῶν κλινῶν σκολιάν. ὑπόμνημα ἔγραψε Τυραννίων περὶ τοῦ σκολιοῦ μέτρου, ὃ προετέθη αὐτῷ ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος — σκολιόν, τὸ ῥᾴδιον, κατὰ ἀντίφρασιν, μέλος τι ὀλιγόστιχον. Quocum ad verba Schol. ad Vesp. 1277 congruit. nisi quod ibi pro καλεῖται καλεῖσθαι habetur et quod post κλινῶν etiam haec verba leguntur οἱ δέ φασιν ὡς ἔθος ἦν τὸν μὴ δυνάμενον ἐν τοῖς συμποσίοις ᾄσαι δάφνης κλῶνα ἢ μυρρίνης λαβόντα πρὸς τοῦτον ᾄδειν. ἔνιοι δέ φασιν ὡς ἐκ τοῦ ἐναντίου προσηγορεύθησαν σκολιὰ τὰ παροίνια μέλη. ἁπλᾶ γὰρ αὐτὰ ἐχρῆν εἶναι καὶ εὔκολα, ὡς παρὰ πότον ᾀδόμενα. οὐκ εὖ δὲ τοῦτο· τὰ γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, οὐ μὴν τοὔμπαλιν. ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ ἑξῆς ἡ λύρα τοῖς συμπόταις ἐδίδοτο, ἀλλ' ἐναλλάξ, διὰ τὴν σκολιὰν τῆς λύρας περιφορὰν σκολιὰ ἐλέγετο. Eadem expositio in scholiis ad Plat. Gorg. ed. Ruhnk. p. 103 reperitur σκόλιον λέγεται — ὃ (ita enim pro ᾧ legendum est) δὴ καλεῖσθαι σκόλιον. ὡς δὲ Ἀριστόξενος καὶ Φύλλις ὁ μουσικός, ὅτι ἐν τοῖς

γάμοις περὶ μίαν τράπεζαν πολλὰς κλίνας τιθέντες, παρὰ μέρος ἑξῆς, μυρρίνας ἔχοντες ἢ δάφνας, ᾖδον γνώμας καὶ ἐρωτικὰ σύντονα. ἡ δὲ περίοδος σκολιὰ ἐγένετο διὰ τὴν σύνθεσιν τῶν κλινῶν ἐπὶ οἰκημάτων πολυγωνίων οὐσῶν. καὶ τούτῳ καὶ τὰς ἐπ' αὐτὰς κατακλίσεις παραβύστους γίνεσθαι. οὐ διὰ τὴν μελοποιΐαν οὖν, διὰ δὲ τὴν μυρρίνης σκολιὰν διάδοσιν, ταύτῃ καὶ τὰς ᾠδὰς σκολιὰς καλεῖσθαι et in Luciani scholio l. c.. nisi quod h. l. Dicaearchus ἐν τῷ περὶ μουσικῆς citatur et pro τρία, ut supra vidimus, δύο γένη ᾠδῶν legitur. Eadem porro apud Suidam t. III, p. 334 et Photium Lex. ed. Herm. p. 386 (utroque tamen hoc loco post κλινῶν vocabulum σκολιάν deest) obvia sunt. Comparandi denique causa hos praeterea duos locos adscribo: Athen. XV, p. 694. σκολιὰ δὲ καλοῦνται οὐ κατὰ τὸν τῆς μελοποιΐας τρόπον, ὅστις [ἂν] (Schweighaeuseri correctionem ὅτι non necessariam habeo) σκολιὸς ἦν· λέγουσι γὰρ τὰ ἐν ταῖς ἀνειμέναις εἶναι σκολιά· ἀλλὰ τριῶν γενῶν ὄντων, ὡς φησιν Ἀρτέμων ὁ Κασσανδρεὺς ἐν δευτέρῳ βιβλίων χρήσεως, ἐν οἷς τὰ περὶ τὰς συνουσίας ἦν ᾀδόμενα· ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἦν, ὃ δὴ πάντας ᾄδειν νόμος ἦν· τὸ δὲ δεύτερον, ὃ δὴ πάντες μὲν ᾖδον οὐ μὴν ἅμα γε ἀλλὰ κατά τινα περίοδον ἐξ ὑποδοχῆς· τρίτον δέ, οὗ μετεῖχον οὐκέτι πάντες, ἀλλ' οἱ συνετοὶ δοκοῦντες εἶναι μόνοι καὶ καθ' ὅντινα οὖν τόπον τύχοιεν ὄντες (ita secundum similem Schweighaeuseri emendationem pro vulgata καὶ κατὰ τόπον τινὰ εἰ κ. τ. λ. legendum credidi)· διόπερ ὡς ἀταξίαν τινὰ μόνον παρὰ τἄλλα ἔχον, τὸ μήθ' ἅμα μήθ' ἑξῆς γιγνόμενον, ἀλλ' ὅπου ἔτυχεν εἶναι σκολιὸν ἐκλήθη· τὸ δὲ τοιοῦτον ᾖδετο ὁπότε τὰ κοινὰ καὶ πᾶσιν ἀναγκαῖα τέλος λάβοιεν· τηνικαῦτα γὰρ ἤδη τῶν σοφῶν ἕκαστον ᾠδήν τινα καλὴν εἰς μέσον ἠξίουν προσφέρειν. καλὴν δὲ ταύτην ἐνόμιζον τὴν παραινετόν τέ τινα καὶ γνώμην ἔχειν δοκοῦσαν χρησίμην τε εἰς τὸν βίον et Plutarch. Quaestt. Symposs. I, p. 615 ed Reisk. t. VIII, p. 429 sq. ὦ ἄνθρωπε, τί ταῦτα πρὸς Διόνυσον; ᾄδει μὲν γὰρ ἴσως τὰ καλούμενα σκολιὰ κρατῆρος ἐν μέσῳ προκειμένου καὶ στεφάνων διανεμομένων, οὓς ὁ θεὸς ἐλευθερῶν ἡμᾶς ἐπιτίθησιν, οὐ καλὸν δὲ οὐδὲ συμποτικόν. ἐπεί τοι καὶ τὰ σκολιά φασιν οὐ γένος ᾀσμάτων εἶναι πεποιημένων ἀσαφῶς, ἀλλ' ὅτι πρῶτον μὲν ᾖδον ᾠδὴν τοῦ θεοῦ κοινῶς ἅπαντες μιᾷ φωνῇ παιανίζοντες, δευτέραν δ' ἐφεξῆς ἑκάστῳ μυρσίνης παραδιδομένης, ἣν ἄσακον (?) οἶμαι διὰ τὸ ᾄδειν τὸν δεξάμενον ἐκάλουν. ἐπὶ δὲ τούτῳ λύρας περιφερομένης ὁ μὲν πεπαιδευμένος ἐλάμβανε καὶ ᾖδεν ἁρμοζόμενος, τῶν δ' ἀμούσων οὐ προσιεμένων, σκολιὸν ὠνομάσθη τὸ μὴ κοινὸν αὐτοῦ μηδὲ ῥᾴδιον. ἄλλοι δέ φασι, τὴν μυρσίνην οὐ καθεξῆς βαδίζειν, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἐπὶ κλίνην διαφέρεσθαι. τὸν γὰρ πρῶτον ᾄσαντα τῷ πρώτῳ τῆς δευτέρας κλίνης ἀποστέλλειν, ἐκεῖνον δὲ τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης, εἶτα τὸν δεύτερον ὁμοίως τῷ δευτέρῳ. καὶ (διὰ) τὸ ποικίλον καὶ πολυκαμπὲς (ὡς ἔοικε) τῆς περιόδου σκολιὸν ὠνομάσθη.

102) Schol. ad Arist. Avv. vs. 1403. *Ἀντίπατρος καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φασι τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λᾶσον τὸν Ἑρμιονέα· οἱ δὲ ἀρχαιότεροι Ἑλλάνικος καὶ Δικαίαρχος Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον· Δικαίαρχος* (codices exhibent *Δήμαρχος*) *μὲν ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων, Ἑλλάνικος δὲ ἐν τοῖς Κραναϊκοῖς.* Hoc scholion a Phavorino v. *κυκλιοδιδασκάλιον* exscriptum est. Dicaearchum autem Arionem primum cyclicos choros instituisse vel, quod idem est, dithyrambum condidisse cf. Schol. l. l. *τὸν κυκλιοδιδάσκαλον ἀντὶ τοῦ διθυραμβοποιόν* existimantem non solum multi veterum scriptorum (Aristoteli eadem sententia fuisse videtur), sed etiam doctissimi nostrae aetatis secuti sunt. Cf. Herod. I, 23 (Arionem) *ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ,* quo Pindarus quoque spectat Olymp. XIII, 18 sq. *ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν Σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες διθυράμβῳ;* cf. Schol. ad Plat. ed. Ruhnk. p. 155. *εὑρεθῆναι μὲν τὸν διθύραμβον ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ Ἀρίονός φασι.* Dio Chrysost. Orat. 37. p. 455. et inter recentiores *Genelli* d. Theat. z. Ath. initio et *Boeckh* Staatsh. d. Ath. II, p. 362 sq. Ceterum omnis illa repugnantia ita fortasse dirimi potest, ut Arion primus rudes cantus in Bacchi festis arte coluisse, Lasus autem dithyrambi recitationem ad certationem instituisse cogitetur cf Schol. ad Vesp. 1450. *Λᾶσος Χαβρίνου, Ἑρμιονεὺς πόλεως τῆς Ἀχαΐας, γεγονὼς κατὰ τὴν ιη Ὀλυμπιάδα, ὅτε Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου* [*ἐβασίλευε*] *τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς ἀντὶ τοῦ Περιάνδρου. πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς λόγους ἔγραψε καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους.* Clem. Alex. Strom. ed. Pott. t. 1, p. 365. *διθύραμβον δὲ ἐπενόησεν Λᾶσος Ἑρμιονεύς· ὕμνον Στησίχορος Ἱμεραῖος.* Conferri denique potest locus ex Procli chrestomathia in Photii bibliotheca t. II, p. 320. a. *εὑρεθῆναι δὲ τὸν διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει· τὸν δὲ ἄρξάμενον τῆς ᾠδῆς Ἀριστοτέλης Ἀρίονά φησιν εἶναι, ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν. ὁ μέντοι νόμος γράφεται μὲν εἰς Ἀπόλλωνα, ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ* (*νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπεκλήθη*), *ὅτι τῶν ἀρχαίων χοροὺς ἱστάντων καὶ πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν ᾀδόντων τὸν νόμον, Χρυσόθεμις Κρὴς πρῶτος, στολῇ χρησάμενος ἐκπρεπεῖ καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν εἰς μίμησιν τοῦ Ἀπόλλωνος μόνος ᾖσε νόμον, καὶ εὐδοκιμήσαντος αὐτοῦ διαμένει ὁ τρόπος τοῦ ἀγωνίσματος. δοκεῖ δὲ Τέρπανδρος μὲν πρῶτος τελειῶσαι τὸν νόμον ἡρῴῳ μέτρῳ χρησάμενος, ἔπειτα Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος οὐκ ὀλίγα συναυξῆσαι, αὐτὸς καὶ ποιητὴς καὶ κιθαρῳδὸς γενόμενος. Φρῦνις δὲ ὁ Μιτυληναῖος ἐκαινοτόμησεν αὐτόν· τό τε γὰρ ἑξάμετρον τῷ λελυμένῳ συνῆψε καὶ χορδαῖς τῶν ζ πλείοσιν ἐχρήσατο. Τιμόθεος δὲ ὕστερον εἰς τὴν νῦν αὐτὸν ἤγαγε τάξιν.*

103) Schol. ad Arist. Vesp. 564. ὁ μέντοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ οὐκ οἶδα ἐξότου ποτὲ καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὑπέλληφε θαλλοφορεῖν. Ξενοφῶντος μὲν ἐν τῷ συμποσίῳ, Φιλοχόρου δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ, ὅς γε καὶ τὸν καταιδόντα τὸ ἔθος Ἐριχθόνιον συνίστησι. μνημονεύει τοῦ ἔθους Κρατῖνος μὲν ἐν Δηλιάσι, Φερεκράτης δ' ἐν Ἐπιλήσμοσιν. Quem sententiarum connexum verba Ξενοφῶντος — συνίστησι cum antecedentibus habeant, nondum mente assecutus sum; haecce tamen suspicabar. Unus scholiastes Dicaearchum statuisse refert, in Panathenaeis olim etiam feminas vetulas ramos gestasse, et *se nescire* addit, *qua auctoritate motus* Dicaearchus ita tradiderit: ita enim verba ἐξ ὅτου explicari possent, quum contra in vulgari scribendi ratione ἐξότου de significato tempore plane incerto cogitandum sit. Alius scholiastes eandem vel similem relationem in Xenophontis Symposio et in Philochori Atthide repererat aut saltem se reperisse crediderat ac Dicaearchi igitur opinionem horum virorum auctoritate niti adnotavit. Ita Ξενοφῶντος et Φιλοχόρου ad ὅτου grammatice referendum esset. Sed non negligendum est, quod in Xenophontis Symposio de feminis ramos gerentibus nihil memoratum est cf. IV, 17. τεκμήριον δέ· θαλλοφόρους γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται, ὡς συμπαρομαρτοῦντος πάσῃ τῇ ἡλικίᾳ τοῦ κάλλους. Nostram denique Dicaearchi narrationem etiam C. O. Muellerus cf. Beil. üb. die erhab. Bildwerk. in den Metop. u. am Fries. d. Parthen. zu Stuarts u. Revetts Alterth. v. Ath. Teutsch. Bearb. t. II, p. 679 respexit.

104) Athen. XV, p. 620. ὅτι δ' ἐκαλοῦντο οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ Ὁμηρισταί, Ἀριστοκλῆς εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ χορῶν. τοὺς δὲ νῦν Ὁμηριστὰς ὀνομαζομένους πρῶτος εἰς τὰ θέατρα παρήγαγε Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου. Κλέαρχος δ' ἐν τῷ προτέρῳ περὶ γρίφων· τὰ Ἀρχιλόχου, φησὶν, ὁ Σιμωνίδης ὁ Ζακύνθιος ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου καθήμενος ἐῤῥαψῴδει. Λυσανίας δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἰαμβοποιῶν Μνασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγει ἐν ταῖς δείξεσι τῶν Σιμωνίδου τινὰς ἰάμβων ὑποκρίνεσθαι. τοὺς δ' Ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν Ὀλυμπιάσι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός, ὥς φησι Δικαίαρχος ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ. Ἰάσων δ' ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, φησὶν, ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ὑποκρίνασθαι Ἡγησίαν τὸν κωμῳδὸν τὰ Ἡροδότου (Ἡσιόδου?), Ἑρμόφαντον δὲ τὰ Ὁμήρου.

105) Librum περὶ ἀγώνων Vitae Graeciae partem non fuisse, idque ipsum omnino opus imaginem universam vitae Graecae non continuisse, censor musei Rhenani inde potissimum efficere conatur, quod ne Aristoteles quidem tale opus componere potuerit et singula cultus

capita in singulis libris tractaverit et quod Dicaearchi *Βίος* ex tribus tantum libris constiterit. Haec argumenta quid valeant, infra accuratius exponam ibique demonstrabo statuere licere, *Βίον* multa quanquam breviter explicata continuisse, ita tamen, ut omnes Dicaearchi qui memorantur libri ob cognatum argumentum ei operi assignandi non sint.

106) Buttmannus, Naekius et Osannus omnes relationes ex scripto *περὶ ἀγώνων* repetitas idque ipsum scriptum ad tertium *Βίου* librum referunt.

107) Ex hac sententia Naekius efficit, etiam Suidae mancitatem in libris Dicaearcheis enumerandis explicandam eamque partim magis specie, quam revera mancitatem esse. Sed quum hic vir doctissimus ipse Suidam etiam alia Dicaearchi scripta, quae a *Βίῳ* penitus separanda sint, silentio praetermisisse animadvertat et quum omnino Suidas se non *κριτικώτατον* ubique manifestaverit, refutatione supersedere nos posse credimus. Neque plus probat quod idem Naekius rationem, quam Dicaearchus in musicis rebus aliis in *Βίον*, in aliis ejusdem generis in librum *περὶ μουσικῶν ἀγώνων* recipiendis secutus sit, frustra investigari adnotat, quoniam paucissima duorum horum scriptorum fragmenta supersunt. Multa praeterea ea ratione conjicere licet, velut Dicaearchum in *Βίῳ* gravissima quae ad artem musicam et dramaticam pertinerent breviter exposuisse, singularia quaedam occasione oblata adnectentem; in opere vero *περὶ ἀγώνων* festivos Graecorum ludos accurate descripsisse.

Caput septimum.

Vita Graeciae a Dicaearcho conscripta.

Quantum ex iis quae ad Dicaearchi *Βίον τῆς Ἑλλάδος* certo referenda sunt fragmentis effici potest, hoc in opere de antiquissimo statu quum universi generis humani tum praesertim populi Graeci, de historicis rebus et ad Graeciam et ad alias terras pertinentibus, et conjunctim cum historia de chronologicis rationibus, de geographicis Graeciae proportionibus, de artibus et literis et de moribus et ritibus Graecorum sermo fuerat. [1]) Quod in libris manuscriptis superstes est majus fragmentum, quod viri docti per multum temporis — quo id jure fecerint hoc loco non accuratius demonstretur — Vitae Dicaearcheae partem consideraverunt, nobis quod minimum est concedit, ut Dicaearchum in hoc opere descriptionem Graeciae vel magnae saltem ejus partis proposuisse colligamus. Ad aliquam igitur eamque fortasse haud exiguam *Βίου* partem Groddeckii conjectura accommodari recte poterit, Dicaearchum Graecorum instituta et mores specie itinerarii exsecutum fuisse. Qua in sententia etiam Hieronymi loco adv. Jovin. l. II. confirmamur, ubi nostrum opus verbis „in libris antiquitatum et descriptione Graeciae“ designatum est. [2]) Sine ullo deinde dubio hoc idem Dicaearchi opus apud Varronem significatum est de re rustica I, 2 ita proferentem „auctore doctissimo homine Dicaearcho, qui Graeciae vitam qualis fuerit ab initio nobis ita ostendit etc.;“ necnon apud Porphyrium *περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων* IV, 2 ratio *Βίου*

habita est de Dicaearcho hoc modo eloquentem: *τῶν τοίνυν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ Ἑλληνικὰ συναγαγόντων ἐστὶν καὶ ὁ περιπατητικὸς Δικαίαρχος*, quae omnino verba ad rectam de habitu totius operis sententiam conformandam gravissima esse infra videbimus. Quae modo exposui, ex iis id quidem certo efficitur, quod *Βίος* titulus amplissimo sensu intelligendus est et quod in hoc opere ipso vita Graeciae secundum diversas plane rationes, neque solum, ut videtur, qualis scriptoris aetate fuerit, sed etiam priorum temporum ex historico quidem ejus progressu descripta fuit. [3]) Simili sensu universo *βίος* vocabulum saepius obvium est atque apud Latinos quoque *vita* ita usurpatur cf. Plin. hist. nat. praef.: „rerum natura, hoc est vita, narratur," et praeterea ex antiquitate nonnulla opera, quorum similis ratio fuisse videtur, eodem titulo praedita allegare possumus. Sic Jason, Posidonii discipulus, vitam Graeciae quatuor libris composuerat totidemque libris Varro, doctissimus fortasse Romanorum, opus quod vita populi Romani inscriptum fuit confecerat. [4]) Ad *Ἑλλαδικός* quoque titulum, quo titulo Polemonis opus quamquam non plane certo citatum est, [5]) cf. Ath. XI, 479. XIII, 606. a. b *βίος* vocabulum mente adjici haud inepte videtur.

Ex nullo fragmentorum quae ad nos quidem pervenerunt Dicaearchus colligi potest in *Βίῳ* formas civitatum Graecarum respexisse vel adeo praecipue explicuisse. Rationem quidem earum necessario habendam passim fuisse patet; totum autem hujus operis librum et secundum quidem in diversas partes, quae etiam per se singulae pro singulis dissertationibus haberi potuissent, ut *πολιτείαν Ἀθηναίων*, *Κορινθίων*, *Πελληναίων* etc. divisum fuisse non modo demonstrare, sed ne probabile quidem reddere possumus. *Βίος* enim verbo etiam civilem vitam comprehensam fuisse vel comprehendi potuisse, usus quidem illius verbi in inscriptionem adhibiti optime pateretur; [6]) sed Ciceronis locus epist. ad Att. II, 2, ex quo viri docti *πολιτείας Ἀθηναίων*, *Κορινθίων*, *Πελληναίων* aliorumque

populorum Graecorum capita *Βίου* efficere studuerunt, ejusmodi est, ut, si accuratius consideratur et cum aliis locis Ciceronianis comparatur, ad statuendum nos commoveat, de nostro *Βίῳ* ibi penitus non cogitari. [7]) Ille vero est: „*Πελληναίων* in manibus tenebam; et hercule magnum acervum Dicaearchi mihi ante pedes exstruxeram. O magnum hominem et a quo multo plura didiceris quam de Procilio. *Κορινθίων* et *Ἀθηναίων* puto me Romae habere. Mihi crede, lege sis haec otio, mirabilis vir est. *Ἡρώδης* si homo esset, eum potius legeret quam unam literam scriberet.“ Ante omnia considerare hic debemus, Ciceronem de magno scriptorum Dicaearcheorum acervo, [8]) quem ante suos pedes exstruxisset, verba facere eamque relationem, etiamsi quandam Ciceronis exaggerationem agnosceremus, cum Porphyrio *Βίου* Dicaearchi compactam et accuratam simul rerum Graecarum expositionem continuisse memorante haud congruam esse. A veri deinde specie plane alienum est Ciceronem, simulatque ad *Βίου* perlegendum accessisset, singulas ejus partes alias alibi sparsas habuisse, omnisque illa conjectura, qua singula *Βίου* capita etiam ut singuli libri separatim exstiterint, nihil nisi conjectura est. [9]) Neque porro certum est, quod supplementum ad genitivos *Πελληναίων*, *Κορινθίων*, [10]) *Ἀθηναίων* [11]) mente adjiciendum sit; de *βίος* quidem cogitari posset, [12]) sed majorem veri speciem *πολιτεία* sibi vindicat, quod Osannus quoque et Naekius, ita tamen ut has *πολιτείας* pro *Βίου* partibus haberent, statuerunt. Sed hae quominus *πολιτεῖαι* ad Dicaearchi *Βίου* referatur, alius Ciceronis locus ad Att. XIII, 39 cf. supra ex lectione quidem et interpretatione ejus maxime probabili, quod etiam Naekius bene perspexit, impedimento est. Praeterea in illo Ciceronis loco supra exscripto ne minimum quidem indicium inest, quod quae ibi memorantur scripta *Βίου* vel alius omnino operis Dicaearchei *partes* fuerint. Attamen hoc veri simillimum est et Dicaearchus de civitatibus Graecis earumque formis opus composuisse, cujus partes illae *πολιτεῖαι* fuerint, satis pro-

nonnisi tamen ex parte, ut Naekius ipse intellexit, ei incommodo sic succurritur et in Suida levissimo compilatore defendendo nimium operae collocatur. Nec magis quod Naekius pro sua sententia attulit argumentum aliud approbamus, frustra conaturos nos esse rationem investigare, ex qua Dicaearchus alia musica et, si dicere fas est, agonistica in *Βίῳ*, alia ejusdem generis in libro *περὶ ἀγώνων* pertractaverit. Quae cum ita sint, fieri tamen potuisse minime omnium infitiamur, ut Dicaearchus universam vitae Graecae imaginem uno libro proponeret, eamque inprimis causam, quam Musei Rhenani censor opposuit, quod ne Aristoteles quidem ei rei exsequendae par fuerit [17]) et diversas potius culturae Graecae partes singularibus libris exposuerit, pro levissima consideramus. Aristotelem quidem ita instituisse concedamus, [18]) quid vero inquam conjicere nos vetat, discipulum ejus aliquanto longius progressum et universam ejusmodii maginem exsecutum esse? Ab Aristotele quoque major rerum civilium ratio habita est, Dicaearchus contra inprimis culturam, vitae et societatis modos respexit. Illam tamen Dicaearchi vitae Graecae imaginem universam brevem et nonnisi passim egregia et singulari doctrina exornatam fuisse cogitemus necesse est. Varietas quoque argumenti singulorum fragmentorum, quae ex nostro opere servata sunt, multifariam ejus rationem testatur necnon, quod *ἐν τοῖς περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου*, *ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἑλλάδος* citatur, inde repetendum esse videtur. Ut sententiam igitur virorum doctorum, qui omnia separanda et in singulares libros referenda esse statuerunt, ut Rankii comment. de Aristoph. vit. l. c. cf. Ephemeridd. scholl. II, 1832. 89. p. 713. et censoris Musei Rhenani, minime amplector, ita de institutione ejus operis in singulis ejus partibus conjecturarum numerum [19]) augere nolo, quas acutissimas et adhuc prolatas esse et in posterum extricari posse non nescio, nihilque aliud paulo infra equidem agam, quam singula fragmenta quae cum libri pertinentis indicio reliqua sunt indicabo, ea deinde quae cum solo *Βίου* titulo et ea

denique quae Dicaearchi nomine superstitia et nonnisi probabiliter ad *Βίον* referenda sunt collocabo. Quod ad postremi generis fragmenta, ratio quam instituam eo minus temeraria esse apparebit, si argumentum eorum considerabitur idque inprimis respicietur, quod *Βίος* praecipuum Dicaearchi opus exstitit et quod, si hic scriptor in universum citatur, de illo opere cogitare quam maxime pronum est.

Antequam autem ad ipsa fragmenta exhibenda accedamus, sententias Osanni, Naekii, Marxii et Buttmanni de dispositione et expositione *Βίου* secundum singulos libros verbo tangamus necesse est. Primam ejus rei mentionem Marxius fecit, accuratiorem deinde ejus expositionem Buttmanno et prae omnibus Naekio debemus, quae eadem nonnullis tamen rationibus immutata ab Osanno ita indicata est. Primum librum historiam Graeciae continuisse conjiciunt ut partem in totum opus introducentem, eique universas geographici argumenti expositiones, sicut de ratione inter Graeciam et ceteram terram intercedente, adjunctas fuisse. In secundo deinde libro descriptionem civitatum Graecarum, quales auctoris aetate exstitissent, comprehensam fuisse in eoque singulas *πολιτείας* ratione quam investigare non jam liceret observata se deinceps excepisse. Tertium vero librum vitam domesticam Graecorum cum theatro omnibusque rebus ad id pertinentibus, ludis publicis religionisque cultu descripsisse et in singularia iterum capita singularibus titulis praedita divisum fuisse. Contra hanc opinionem, quae eadem universa omnium quos dixi virorum doctorum sententia est, pauca tantummodo monere hoc loco juvat. Veri quidem simile est, quae Dicaearchus de antiquiori historia Graeca exposuit quaeque apud Porphyrium et Varronem reperiuntur, in primo libro locum habuisse, eaque cum conjectura etiam ea, quae ex Dicaearchi *Βίῳ* de tetrapoli Dorica apud Stephanum Byzantinum referuntur, optime congruunt. Sed ex eodem praeterea primo libro expositio de Chaldaeis, sicut etiam relatio de Sesonchoside simulque definitio chronologica allegatur. Ex secundo porro libro

notitia de eodem illo rege Aegyptio Sesonchoside proposita est. Nec facile intelligitur, quam ob causam singularis Graeciae descriptio, seu in politiis inter se conjunctis constitisse cum Osanno, Naekio et Marxio cogitamus seu speciem itinerarii praebuisse cum Groddeckio statuimus, in secundo potissimum *Βίου* libro comprehensa fuerit. Quod ea pro re Buttmannus attulit argumentnm nihil nisi circulus valde rusticus est: quia enim in primo *Βίου* libro, inquit, historia populi Graeci tractata fuit et quia in tertio de vita ejus domestica, moribus, artibus etc. sermo fuit, descriptio Graeciae, cujus excerptum adhuc superest, secundi libri argumentum efficiebat.“ Unde vero Buttmannus in primo libro tantummodo historiam Graeciae expositam fuisse collegit et idem unde novit in tertio libro de rebus, quas modo memoravi, disputatum esse? Inprimis quum ex tertio libro disertis verbis unum tantum fragmentum indicatum sit, quod de diversitate belli gerendi apud Macedones et Persas verba faciat? Unde porro cognitum habet, Graeciae descriptionem neque minus neque magis quam totum librum complexam esse? Verba saltem quae in fragmento ex codicibus exhibito leguntur *καταπαύομεν τὸν λόγον* alio plane modo explicari possunt, ne usum dicendi Aristotelis tempore vulgatum urgeamus, ex quo in illam quam Buttmannus voluit significationem *βιβλίον* neque vero *λόγος* adhiberi debuerat. Ne porro ista verba nonnisi ab excerptore proficisci potuisse moneamus neve adeo finem libri iis indicatum esse infitiemur, qua tandem re demonstraturus quispiam est, eo in libro nihil aliud comprehensum fuisse quam descriptionem singularum civitatum urbiumque Graecarum neque illum librum eodem jure pro primo vel tertio quam pro secundo considerari posse? Etiam plura sunt caque satis gravia, quae contra sententias illorum virorum doctorum proferri possent, nisi longum esse hoc loco videretur. Nec tamen illas partim conjecturas, inprimis Naekianam, acutissimas elegantissimasque esse negaverim, quanquam mihi quidem, ut partes cauti et considerati critici

agam, omnino sufficit fragmenta *Βίου* quae relicta sunt ordine quem jam supra indicavi exhibere.

I. Fragmenta *Βίου*, quae cum certo simul indicio libri, quo pertinuerunt, proferuntur: 1) ex primo libro: a) Dicaearchus, quum Homerus tantummodo tripolin Doricam memorasset, tetrapolin Doricam statuit.[20]) b) Dicaearchus Ninum cognominem sibi urbem Niniven (Ninum) condidisse prodidit. Quartum decimum ab hoc regem, nomine Chaldaeum, celeberrimam urbem Babylonem ad Euphratem auxisse et ornasse omnesque quos dicerent Chaldaeos ibi congregavisse. Ne minimam quidem investigare potui causam, qua commoti cum Naekio dubitemus, num haec omnia ex Dicaearcho repetita sint.[21]) c) chronologica de tempore expositio, quo Sesonchosis, rex Aegypti, vixerit.[22]) 2) in secundo libro Dicaearchus, id quod ad rectissimam sententiam pertinet, qua culturam Graecam ab Aegyptiis neque versa vice receptam esse cogitamus cf. O. Mueller Orchom. et Miny. p. 94 sqq., Sesonchosidem vitae Graecae rationem habuisse et a Graecis leges repetiisse retulit, ita inprimis ut quisque patris negotia retinere deberet, et equitationem praeterea invenisse.[23]) 3) ex tertio libro Dicaearchi fragmentum superest,[24]) quo Philippus, Macedonum rex, nullas pellices in bellum secum duxisse, Darius vero cum trecentis quinquaginta mulieribus in bellum, in quo summum rerum discrimen subiit, profectus esse traditur.

II. *Βίου* fragmenta, libro quo pertinuerunt non indicato, quorum de sede in opere olim occupata maxime variae conjecturae pari veri similitudine proferri poterunt. Ea tamen quae statim exhibebo fragmenta vix alium locum habuisse crediderim quam eum, quo Dicaearchus de antiquissimo populi Graeci vel etiam universi generis humani statu disseruerit, in primo igitur ut perquam probabile est *Βίου* libro. Huc autem referenda sunt: 1) quae de felici antiquissimorum hominum conditione monuit.[25]) 2) quae de crotalis exposuit, jam supra in capite sexto exhibita. 3) quae de Euripidis Medea judicavit jam alibi prolata

4) quae de ortu portionum in conviviis, conjunctim cum proverbii explicatione, memoriae prodidit. [26])

III. Loci qui *Βίῳ* adscribendi esse videntur. Quos etiamsi per se ad alia quoque Dicaearchi opera pari jure referas, ad *Βίον* tamen spectasse eam potissimum ob causam statuerim, quod Dicaearchi opus non nominatur et *Βίος* omnium Dicaearchi operum praestantissimum maximeque notum sine dubio fuit. Illi vero sunt: 1) quo et filiam Agesilai et matrem Epaminondae ignorari monuit, [27]) quae relatio in vario sententiarum connexu proferri potuit, ex acuta autem Naekii suspicione inprimis in eo exhibita esse statuitur, ubi de historicorum testimoniorum exilitate verba facta fuerint. 2) qui Echemum et Marathum Tyndaridas, qui Atticam invasissent, adjuvisse et ab Echemo Echedemiam sive postero tempore Academiam, a Maratho autem, qui ante proelium se ipse sua sponte immolasset, Marathonem pagum nomen traxisse refert. [28]) 3) ubi de Herculis figura disseritur. [29]) 4) quo fabula de Tiresia narratur. [30]) 5) qui mythologicam item narrationem de Theba condita continet. [31]) 6) ubi geographica de oraculo in Elide expositio profertur. [32]) 7) qui philosophicam historicamque notionum *πάτρα*, *φρατρία* et *φυλή* illustrationem continuit. [33])

1) Hoc igitur opus pro geographico neutiquam considerandum est, qua ratione jam Stephanus quod in *Βίον* fragmento, quod primus edidit, multa reperirentur de quibus ceteri geographi non dissererent inde factum esse rectissime adnotavit, quod Dicaearchi summum consilium fuisset populorum mores et instituta tractandi, comicorum ut addidit versibus immixtis Holstenius quoque aptissime his verbis explicuit „de victu atque cultu Graecorum, h. e. de primis ejus gentis conditoribus, de antiqua vivendi ratione, de moribus, institutis, legibus ritibusque qua publicis qua privatis“ et Vossius de hist. Gr., p. 46 nostro de *Βίῳ* ita enuntiat: „libros tres, in quibus egit de singulorum populorum et civitatium moribus vitaeque institutis, quae causa est cur eos inscripserit *περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου*.“ Qua tamen in re adnotandum est, genuinum operis titulum sine dubio brevius compositum fuisse *βίος τῆς Ἑλλάδος*, sicut Vossium sibi ipsi contradicere,

l. c. paulo infra libris plurimis hoc opus constitisse referentem, eamque opinionem, qua *Βίος* Theophrasto dedicatus fuisset, a Rittershusio quoque ad Porphyr. vit. Pyth. p. 151 de *Βίῳ* secundum ipsius sententiam partim senariis iambicis partim pedestri oratione conscripto enuntiatam, improbabilem plane esse.

2) Verbis enim „descriptione Graeciae" novum et a libris antiquitatum diversum opus, veluti ratione fragmenti (Dicaearchei) versibus confecti habita *ἀναγραφὴν τῆς Ἑλλάδος*, quemadmodum inter alios Celidonio et Osannus statuerunt, significatum non esse jam inde patet, quod ante *descriptione* vocabulum praepositio *in* non repetita est. Namque eam grammaticarum Latinarum regulam — etiamsi in libris manuscriptis et adhuc etiam in editionibus scriptorum classicorum ea de re non plenus consensus reperitur — rectissimam esse duxerim, secundum quam, ubi res non plane diversae vel pro diversis saltem non consideratae juxta se collocentur, praepositionem semel poni sufficiat, contraria autem ratione ea repetenda sit. Ad linguam quoque Graecam ea observatio pertinet, eamque ob causam Schweighaeuserus ad Athenaei verba XI, 482. d. *Ἔφιππος ἐν Ὁμοίοις ἢ ἐν Ὀβελιαφόροις* rectissime adnotavit Athenaeum in medio reliquisse, utrum quae citantur ex comoedia *Ὅμοιοι* an ex comoedia *Ὀβελιαφόροι* repetita essent: si enim diversae tantum unius fabulae inscriptiones significarentur, dici suffecisse *ἐν Ὁμοίοις ἢ Ὀβελιαφόροις*. Ut ad illum vero Hieronymi locum redeam, Buttmanno concedendum est verba quae ibi usurpantur eundem sensum continere ac si dictum fuisset: „in libris antiquitatum et descriptionis Graeciae."

3) Simulac de institutione operis in singulis ejus partibus conjecturas proferre libuerit, Marxii suspicio, Dicaearchum in primo *Βίου* libro pristinum Graeciae statum et in secundo sui temporis conditionem descripsisse, eodem jure tolerari potest quo ceterorum virorum doctorum ea de re sententiae, neque Naekii improbabilem plane existimantis conjecturae, qua introductio in *Βίον* in brevi universae antiquae historiae conspectu et in geographica rationis inter Graeciam et ceteram terram expositione constiterit, admodum contraria est.

4) Suid. t. II, p. 91. *Ἰάσων Μενεκράτους, Νυσαεὺς ἐκ πατρός, ἀπὸ δὲ μητρὸς Ῥόδιος· φιλόσοφος, μαθητὴς καὶ θυγατριδοῦς καὶ διάδοχος τῆς ἐν Ῥόδῳ διατριβῆς Ποσειδωνίου τοῦ φιλοσόφου. ἔγραψε βίους ἐνδόξων καὶ φιλοσόφων διαδοχὰς καὶ βίον Ἑλλάδος ἐν βιβλίοις δ'. κατά τινας* (ita enim interpungendum est) *οὗτος ἔγραψε καὶ περὶ Ῥόδου.* Steph. Byz. v. *Ἀλεξάνδρεια — Ἰάσων δὲ ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις.* Fortasse etiam quae Iasonis nomine memoratur *περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν* dissertatio cf. Athen. XIV, 620. d. nihil nisi partem

4) quae de ortu portionum in conviviis, conjunctim cum proverbii explicatione, memoriae prodidit. [26])

III. Loci qui *Βίῳ* adscribendi esse videntur. Quos etiamsi per se ad alia quoque Dicaearchi opera pari jure referas, ad *Βίον* tamen spectasse eam potissimum ob causam statuerim, quod Dicaearchi opus non nominatur et *Βίος* omnium Dicaearchi operum praestantissimum maximeque notum sine dubio fuit. Illi vero sunt: 1) quo et filiam Agesilai et matrem Epaminondae ignorari monuit, [27]) quae relatio in vario sententiarum connexu proferri potuit, ex acuta autem Naekii suspicione inprimis in eo exhibita esse statuitur, ubi de historicorum testimoniorum exilitate verba facta fuerint. 2) qui Echemum et Marathum Tyndaridas, qui Atticam invasissent, adjuvisse et ab Echemo Echedemiam sive postero tempore Academiam, a Maratho autem, qui ante proelium se ipse sua sponte immolasset, Marathonem pagum nomen traxisse refert. [28]) 3) ubi de Herculis figura disseritur. [29]) 4) quo fabula de Tiresia narratur. [30]) 5) qui mythologicam item narrationem de Theba condita continet. [31]) 6) ubi geographica de oraculo in Elide expositio profertur. [32]) 7) qui philosophicam historicamque notionum *πάτρα*, *φρατρία* et *φυλή* illustrationem continuit. [33])

1) Hoc igitur opus pro geographico neutiquam considerandum est, qua ratione jam Stephanus quod in *Βίου* fragmento, quod primus edidit, multa reperirentur de quibus ceteri geographi non dissererent inde factum esse rectissime adnotavit, quod Dicaearchi summum consilium fuisset populorum mores et instituta tractandi, comicorum ut addidit versibus immixtis Holstenius quoque aptissime his verbis explicuit „de victu atque cultu Graecorum, h. e. de primis ejus gentis conditoribus, de antiqua vivendi ratione, de moribus, institutis, legibus ritibusque qua publicis qua privatis“, et Vossius de hist. Gr. p. 46 nostro de *Βίῳ* ita enuntiat: „libros tres, in quibus egit de singulorum populorum et civitatium moribus vitaeque institutis, quae causa est cur eos inscripserit *περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου*.“ Qua tamen in re adnotandum est, genuinum operis titulum sine dubio brevius compositum fuisse *βίος τῆς Ἑλλάδος*, sicut Vossium sibi ipsi contradicere,

l. c. paulo infra libris plurimis hoc opus constitisse referentem, eamque opinionem, qua *Βίος* Theophrasto dedicatus fuisset, a Rittershusio quoque ad Porphyr. vit. Pyth. p. 151 de *Βίῳ* secundum ipsius sententiam partim senariis iambicis partim pedestri oratione conscripto enuntiatam, improbabilem plane esse.

2) Verbis enim „descriptione Graeciae" novum et a libris antiquitatum diversum opus, veluti ratione fragmenti (Dicaearchei) versibus confecti habita *ἀναγραφὴν τῆς Ἑλλάδος*, quemadmodum inter alios Celidonio et Osannus statuerunt, significatum non esse jam inde patet, quod ante *descriptione* vocabulum praepositio *in* non repetita est. Namque eam grammaticarum Latinarum regulam — etiamsi in libris manuscriptis et adhuc etiam in editionibus scriptorum classicorum ea de re non plenus consensus reperitur — rectissimam esse duxerim, secundum quam, ubi res non plane diversae vel pro diversis saltem non consideratae juxta se collocentur, praepositionem semel poni sufficiat, contraria autem ratione ea repetenda sit. Ad linguam quoque Graecam ea observatio pertinet, eamque ob causam Schweighaeuserus ad Athenaei verba XI, 482. d. *Ἔφιππος ἐν Ὁμοίοις ἢ ἐν Ὀβελιαφόροις* rectissime adnotavit Athenaeum in medio reliquisse, utrum quae citantur ex comoedia *Ὅμοιοι* an ex comoedia *Ὀβελιαφόροι* repetita essent: si enim diversae tantum unius fabulae inscriptiones significarentur, dici suffecisse *ἐν Ὁμοίοις ἢ Ὀβελιαφόροις*. Ut ad illum vero Hieronymi locum redeam, Buttmanno concedendum est verba quae ibi usurpantur eundem sensum continere ac si dictum fuisset: „in libris antiquitatum et descriptionis Graeciae."

3) Simulac de institutione operis in singulis ejus partibus conjecturas proferre libuerit, Marxii suspicio, Dicaearchum in primo *Βίου* libro pristinum Graeciae statum et in secundo sui temporis conditionem descripsisse, eodem jure tolerari potest quo ceterorum virorum doctorum ea de re sententiae, neque Naekii improbabilem plane existimantis conjecturae, qua introductio in *Βίον* in brevi universae antiquae historiae conspectu et in geographica rationis inter Graeciam et ceteram terram expositione constiterit, admodum contraria est.

4) Suid. t. II, p. 91. *Ἰάσων Μενεκράτους, Νυσαεὺς ἐκ πατρός, ἀπὸ δὲ μητρὸς Ῥόδιος· φιλόσοφος, μαθητὴς καὶ θυγατριδοῦς καὶ διάδοχος τῆς ἐν Ῥόδῳ διατριβῆς Ποσειδωνίου τοῦ φιλοσόφου. ἔγραψε βίους ἐνδόξων καὶ φιλοσόφων διαδοχὰς καὶ βίον Ἑλλάδος ἐν βιβλίοις δ'. κατά τινας* (ita enim interpungendum est) *οὗτος ἔγραψε καὶ περὶ Ῥόδου.* Steph. Byz. v. *Ἀλεξανδρεία — Ἰάσων δὲ ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις.* Fortasse etiam quae Iasonis nomine memoratur *περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν* dissertatio cf. Athen. XIV, 620. d. nihil nisi partem

ejus *Βίου* effecit. Ad Varronis autem quod indicavi opus hic quoque Ciceronis locus respicere videtur Acad. Quaestt. I, 3: „tum ego, sunt, inquam, ista, Varro. Nam nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere. Tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti etc.“ Ex Buttmanni quidem sententia Varronis de vita populi Romani opus ita institutum fuit, ut in singulo quoque libro primum de re populi familiari, deinde de vivendi ejus ratione et postremum de civili conditione, de artibus et literis sermo fuerit, ita nimirum ut haec omnia qualia regum tempore fuerint primo libro, ab iis inde expulsis usque ad primum bellum Punicum secundo, hinc ad tertium usque bellum Punicum tertio et deinde usque ad auctoris ipsius aetatem quarto libro exposita fuerint. *Βίου* contra nostri Dicaearchi alio plane modo dispositum et in primo tantum libro vitam Graecam secundum historicum ejus progressum descriptam fuisse; in duobus autem ceteris jam ob varietatem vitae Graecae propter varias gentes et civitates aliam enarrandi rationem necessariam factam esse Buttmannus arbitratus est.

5) Priori Athenaei loco *Πολέμων οὖν ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν*, posteriori *Πολέμων δὲ ἢ ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν.*

6) Cf. quem hac ratione Osannus allegavit Aristotelis locum Polit. IV, 9. *ἡ γὰρ πολιτεία βίος τίς ἐστι πόλεως* (quocum colloces dictum: *πόλεως ψυχὴ οἱ νόμοι*) et de simili vocabulorum *πολιτεία* et *βίος* usu Ath. I, p. 19. a. *διὰ τοῦτο καὶ ἀστραγαλίζουσιν ἐν ταύτῃ τῇ πολιτείᾳ* (de vita in Odyssea) *καὶ ὀρχοῦνται καὶ σφαιρίζουσιν· — οἱ δ' ἐν Ἰλιακῇ πολιτείᾳ μονονοὺ βοῶσι· κλῦθ', ἀλαλὰ πολέμου θύγατερ, Ἔγχέων προοίμιον.*

7) Reinesius illas *πολιτείας* Varr. lectt. III, 3, p. 377 pro singularibus scriptis, ad Suid. vero observ. p. 68 pro partibus *Βίου* consideravit. Groddeckius *Βίου* a Cicerone fortasse Ep. ad Att. II, 2. VI, 2. XIII, 39 significatum esse cautissime monuit.

8) Osannus *magnum Dicaearchi acervum* aliter explicari non posse censuit, quam ut Cicero unum vel nonnulla Dicaearchi opera in multitudinem singulorum voluminum divisa ante oculos habuisse cogitaretur. At quam ob causam iste acervus de scriptorum Dicaearcheorum numero, quem et nos satis magnum novimus et aliquando multo majorem fuisse suspicari possumus, intelligi non debeat?

9) Ea de re jam supra nonnulla monui; quod ad rationem autem pertinet in antiquitate usitatam singulos libros inter se connectendi vel etiam a se dissolvendi, Buttmannus l. c. Cicerone ad Att. XVI, 6. XIII, 21 allegato de ea disseruit.

10) Osannum erravisse perspicuum est, Corinthiacum Dicaearchi ab ejus *πολιτεία Κορινθίων* non diversum fuisse existimantem.

11) Quae in fragmento ex libris manuscriptis edito adhuc superest descriptionem Athenarum pro ea *Ἀθηναίων πολιτεία*, quam Cicero tantis laudibus affecit, haberi plane non posse jam Osannus et Naekius existimaverunt.

12) Hocce Marxius mente supplendum esse statuit.

13) Schoellius contra hist. lit. Gr. t. III, p. 315 *πολιτείας* ad *Βίον* referre videtur, quoniam eum statisticum ac partim quidem historico — geographicum, partim politico — ethicum fuisse arbitratur.

14) Buttmannus, sicut Osannus quoque et Naekius, in hoc uno *Βίῳ* et vitam et formas singularum civitatum Graecarum expositas fuisse suspicatur. Inter opus autem Dicaearchi atque Aristotelis *πολιτείας* id discriminis intercessisse conjicit, quod in illo formae civitatum non neglectae quidem fuerint, summa tamen ratio vitae habita sit; in Aristotelis autem libro etiam vita enarrata, sed formae potissimum civitatum tractatae fuerint. Quatenus vero Buttmanni sententia ab Osanni, Marxii et Naekii rationibus discrepet, statim infra exponendi erit locus.

15) Naekius pro parte *Βίου*, Osannus multo majori cum veri specie pro eo Tripolitici capite, quod in usu versaretur, habuit.

16) Argumentationem, qua Buttmannus, quod in *Βίῳ* nonnulla musica, agonistica et dramatica locum habuerunt, omnia deinde ejus generis fragmenta Dicaearchea *Βίῳ* adscribenda esse censuit, ipse Osannus, quanquam ceteroquin universam Naekii sententiam amplectitur, haud approbavit.

17) De Aristotele quidem demonstrari non poterit, quod Buttmannus eum aliosque peripateticos tot et tantas res uno opere complexos fuisse statuit.

18) Ciceronis verba de finn. bonorr. et malorr. V, 4 „omnium fere civitatum non Graeciae solum, sed etiam barbariae ab Aristotele mores, instituta, disciplinas; a Theophrasto etiam leges novimus“ ad politias tantum Stagiritae referenda iisque minime omnium imaginem vitae Graecae universae significatam esse crediderim.

19) Naekius ipse sibi non jam posse confitetur, ut de dispositione, expositione et ambitu totius operis perspicua sententia efficiatur.

20) Steph. Byz. ed. Pined. p. 746. *Δώριον πόλις μία τῶν τριῶν, ὧν Ὅμηρος μνημονεύει· Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον* (τε quod ante *καί* legebatur librariorum incuriae debetur). *Δικαίαρχος δὲ τέτταρας ταύτας εἶναί φησι καὶ Πτελέας, οὐ Πτελεὸν τὴν μίαν καλεῖ κατὰ τὸ πρῶτον τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος βιβλίον.* Quae tamen quarta urbs Dorica a Dicaearcho significata fuerit, eo minus dijudicaverim, quo incertior haec omnis res adhuc exstat cf. Scymn. Ch. vs. 591. Thuc. I, 107, qui sicut etiam Diodorus tres tantum Doriensium urbes enumerat et inprimis Strab. IX, p. 427. *οὗτοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες, ἣν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων· πόλεις δ' ἔσχον Ἐρινεόν, Βοῖον, Πίνδον, Κυτίνιον· ὑπέρκειται δ' ἡ Πίνδος τοῦ Ἐρινεοῦ· παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὁμώνυμος ποταμὸς ἐμβάλλων εἰς τὸν Κηφισσὸν οὐ πολὺ τῆς Λιλαίας ἄπωθεν· τινὲς δ' Ἀκύφαντα λέγουσι τὴν Πίνδον.* C. O. Muellerus Dor. I, p. 36 sqq. Dorion nonnisi prius Erinei urbis nomen fuisse statuit idemque Orchom. p. 497 sq., Aeschine *περὶ παραπρεσβείας* 286, 2 allegato, Dorion cum Pindo collocat et principem tetrapolin ex Pindo, Boeo, Cytinio et Erineo constitisse; Lilaeam autem, Carphaeam (eandem cum Scarphea) et Dryopen tempore quidem bellorum Persicorum etiam Doricas, sed postea Phocensium et partim Locrorum factas fuisse existimat. Posteriori hac ratione cf. etiam quod alias quoque difficultates praebet scholion ad Arist. Plut. vs. 385. *Δωριεῖς, οἵτινες, οἰκοῦντες πρότερον τὴν Πίνδον μίαν οὖσαν τῆς τετραπόλεως τῆς ἐπ' Εὐβοίᾳ, ἀφικνοῦνται εἰς τὴν μεταξὺ Οἴτης καὶ Παρνασσοῦ Δωρίδα ἑξάπολιν οὖσαν· ἔστι δὲ Ἐρινεόν, Κύτινον (Κυτίνιον), Βοιόν, Λίλαιον (Λίλαια), Κάρφαια, Δρυόπη.* Quae ex Stephano Byzantino supra exscripta sunt verba hisce excipiuntur *τῶν δὲ ἐν τῇ Πελασγιώτιδι χώρᾳ Δωριέων κατοικούντων μέρος τι μετὰ τῶν ἐν ταῖς*, magna postea exstat lacuna et locus deinde Thucydideus cf. III, 92 de Heraclea condita proponitur *γνώμην εἶχον τὴν ἀποικίαν ἐκπέμπειν τοῖς — Τραχινίοις βουλόμενοι καὶ Δωριεῦσι τιμωρεῖν.* Quum loco Stephaniano praeterea Herodoti aliorumque de migrationibus Doriensium relationes proferantur, Buttmannus Dicaearchum quoque locum, quem Stephanus allegavit, de migrationibus Doriensium egisse in iisque exponendis de tetrapoli Dorica disseruisse suspicatur. Quae quidem conjectura a veri specie non aliena est, nullo tamen modo inde efficiendum videtur, ut ipsi Dicaearcho verba *τῶν δὲ ἐν τῇ Πελασγιώτιδι κ. τ. λ.* adscribantur.

21) Steph. Byz. v. *Χαλδαῖοι — ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Χαλδαίου τινός, ὡς Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου· τούτῳ δὲ συνέσει καὶ δυνάμει διάφορον γενόμενον τὸν καλούμενον Νῖνον τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ συνοικίσαι πόλιν. ἀπὸ δὲ τούτου τέταρτον ἐπὶ δέκα βασιλέα γενόμενον, ᾧ*

τοῦνομα Χαλδαῖον εἶναι λέγουσι, ὃν φασι καὶ Βαβυλῶνα τὴν ὀνομαστοτατην πόλιν περὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν κατασκευάσαι, ἅπαντας εἰς ταὐτὸ συναγαγόντα τοὺς καλουμένους Χαλδαίους. In verbis quae sequuntur dubium est an idem Dicaearchus respiciatur: λέγεται καὶ Χαλδαία χώρα. εἰσὶ δὲ καὶ Χαλδαῖοι ἔθνος πλησίον τῆς Κολχίδος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς· Κόλχος τε, Χαλδαῖός τε, καὶ Σύρων ἔθνος. Quam supra exhibui codicum lectionem ἐν πρώτῳ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου non est quod cum Salmasii correctione ἐν πρώτῳ περὶ τῆς Ἑλλάδος βιβλίῳ (βιβλίου enim typographicum tantum vitium est) commutemus, praesertim quum princeps operis titulus neque περὶ τῆς Ἑλλάδος neque περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου, sed βίος τῆς Ἑλλάδος fuisse appareat. Nec magis intelligo, quam ob causam pro τούτῳ cum Nevio (Neue) et Buttmanno, qui ei assensus est, τούτων exhibeamus: τούτῳ enim ad regem alius regni, qui in praecedentibus a Dicaearcho memoratus fuerit, referendum esse existimo. Grammatica autem ejus vocabuli conjungendi ratio duplex concessa esse mihi videtur, aut ea nimirum, ut cum solis verbis διάφορον γενόμενον, *aemulum factum*, componatur aut ita ut ad συνοικίσαι cum in sensum referatur: „Ninum *cum hoc* Niniven condidisse." Posteriorem modum si sequimur, διάφορον γενόμενον aut retineri et per *excellentem* explicari aut facili mutatione διαφόρῳ γενομένῳ inde effici idque *(excellenti)* ad regem ante memoratum referri potest. Hic tamen qui fuerit, non jam investigare licuerit; ex Dicaearchi relatione regem Babyloniae eum fuisse conjicere possumus cf. Beck Anleit. z. Kenntn. d. Welt- und Völkergesch. t. I, p. 60. Tertia interpretatio in Berkeliana Stephani Byzantini editione reperitur, qua γενόμενον in eundem sensum cum γεννηθέντα accipitur: „*huic* autem intelligentia et potentia praestantem *genitum* etc." Ceterum Ninum cognominem sibi urbem condidisse, ex Strabonis quoque l. II, p. 84. XVI, 737 apparet. Quae in postremis loci verbis grammatica ratione obtinet deformitas ita quidem facile de medio tolleretur, ut ὃν ante φασι deleremus; sed verba omnino Dicaearchi per Stephanum compilatorem ea excerpentem in pejus immutata esse videntur. κατασκευάσαι ad urbem tantummodo auctam et ornatam referri posset, cf. Beck l. l., nisi contra eam explicationem Eustathii locus ad Dionys. perieg. vs. 767 facere videretur Χαλδαῖοι κληθέντες ἀπό τινος Χαλδαίου, ὃν φασι τέταρτον ἐπὶ δέκα (verba ἤγουν τεσσαρεσκαιδέκατον, quae pro glossemate accipienda esse prima species docet, Buttmannus recipere non debuit) βασιλέα μετὰ Νῖνον γενόμενον τὴν Βαβυλῶνα οἰκίσαι καὶ τοὺς συναχθέντας καλέσαι ἀφ' ἑαυτοῦ Χαλδαίους. λέγονται μέντοι παρά τινων καὶ οἱ περὶ Κολχίδα Χάλδοι Χαλδαῖοι τρισυλλάβως κατὰ Δικαίαρχον. Num ea quoque relatio, qua Chaldi a

Chaldaeis diversi iidem tamen etiam Chaldaei nominati fuerint cf. Beck. l. c., a Dicaearcho exhibita sit, dubito inprimis quoniam apud Stephanum ejusmodi nihil legitur et apud Eustathium ipsum facillima mutandi ratio adest. Verba enim *κατὰ Δικαίαρχον* ante *λέγονται* collocare vel etiam sua sede retinentes ante ea interpungere possumus, ita ut Eustathius, quod supra omisisset, adjecisse cogitetur, ea dico quae de Chaldaeis retulerat ex Dicaearcho repetita esse.

22) Schol. ad Apoll. Rhod. IV, 276 *Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ μετὰ τὸν Ἶσιδος καὶ Ὀσίριδος Ὧρον βασιλέα γεγονέναι Σεσόγχωσιν λέγει· ὥστε γίνεσθαι ἀπὸ τῆς Σεσογχώσιδος βασιλείας μέχρι τῆς Νείλου ἔτη δισχίλια φ', ἀπὸ δὲ τῆς Νείλου βασιλείας μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔτη υλς', ὡς εἶναι τὰ πάντα ὁμοῦ ἔτη δισχίλια ἐννακόσια λς'.* Sicut locum modo exhibui, in Stephani codice reperitur; eadem autem computatio chronologica etiam in libro Parisiensi cf. infra proposita est. Illam denique relationem ex primo *Βίου* libro sumtam esse plane non dubitabimus, si alterum scholiastae locum cf. not. 25. conferemus et, cujus rei ex eodem scholiasta Buttmannus exempla *Θεόπομπος ἐν τῷ γ'* necnon e Suida v. *Ἀρεῖος πάγος, ὥς φησιν Ἑλλάνικος* attulit, considerabimus in citandis scriptis, quae in vulgus nota erant, titulos omitti haud raro solitos esse. Praeterea *βίον* Dicaearchi gravissimum et celeberrimum opus fuisse jam saepius adnotavimus.

23) Schol. ad Apoll. Rhod. IV, 272 ex Stephani codice *φησὶ δὲ Δικαίαρχος ἐν δευτέρῳ καὶ Ἑλληνικοῦ βίου Σεσογχώσιδι μεμεληκέναι καὶ νόμους αὐτῶν θέσθαι λέγει, ὥστε μηδένα καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν τέχνην· τοῦτο γὰρ ᾤετο ἀρχὴν εἶναι πλεονεξίας. καὶ πρῶτόν φασιν αὐτὸν εὑρηκέναι ἵππων ἄνθρωπον ἐπιβαίνειν. οἱ δὲ ταῦτα εἰς Ὧρον ἀναφέρουσιν.* Osannus ad Soph. Aj. p. 118, ut *Ἑλληνικοῦ βίου* pro titulo allegati operis *Βίου τῆς Ἑλλάδος* acciperet, *καί* particulam ante ea verba deletam voluit; sed illud opus jam per se satis significatum est et praeterea, si ita mutaretur, *μεμεληκέναι* intelligi plane non posset. Neque igitur *καί* elidendum neque cum alia particula veluti *περί* commutandum est. Pro *αὐτόν* quod Buttmannus protulit equidem *αὐτῶν* exhibui idque ad *Ἕλληνες*, quod in *Ἑλληνικοῦ* inest, retuli. Num postrema quoque verba ex Dicaearcho repetita sint, dubitari potest. Ceterum cum illo scholio, sicut cum eo quod not. 22 exhibui, schol. quoque codicis Parisiensis conferendum est hocce *περὶ δὲ τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἐγένετο ὁ Σέσωστρις* (aliud ejusdem Sesonchosidis regis nomen cf. Beck. l. c. I, p. 164), *Ἀπολλώνιος δὲ τοῦτο μόνον φησί· πουλὺς γὰρ ἄδην ἐπενήνοθεν αἰών· Δικαίαρχος δὲ μετὰ τὸν Ὀσίριδος καὶ Ἶσιδος Ὧρον βασιλέα γεγονέναι Σέσωστριν· ὥστε γίνεσθαι ἀπὸ μὲν τῆς Σεσώστριδος βασιλείας μέχρι τῆς α' Ὀλυμπιάδος ἔτη υλς', ὡς εἶναι τὰ πάντα ὁμοῦ ἔτη*

διοχίλια ἐννακόσια λς' (in codicis Parisini scholio sine dubio lacuna est). καὶ νόμους δὲ λέγει Δικαίαρχος αὐτὸν τεθεικέναι, μηδένα ἐκλείπειν τὴν πατρῴαν τέχνην· τοῦτο γὰρ ᾤετο ἀρχὴν εἶναι πλεονεξίας. καὶ πρῶτον δὲ εὑρηκέναι ἵππων (ita enim pro ἵππον legendum videtur) ἐπιβαίνειν ἄνθρωπον. ἄλλοι δὲ ταῦτα εἰς Ὧρον ἀναφέρουσι. καὶ τοῦτο δέ φησιν Δικαίαρχος ἐν β', Ἑλληνικοῦ βίου Σεσώστριδι μεμεληκέναι. Postrema verba ita intelligenda esse videntur: „et hac ratione Dicaearchus secundo libro dicit Sesostridem vitae Graecae curam habuisse" nisi forte eum qui codicem Parisinum confecit verba in Stephani codice καὶ Ἑλληνικοῦ βίου falso intellexisse et pro titulo operis allegati accepisse statuimus. Minus recta Buttmanni interpretatio apparet: „et hoc quoque narrat Dicaearchus in libro secundo, Sesostridem curam habuisse Graeciae vitae" quia quod additum est hoc omnino claudicat et quia scriptor, si ad sequentia respexisset, pro τοῦτο sine dubio τόδε rectius posuisset. Buttmannus quidem, cf. quae de lacunoso codicis Parisini habitu supra monui, codicis Parisini auctorem ex Stephaniano excerpsisse statuit, sed in neutro genuinum scholiasten superesse arbitratur et in libro Stephaniano inprimis eo offenditur, quod inter verba ὁ μὲν Ἀπολλώνιος κ. τ. λ. et φησὶ δὲ Δικαίαρχος nulla sensus relatio intercedat. Eo vero loco μέν et δέ sibi invicem respondeat necesse est? Equidem μέν hoc loco tantummodo restringendi vi praeditum et per δέ progressum ad aliquod novi significatum esse censeo. Quae tamen idem vir doctissimus de computatione secundum Olympiades exposuit, rectissime se habent, quod Timaeus ista primus usus fuisse dicitur; accuratiorem tamen discriminis rationem habere debuit, quod obtinet, si prima Olympias nonnisi chronologicus terminus eodem modo quo Troja eversa, Heraclidarum reditus, Persarum bella etc. consideratur et si singulae Olympiades, velut octogesima, nonagesima etc. per singulos suos annos memorantur. Idem porro Buttmannus fieri vix potuisse opinatur, ut Dicaearchus de eadem re duobus diversis locis verba fecerit eamque ob causam scholiasten erravisse conjicit, cui rei ut succurrat haec omnia ad primum *Βίου* librum relaturus est. Sed hoc ex solo Buttmanni arbitrio factum est isque ipse, non scholiastes erravit: in primo enim libro illa magis universa expositio chronologica et in secundo singularis de vita Graeca a Sesonchoside in Aegypto recepta relatio comprehensa fuit. Etiam Naekius, Sesostridis tamen, inquit, etiam secundo libro mentionem fecit. In posteriori vero illa re tradenda Dicaearchum crediderim demonstraturum fuisse, quantopere peregrini vitam Graecam respexissent, neque contraria ratione cum Buttmanno statuerim significare voluisse, quantum vita Graeca peregrinis debuisset, quae quidem plurimorum scriptorum

Graecorum sententia est cf. Diod. Sic. I, 20 de Osiride *καὶ Μακεδόνα μὲν τὸν υἱὸν ἀπολιπεῖν βασιλέα τῆς ἀπ' ἐκείνου προσαγορευθείσης Μακεδονίας, Τριπτολέμῳ δ' ἐπιτρέψαι τὰς κατὰ τὴν Ἀττικὴν γεωργίας.*

24) Athen. XIII, p. 557. *Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδὼν οὐκ ἐπήγετο μὲν εἰς τοὺς πολέμους γυναῖκας, ὥσπερ Δαρεῖος ὁ ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταλυθείς· ὃς περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν* (p. 11 apud Buttm. *περὶ τῶν πολέμων.* p. 37. *περὶ τῶν ὅλων πολέμων*) *τριακοσίας πεντήκοντα περιήγετο παλλακάς, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος ἐν τρίτῳ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου.* Buttmannus et ante eum Naekius hunc locum ibi sedem habuisse conjecerunt, ubi in universum de meretricibus sermo fuisset; sed alius praeterea sententiarum connexus, quo illa verba prolata fuerint, cogitari potest, ita ut de diversa belli gerendi ratione apud Persas et Macedones expositum fuerit pari jure atque illud conjicere fas est. Quae apud Athenaeum locum citatum excipiunt verba *ὁ δὲ Φίλιππος ἀεὶ κατὰ πόλεμον ἐγίμει. ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσι καὶ δυσὶν, οἷς ἐβασίλευσεν, ὥς φησι Σάτυρος ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ κ. τ. λ.,* jam ob Satyrum commemoratum cf. Voss. de historr. Gr. p. 411 Dicaearcho adscribenda non esse liquet.

25) Porphyr. *περὶ ἀποχ. τ. ἐμψ.* l. IV, §. 2. *ἀρξώμεθα δ' ἀπὸ τῆς κατὰ ἔθνη τινῶν ἀποχῆς, ὧν ἡγήσονται τοῦ λόγου οἱ Ἕλληνες, ὡς ἂν τῶν μαρτυρούντων ὄντες οἰκειότατοι. τῶν τοίνυν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ Ἑλληνικὰ συναγαγόντων ἐστὶν καὶ ὁ περιπατητικὸς Δικαίαρχος, ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς Ἑλλάδος ἀφηγούμενος τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐγγὺς θεῶν φησι γεγονότας, βελτίστους τε ὄντας φύσει καὶ τὸν ἄριστον ἐζηκότας βίον, ὡς χρυσοῦν γένος νομίζεσθαι παραβαλλομένους πρὸς τοὺς νῦν κιβδήλου καὶ φαυλοτάτης ὑπάρχοντας ὕλης, μηδὲν φονεύειν ἔμψυχον. ὃ δὴ καὶ τοὺς ποιητὰς παριστάντας χρυσοῦν μὲν ἐπονομάζειν γένος, ἐσθλὰ δὲ πάντα, λέγειν, Τοῖσιν ἔην, καρπὸν δ' ἔφερεν ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη* (Buttmannus *αὐτομάτην*) *πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ Ἥσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν. ἃ δὴ καὶ ἐξηγούμενος* (quibus solis ex verbis Dicaearchus non efficiendus est in interpretandis Hesiodi carminibus omnino versatus esse) *ὁ Δικαίαρχος τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον τοιοῦτον εἶναί φησιν· εἰ δεῖ λαμβάνειν μὲν αὐτὸν ὡς γεγονότα καὶ μὴ μάτην ἐπιπεφημισμένον. τὸ δὲ λίαν μυθικὸν ἀφέντας εἰς τὸ διὰ τοῦ λόγου φυσικὸν ἀνάγει* (ita pro vulgato *ἀνάγειν* legendum videtur) *· αὐτόματα μὲν γὰρ πάντα ἐφύετο εἰκότως. οὐ γὰρ αὐτοί γε κατεσκεύαζον οὐθὲν διὰ τὸ μήπω τὴν γεωργίαν ἔχειν πω τέχνην, μήθ' ἑτέραν μηδεμίαν ἁπλῶς. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῦ σχολὴν ἄγειν αἴτιον ἐγίγνετο αὐτοῖς καὶ τοῦ διάγειν ἄνευ πόνων καὶ μερίμνης, εἰ δέ* (leg. vid. *εἰ δὲ δή* vel *εἰ δή*) *τι τῶν γλαφυρωτάτων ἰατρῶν ἐπακολουθῆσαι δεῖ διαιτᾷ, καὶ τοῦ μὴ νοσεῖν. οὐθὲν γὰρ εἰς ὑγίειαν αὐτῶν μεῖζον παράγγελμα εὕροι τις ἂν ἢ τὸ μὴ ποιεῖν περιτ-*

τώματα, ὧν διὰ παντὸς ἐκεῖνοι καθαρὰ τὰ σώματα ἐφύλαττον. οὔτε γὰρ τὴν τῆς φύσεως ἰσχυροτέραν τροφήν, ἀλλ' ἧς ἡ φύσις ἰσχυροτέρα, προσεφέροντο, οὔτε τὴν πλείω τῆς μετρίας διὰ τὴν ἑτοιμότητα (quod negativo sensu accipiendum est), ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ τὴν ἐλάττω τῆς ἱκανῆς διὰ τὴν σπάνιν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πόλεμοι αὐτοῖς ἦσαν οὐδὲ στάσεις πρὸς ἀλλήλους. ἆθλον γὰρ οὐδὲν ἀξιόλογον ἐν τῷ μέσῳ προκείμενον ὑπῆρχεν, ὑπὲρ ὅτου τις ἂν διαφορὰν τοσαύτην ἐνεστήσατο. ὥστε τὸ κεφάλαιον εἶναι τοῦ βίου συνέβαινε σχολήν, ῥᾳθυμίαν ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων, ὑγιείαν, εἰρήνην, φιλίαν. τοῖς δὲ ὑστέροις ἐφιεμένοις μεγάλων καὶ πολλοῖς περιπίπτουσι κακοῖς πολὺ εἰκότως ἐκεῖνος ὁ βίος ἐγίγνετο. δηλοῖ δὲ τὸ λιτὸν τῶν πρώτων καὶ αὐτοσχέδιον τῆς τροφῆς τὸ μεθύστερον ῥηθὲν ἅλις δρυός, τοῦ μεταβάλλοντος πρώτου, οἷα εἰκός, τοῦτο (ita enim pro eo quod Buttmannus exhibet τούτου legendum videtur) φθεγξαμένου. ὕστερον δ' ὁ νομαδικὸς εἰσῆλθεν βίος, καθ' ὃν περιττοτέραν ἤδη κτῆσιν προσπεριεβάλλοντο καὶ ζώων ἥψαντο· καταποήσαντες ὅτι τὰ μὲν ἀσινῆ ἐτύγχανεν ὄντα, τὰ δὲ κακοῦργα καὶ χαλεπά· καὶ οὕτω δὴ τὰ μὲν ἐτιθάσευσαν, τοῖς δὲ ἐπέθεντο. καὶ ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ συνεισῆλθεν πόλεμος. καὶ ταῦτά φησιν (Dicaearchus) οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ' οἱ τὰ παλαιὰ (ita pro τὰ πολλά legendum est) ἱστορίᾳ διεξελθόντες εἰρήκασιν. ἤδη γὰρ ἀξιόλογα κτήματα (aut hoc loco aut post ὑπάρχοντα intercalandum esse videtur ἄ) ἦν ὑπάρχοντα οἱ μὲν ἐπὶ τὸ παρελέσθαι φιλοτιμίαν ἐποιοῦντο, ἀθροιζόμενοί τε καὶ παρακαλοῦντες ἀλλήλους, οἱ δ' ἐπὶ τὸ διαφυλάξαι. προϊόντος δὲ κατὰ μικρὸν οὕτω τοῦ χρόνου, καταμοοῦντες ἀεὶ τῶν χρησίμων εἶναι δοκούντων, εἰς τὸ τρίτον τε καὶ γεωργικὸν ἐνέπεσον εἶδος. ταυτὶ μὲν Δικαιάρχου τὰ παλαιὰ τῶν Ἑλληνικῶν διεξιόντος μακάριόν τε τὸν βίον ἀφηγουμένου τῶν παλαιοτάτων, ὃν οὐχ ἧττον τῶν ἄλλων καὶ ἡ ἀποχὴ τῶν ἐμψύχων συνεπλήρου. διὸ πόλεμος οὐκ ἦν ὡς ἂν ἀδικίας ἐξεληλαμένης. συνεισῆλθε δὲ ὕστερον καὶ πόλεμος καὶ εἰς ἀλλήλους πλεονεξία ἅμα τῇ τῶν ζώων ἀδικίᾳ· ὃ καὶ θαυμαστὸν τῶν τολμησάντων τὴν ἀποχὴν τῶν ζώων ἀδικίας μητέρα εἰπεῖν, τῆς ἱστορίας καὶ τῆς πείρας ἅμα τῷ φόνῳ αὐτῶν τρυφήν τε καὶ πόλεμον καὶ ἀδικίαν συνεισελθεῖν μηνυούσης. — παριστάντας in codice Lipsiensi deest; super lineam autem a vetere manu scriptum est παραστάντας. Ceterum παρίστημι h. l. proferendi, proponendi sensum habet, sicut etiam Athen. XI, 463. e. XV, p. 694. — Versus ex Hesiodi ἔργ. κ. ἡμ. vs. 116 sqq. a Porphyrio etiam in tertio libro p. 292 exscripti sunt, quanquam cum hac ibi lectione καρπὸν γὰρ σφίσιν ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα, porro a Platone Polit. p. 537 sq., a Diodoro V, 66 et ab Eusebio praep. Ev. p. 587. a. Ad sensum, similis locus Homericus est Odyss. IX, 109. ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται, quem Diodorus Siculus V, 2 allegavit, et Virg. Georg. I, 127 ipsaque tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat — Ob ἐξηγού-

μενος in praesentis participio neque vero in aoristo prolatum statuere debemus loci Hesiodei interpretationem in ipsis sequentibus verbis comprehensam esse — Buttmanno ob codicum auctoritatem assentiendum est quod formas οὐθείς et οὐθέν, quae ab Aristotelis tempore in usum receptae fuerunt, hoc loco exhibuit, quod vero etiam pro μηδεμίαν proposuit μηθεμίαν, neque usus linguae patitur et virorum doctorum sententiis contrarium est cf. inprimis Lobeck. Phrynich. p. 181 sq., qui οὐδεμία et μηδεμία formas in οὐθεμία et μηθεμία nunquam transire potuisse rectissime animadvertit. Si enim in οὐδείς, μηδείς litera δ vel τ potius (nam οὔτε et μήτε pro principe forma statuendum est) in θ transiit, hoc inde factum est quod spiritus asper in εἷς vel ἕν illam literam excipit, quae quidem res ante μία plane non obtinet, quam ob causam illa forma aut οὐδεμία aut οὐτεμία proferri debuit. — τὴν γεωργίαν τέχνην. Contra Reiskii conjecturam τὴν γεωργίας τέχνην Rhoerius jure monuit nihil mutandum esse nostrumque locum ita intelligi posse: „quod neque agriculturam utpote artem (facultatem, opificium) habebant“ — Si Buttmannus ob iteratum πω deinde μηδέ neque vero μήτε legendum arbitratur, ejus sententiae rationem equidem mente non assequor. — Pro εἰ δέ τι — δεῖ Reiskius εἰ δὲ τῇ — δεῖ legendum suspicatus est, etiam veri similius equidem crediderim εἰ δή τι τῇ — δεῖ — ῥᾳθυμία h. l. in bonam partem accipiendum esse apparet. — Ad verba ἄλις δρυός in margine codicis Lipsiensis adscriptum est τοῦτο εἰς παροιμίαν ἐπὶ τῶν ἀποκαρτερούντων μετῆλθεν, quam explicationem Reiskius se intelligere negavit et in cujus sane locum ἐπὶ τῶν μηκέτι ἀποκαρτερούντων potius exspectabatur. In quibus nostri proverbii ratio habita est loci inter alios hi sunt: Zenob. II, 40. ἄλ. δρ. ἐπὶ τῇ κακῇ διαίτῃ ταλαιπωρουμένων καὶ χρηστοτέρας γλιχομένων· οἱ γὰρ τὰς βαλάνους ἐσθίοντες κακουχούμενοι ταῦτα ἔλεγον. καὶ ἄλλως. ἄλις δρυός, ἐπὶ τῶν ἐκ φαυλοτέρας διαίτης ἐρχομένων ἐπὶ βελτίονα εἴρηται ἡ παροιμία. ἐπειδὴ τὸ ἀρχαῖον οἱ ἄνθρωποι βαλάνους δρυὸς τρεφόμενοι ὕστερον εὑρεθεῖσι τῆς Δήμητρος καρποῖς ἐχρήσαντο. Porphyr. II, c. 5. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ βίος ἐπὶ τὴν ἥμερον ἤδη τροφὴν μεταβαίνων καὶ θύματα ἐκ τῶν καρύων, ἄλις δρυὸς ἔφη. Euseb. praep. Evang. III, p 86 d. πρῶτον ἀνέσχεν ἐκ τῶν φυτῶν τῆς γῆς ἡ δρῦς καὶ ταύτην ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι τροφῆς (βίου) καὶ σωτηρίας διαμονὴν παρασχοῦσαν et qui a Buttmanno collati sunt Diogen. I, 62 Suid. Hesych. s. v. etc. Ciceronem, ubi illius proverbii meminit, loco nostro Dicaearcheo id debuisse jam alibi suspicatus sum cf. Epp. ad Att. II, 19 „etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortasse dignitatis ἄλις tanquam δρυός, saluti, si me amas, consule.“ De glandibus Graecorum antiquissimis

temporibus alimento Dodwellus itt. t. II, p. 38 haecce memoriae prodidit. Has glandes ilicis (apud Italos licino) vel quercus, quae per omnem annum viridis maneret, fructus intelligendos esse cf. Plin. h. n. VII, 56. Scythas secundum Ol. Magn. Goth. bell. 12, c. 6. panem ex glandibus fecisse et Arcades, id quod satis notum est, in oraculo Delphico apud Herodotum *ἄνδρας βαλανηφάγους* nominari. Glandes autem, quas Arcades comedissent, ex Pausaniae relatione ad singulare quercuum genus, nomine *φηγόν* pertinuisse. Secundum Virgilium glandes Epirotarum et secundum Strabonem Iberorum cibum fuisse; sicut etiam Swinburnii aetate glandem praecipuam alimenti partem vulgo in Hispania praebuisse. Interdum tamen etiam *βαλάνους* Graecorum et Romanorum glandes nuces castaneas intelligendas esse et secundum Gronovium a Diphilo castaneas *βαλάνους Σαρδιανούς* nominari. In Italiae septentrione pauperiores homines fere solis castaneis vesci et in civitate ecclesiastico Romana in agro Segniensi adeo equos et sues iis ali solere. Pausaniae denique quem allegavi locum adscribo VIII, 1. *καὶ δὴ καὶ τῶν φύλλων τὰ ἔτι χλωρὰ καὶ πόας τε καὶ ῥίζας οὐδὲ ἐδωδίμους, ἀλλὰ ὀλεθρίους ἐνίας σιτουμένους τοὺς ἀνθρώπους τούτων μὲν ἔπαυσεν ὁ Πελασγός· ὁ δὲ τὸν καρπὸν τῶν δρυῶν οὔτι πω πασῶν, ἀλλὰ τὰς βαλάνους τῆς φηγοῦ τροφὴν ἐξεῦρεν εἶναι. παρέμεινέ τε ἐνίοις ἐς τοσοῦτον ἀπὸ Πελασγοῦ τούτου ἡ δίαιτα, ὡς καὶ τὴν Πυθίαν, ἡνίκα Λακεδαιμονίοις γῆς τῆς Ἀρκάδων ἀπηγόρευσεν ἅπτεσθαι, καὶ τάδε εἰπεῖν τὰ ἔπη· πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν, Οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν· ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω.* — Reiskius et Rhoerius *ἃ* ante *οἱ μέν* intercalandum censuerunt. — Pro vulgato *τὰ πολλά* eo minus equidem *τὰ παλαιά* rescribere dubitavi, quod hoc etiam in codice Lipsiensi et Murmanniano reperitur. — Quod Rhoerius ad *τῶν χρησίμων* genitivum *τι* aut mente aut scribendo addi debere censuit, neutrius equidem rationis, quoniam *καταγοοῦντες* praecedit, necessitatem intelligo. Nec magis approbo, quod idem vir doctissimus pro *μακάριόν τε* legendum censuit *μακάριόν γε*. — Pro *ἀφηγουμένου* in codice Lipsiensi *ἀφηγουμένη* exstat, Rhoerius *ἀφηγούμενα* conjecit, sed lectio vulgata optimo jure retineri posse mihi videtur. — Ratione nostri loci Dicaearchei apud Porphyrium habita, cujus dicendi rationem Buttmannus, quanquam usque ad *ἐνέπεσον εἶδος* tantummodo neque igitur plenum proposuit, elegantissimam jure praedicavit, Prellerus in citata recensione opinionem dicit apud Graecos ab antiquis inde temporibus vulgatam et per Dicaearchi Vitam in historiam Graecam receptam de prima ruditatis aetate et de genere humano per agriculturam et institutiones agrarias altero aevo erudito et exculto. Si Buttmannus denique locum Dicaearcheum initio in oratione obliqua

exhibitum, deinde vero verbis *εἰ δεῖ λαμβάνειν* in orationem rectam transitum factum esse statuit, sibi ipsi non constitit, quoniam sequentia verba, qualia quidem proposuit, *τὸ δὲ λίαν μυθικὸν — ἀνάγειν* adhuc ad orationem obliquam pertinent.

Cum nostro loco Dicaearcheo apud Porphyrium sine dubio hi duo Varronis loci conferendi sunt de re rustica I, 2 „et quidem licet adjicias, inquam, pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam, auctore doctissimo homine Dicaearcho, qui Graeciae vitam qualis fuerit ab initio nobis ita ostendit, ut superioribus temporibus fuisse doceat, cum homines pastoritiam vitam viverent, neque scirent etiam arare terram aut serere arbores aut putare; ab his inferiore gradu aetatis susceptam agriculturam.“ II, 1 „Igitur, inquam, et homines et pecua cum semper fuisse sit necesse, natura, sive enim aliquod fuit principium generandi animalium (singularis haec conjungendi ratio ita explicanda est, ut *principium generandi* unam notionem continere et *animalium* genitivus a *principium* pendere cogitetur), ut putavit Thales Milesius et Zeno Cittieus, sive contra principium horum exstitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius et Aristoteles Stagirites, necesse est humanae vitae (legendum videtur *humanam vitam)* a summa memoria gradatim descendisse ad hanc aetatem, ut scribit Dicaearchus, et summum gradum fuisse naturalem, cum viverent homines ex illis rebus, quae inviolata ultro ferret terra, ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam e feris atque agrestibus, ut ex arboribus ac virgultis decerpendo glandem, arbutum pomaque colligerent ad usum, sic ex animalibus cum propter eandem utilitatem quae possent silvestria deprehenderent ac concluderent et mansuescerent. In queis primum non sine causa putant oves assumptas et propter placiditatem: maxime enim hae natura quietae et aptissimae ad vitam hominum, ad cibum enim lacte et caseum adhibitum, ad corpus vestitum et pelles attulerunt. Tertio denique gradu a vita pastorali ad agriculturam descenderunt; in qua ex duobus superioribus retinuerunt multa et quo descenderant, ibi processerunt longe, dum annus pervenirent.“ — In postremis hujus loci verbis Victorius *ad nos* emendavit eique Buttmannus assensus est, quod quidem veritatis specie non caret, nisi forte *annus perveniret (perveniret* enim etiam codicum lectio est) legere idque de instituta ordinaria temporis computatione intelligere praestat. Buttmannus locum Dicaearcheum, quem Porphyrius exhibet, a Varrone satis fideliter redditum et nonnisi aliqua ratione, sicut praecipue in verbis „ut ex arboribus ac virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora pomaque colligerent ad usum“ et „in queis — attulerunt,“ amplificatum esse rectissime

statuit, ad locum tamen Varronis ipsum critice constituendum vel explicandum fere nihil contulit. Ceterum ei loco gravi tantum medicina succurri posse videtur eoque respectu haecce profero: „cum viverent homines ex illis rebus quae inviolata ultro ferret terra, e feris atque agrestibus, ut ex arboribus ac virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora pomaque colligerent ad usum; ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam (sive) ex animalibus, quum propter eandem utilitatem quae possent silvestria deprehenderent ac concluderent et mansuescerent (hoc activo sensu accipiendum est). In queis primum non sine causa putant oves assumptas esse (ita pro *et* lego) propter placiditatem: maxime enim hae natura quietae et aptissimae ad vitam hominum, ad cibum (*enim* delendum esse videtur) lacte (quae antiqua forma pro *lac* est) et caseum (*adhibitum* pro glossemate verbi *attulerunt* considerari possit) et ad corporis vestitum pelles attulerunt.“

Hic denique Hieronymi adv. Jovin. IX, p. 230 ed. Reat. locus hucce pertinet: „Dicaearchus in libris antiquitatum et descriptione Graeciae refert sub Saturno, cum omnia humus funderet, nullum comedisse carnem, sed universos vixisse frugibus et pomis, quae sponte terra gignebat.“ Quem locum Hieronymum ex Porphyrio exscripsisse vel saltem excerpsisse Holstenius suspicatus est. — Censorini vero locum de die nat. c. 4 ad philosophicum potius Dicaearchi opus respicere videri jam alibi exposui. Ceterum a Plutarcho quoque veteres relati sunt aetatem sub Saturno pro felicissimo Graeciae tempore habuisse cf. Aristid. c. 24 „*ὡς γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον, οὕτως οἱ σύμμαχοι τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπ' Ἀριστείδου φόρον εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες ὕμνουν καὶ μάλιστα μετ' οὐ πολὺν χρόνον διπλασιασθέντος, εἶτ' αὖθις τριπλασιασθέντος.*

26) Zenob. proverbb. cent. 5, 23. *Δικαιαρχός φησιν ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἑλλάδος* (*Βίον* his verbis significatum esse dubitare non licet), *ἐν τοῖς δείπνοις μὴ εἶναι σύνηθες τοῖς ἀρχαίοις διανέμειν μερίδας· διὰ δὲ προφάσεις τινὰς ἐνδιεστέρων γενομένων τῶν ἐδεσμάτων κρατῆσαι τὸ ἔθος τῶν μερίδων καὶ διὰ τοῦτο τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι. τῶν γὰρ ἐδεσμάτων κοινῇ καὶ μὴ κατὰ μέρος τιθεμένων τὸ πρότερον οἱ δυνατώτεροι τὰς τροφὰς τῶν ἀσθενῶν ἥρπαζον καὶ συνέβαινε τούτους ἀποπνίγεσθαι μὴ δυναμένους* (ita etiam Aldina; quod Buttmannus exhibet *δυνάμενοι* defendi quidem posset utpote constructio *κατὰ τὸ σημαινόμενον*, ita ut *συνέβαινε τούτους ἀποπνίγεσθαι* per *οὗτοι ἀπεπνίγοντο* explicaretur, sed illud praeferendum est) *ἑαυτοῖς βοηθεῖν. διὰ τοῦτο οὖν ὁ μερισμὸς ἐπενοήθη.* In Aldina editione praeterea haec verba leguntur: *τῶν δυνατωτέρων ἁρπαζόντων τὰς τροφὰς τῶν ἀσθενεστέρων καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐκείνων*

πνιγομένων ὅτι αὐτοῖς βοηθεῖν οὐκ ἠδύναντο, ἐπενοήθη ὁ διαμερισμὸς καὶ ἕκαστος ἑκάστῳ τὸ ἴσον λαμβάνων ἐπεφώνει· μερὶς οὐ πνίγει. Buttmannus, quanquam initio fluctuavit, utrum hanc Dicaearchi de illo proverbio et ritibus ad id pertinentibus expositionem primo an tertio *Βίου* libro vindicaret, primo tamen postea adscripsit, licet, si eam dispositionem *Βίου* quam Naekius et Buttmannus statuunt sequeremur, majori cum veri specie ad tertium relaturi essemus. Ceterum etiam cogitare liceret, illam expositionem in connexu cum phiditiis eorumque descriptione a Dicaearcho prolatam esse, inprimis si verba ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἑλλάδος non ad singularem *Βίον*, sed omnino ad Dicaearchi de Graecia scripta referremus. Praeterea conjicere quoque possemus in singulari *Βίου* parte vel etiam in singulari scripto de proverbiis (περὶ παροιμιῶν) a philosopho Messenio tractatum fuisse. Qua in re inprimis respicio, quod Dicaearchus proverbiorum nonnunquam praecipuam rationem habuit cf. supra ἄειδε τὰ Τέλληνος, ἅλις δρυός et hunc apud Hesychium locum ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνω (nihil refert, num hoc loco, sicut apud Hesychium et Zenobium III, 65, μανθάνω, an, quemadmodum apud Diogenem Laërtium IV, 44, μανθάνεις, an etiam, quomodo Suidas habet, μανθάνειν proferatur). παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων καὶ ἅπτομένων εὐθέως τῶν μεγάλων καὶ τελείων· ὡς εἴ τις μανθάνων κεραμεύειν, πρὶν μαθεῖν πίνακας ἢ ἄλλο τι τῶν μικρῶν πλάττειν, πίθῳ ἐγχειρεῖ. Δικαίαρχος δὲ φησιν ἕτερόν τι δηλοῦν τὴν παροιμίαν, οἱονεὶ τὴν μελέτην ἐν τοῖς οἰκείοις ποιεῖσθαι· ὡς κυβερνήτης ἐπὶ τῆς νεὼς καὶ ἡνίοχος ἐπὶ τοῦ ἵππου t. I, p. 1255. Quocum compares Schol. ad Plat. Lach. ed. Ruhnk. p. 94. — μανθάνω, ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἅπτομένων δὲ τῶν μειζόνων καὶ ἤδη τῶν τελειοτέρων. κέχρηται δὲ αὐτῇ Ἀριστοφάνης ἐν Προαγῶσι καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ, λέγων τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐν πίθῳ τὴν κεραμίαν ἐπιχειρεῖν μανθάνειν, καὶ ἐνταῦθα. Ed. Ald. p. 81. ἐν πίθῳ τῆν κεραμείαν μανθάνω. παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μὲν μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἅπτομένων δὲ εὐθέως τῶν μειζόνων, τουτέστι τῶν παριόντων τὰς πρώτας μαθήσεις καὶ ἐφιεμένων τῶν τελευταίων, ὡς εἴ τις μανθάνων κεραμεύειν, πρὶν μαθεῖν πίνακας ἢ ἄλλο τι τῶν μικρῶν πλάττειν, πίθῳ ἐγχειροίη. Δικαίαρχος δέ φησιν ἕτερόν τι δηλοῦν τὴν παροιμίαν, οἱονεὶ τὴν μελέτην ἐν τοῖς ὁμοίοις (fortasse οἰκείοις legendum est) ποιεῖσθαι, ὡς κυβερνήτης ἐπὶ τῆς νηὸς καὶ ἡνίοχος ἐπὶ τῶν ἵππων. Quod ad sensum hujus proverbii, utraque fortasse significatione et ea quam Dicaearchus statuit et illa a grammaticis prodita usurpatum fuit. Ceterum similitudinis causa aliquot qui de proverbiis singulariter exposuerunt scriptores affero, Clearchum περὶ παροιμιῶν cf. Athen. X, 457. c. ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παροιμιῶν.

XV, 701. c. ἐν τῷ προτέρῳ περὶ παροιμιῶν, Aristotelis παροιμίας cf. Diog. Laërt. V, 26 παροιμίαι α', quod aut de uno libro aut ita explicari potest, ut primus tantum liber in publicum editus fuerit vel etiam ceteri perierint, nisi forte παροίμιαι ᾱ scribere et de mille proverbiis cogitare libet cf Pseudodidym. ad Odyss. X, 19. Athen. II, 60. d. e, quem locum Dalecampius falsissime intellexit, Casaubonus vero et postea Schweighaeuserus (quanquam versio adhuc falsa est) recte explicuerunt Κηφισόδωρος — ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὰς παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους ὅλον ποιήσαντος δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίαι, et ita etiam Aristidem ἐν τρίτῳ περὶ παροιμιῶν Athen. XIV, p. 641. a. Quibus ex operibus et similibus postero tempore proverbiorum collectiones ortae sunt, sicut *Zenodoti* sive *Zenobii* cf. Schol. ad Arist. Nub. 133. Suid. v. Ζηνόβ., *Diogeniani*, incerti auctoris, secundum Erasmum *Plutarchi*, *Georgii* Cyprii et *Michaëlis Apostolii*, et inedita, insuper quaedam in codice Parisino nro. 1773. Aliquanto prioribus collectoribus etiam *Theaetetus* et *Chrysippus* adnumerandi sunt.

27) Plutarch. Agesil. c. 19. ἐπεὶ δὲ ἀπενόστησεν οἴκαδε, προσφιλὴς μὲν ἦν εὐθὺς τοῖς πολίταις καὶ περίβλεπτος ἀπὸ τοῦ βίου καὶ τῆς διαίτης. οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν στρατηγῶν καινὸς ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς ξένης καὶ κεκινημένος ὑπ' ἀλλοτρίων ἐθῶν καὶ δυσκολαίνων πρὸς τὰ οἴκοι καὶ ζυγομαχῶν, ἀλλὰ ὁμοίως τοῖς μηδεπώποτε τὸν Εὐρώταν διαβεβηκόσι τὰ παρόντα τιμῶν καὶ στέργων οὐ δεῖπνον ἤλλαξεν, οὐ λουτρόν, οὐ θεραπείαν γυναικός, οὐχ ὅπλων κόσμον, οὐκ οἰκίας κατασκευήν, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας (οὐκ intercalandum videtur) ἀφῆκεν, οὕτως οὔσας σφόδρα παλαιάς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας ἃς ἐπέθηκεν Ἀριστόδημος. καὶ τὸ κάναθρον φησὶν ὁ Ξενοφῶν οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τῆς ἐκείνου θυγατρὸς ἢ τῶν ἄλλων. Κάναθρα καὶ καλοῦσιν εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων (ita pro vulgato τραγηλάφων exhibeo), ἐν οἷς (ita pro ἐν αἷς legendum est) κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς. Ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν ὄνομα τῆς Ἀγησιλάου θυγατρὸς οὐ γέγραφε· καὶ ὁ Δικαίαρχος ἐπηγανάκτησεν, ὡς μήτε τὴν Ἀγησιλάου θυγατέρα μήτε τὴν Ἐπαμινώνδου μητέρα ἔτι γιγνωσκόντων (ita Corayus eumque secutus Naekius pro lectione vulgata ἐπιγιγνωσκόντων) ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ εὕρομεν ἐν ταῖς Λακωνικαῖς ἀναγραφαῖς ὀνομαζομένην γυναῖκα μὲν Ἀγησιλάου Κλεόραν, θυγατέρας δὲ Ἀπωλλίαν καὶ Προλύτην.

28) Plutarch. Thes. ed. Francofurt. t. I, p. 15. φράζει δὲ αὐτοῖς Ἀκάδημος, ἠσθημένος ᾧ δή τινι τρόπῳ τὴν ἐν Ἀφίδναις κρύψιν αὐτῆς. ὅθεν ἐκείνῳ τε τιμαὶ ζῶντι παρὰ τῶν Τυνδαριδῶν ἐγένοντο καὶ πολλάκις ὕστερον ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀττικὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν χώραν τέμνοντες τῆς Ἀκαδημίας ἀπείχοντο διὰ τὸν Ἀκάδημον. ὁ δὲ

Δικαίαρχος Ἐχέμου φησὶ καὶ Μαράθου συστρατευσάντων τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν, ἀφ' οὗ δὲ Μαραθῶνα τὸν δῆμον, ἐπιδόντος ἑαυτὸν ἑκουσίως κατά τι λόγιον σφαγιάσασθαι πρὸ τῆς παρατάξεως. Ex verbis *ἐξ Ἀρκαδίας*, ut Dodwellus II, 1, 258 statuit, neutiquam certo efficitur, Echemum et Marathum Arcades fuisse, quum *ἐξ Ἀρκαδίας* verba ad *συστρατευσάντων* arctissime referenda sint, quanquam ex fama aliunde nota Echemus rex Arcadiae fuisse dicitur cf. Paus. I, 41. VIII, 5. 45. 53. Ex Dicaearchi autem sententia *Ἐχεδημία* vel, ut postero tempore prolatum fuit, *Ἀκαδημία* pro principe *Ἐχέμου δῆμος* positum esse videtur eaque correptio ad idem genus pertinet, quo *αἰπόλος* pro *αἰγοπόλος*, *ἔξαιτος* pro *ἐξαίρετος*, *ἐξαίτητος* cf. Odyss. *β*, 307 et *δ*, 643, *κάμμορος* pro *κακόμορος*, *τράπεζα* pro *τετράπεζα*, *μώνυξ* pro *μονόνυξ* et fortasse etiam *γύναιος* pro *γυναικεῖος*, *γυναιμανής* pro *γυναικομανής* spectant. *ξύλοχος* vero a *ξυλόν* tantummodo derivatum neque vero ex *ξυλόν* et *ἔχω* compositum neque ex *ξυλόλοχος* correptum esse crediderim. Ceterum nominis *Μαραθών* alia exstat etymologia neque mythica et multo majorem veri speciem exhibens et nominum *Σικυών*, *Κρομμυών* etc. derivationi simillima cf. Strab. III, p. 160. *φέρεται δ' ἐπὶ Ταρακῶνα, ἀπό τε τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου διὰ τοῦ Ἰουγγαρίου πεδίου καὶ Βεττέρων καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ, φύοντος πολὺ τὸ μάραθον.* cf. etiam Athen. II, p. 56, ubi hi duo versus allegati sunt *ὥστε Μαραθῶνος τὸ λοιπὸν ἐπ' ἀγαθῷ μεμνημένοι Πάντες αἰεὶ ἐμβάλλουσι μάραθον ἐς τὰς ἁλμάδας.*

29) Qui statim sequitur locus jam ab Heynio ad Apollod. II, p. 135 allegatus est, qui tamen, quamvis nulla ejus rationis causa exposita, Dicaearchum, sicut peripateticum quoque Hieronymum Herculis formam in singulari panegyrico descripsisse conjecit: „speciem corporis heroum tradere coepere sophistae in heroum laudibus, genere eloquentiae epidictico: in Hercule jam praeiverant Hieronymus philosophus et Dicaearchus" Majori cum veri specie Naekius eam Dicaearchi relationem in *Βίου* introductione historica comprehensam fuisse suspicatur. Clem. Alex. *Προτρεπτ.* t. I, p. 26. ed. Oxon. ann. 1715. *Ἡρακλέα οὖν καὶ αὐτὸς Ὅμηρος θνητὸν οἶδεν ἄνθρωπον. Ἱερώνυμος δὲ ὁ φιλόσοφος καὶ τὴν σχέσιν αὐτοῦ ὑφηγεῖται τοῦ σώματος, μακρόν* (quin *μικρόν* falsa lectio sit, dubitari non potest) *φριξότριχα, ῥωστικόν. Δικαίαρχος δὲ σχιζίαν, νευρώδη, μέλανα, γρυπόν, ὑποχαροπόν, τετανότριχα.* Verba *νευρώδη* etc. intellectu facilia et jamdiu in versione latina recte reddita sunt: „nervosum, nigrum, naso aquilino, subcaesiis oculis, promissis capillis." Vocabulum vero *σχιζίας* prioribus temporibus falsissime explicatum fuit, ita ab Hervetio, qui

per *gracilis* vel etiam *longis tibiis* commentatur, quod *σχίζα* significet ligna fissa, quae solent esse gracilia. Quam interpretationem Sylburgius secutus est, quum Salmasius ad Tertull. de pallio p. 372 de illo vocabulo ita disseruerit: „*σχιζίας* est quadrati et compacti corporis. Nam *σχίζα* est corpus ipsum vel corporis truncus. *κορμίας* eosdem appellarunt. *κορμός* idem quod *σχίζα*.“ Passovius in lexico *σχιζίας* per *τετανός* illustravit idque ipsum cum significationibus *extentus*, *expansus* allegavit. Ceterum etiam Clearchus peripateticus secundum Lycophronis scholiasten de Hercule egerat et triplicem distinxerat *Briarei* filium, *Tyrium* et *Graecum*.

30) Phlegont. Trall. opuscc. Gr. et Latine ed. Franz, emend. per Bastium. Halae 1822. p. 54 sqq. De mirabilibus *ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος καὶ Δικαίαρχος καὶ Κλείταρχος καὶ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς περὶ Τειρεσίου τάδε. Τειρεσίαν τὸν Εὐμάρους ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄνδρα ὄντα ἐν τῷ ὄντα τῷ ἐν Κυλλήνῃ ὄφεις ἰδόντα ὀχεύοντας τρῶσαι τὸν ἕτερον καὶ παραχρῆμα μεταβαλεῖν τὴν ἰδέαν. γενέσθαι γὰρ ἐξ ἀνδρὸς γυναῖκα καὶ μιχθῆναι ἀνδρί. τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος, ὡς, ἐὰν τηρήσας ὀχεύοντας ὁμοίως τρώσῃ τὸν ἕνα, ἔσται οἷος ἦν, παραφυλάξαντα τὸν Τειρεσίαν ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα καὶ οὕτως κομίσασθαι τὴν ἀρχαίαν φύσιν. Διὸς δὲ ἐρίσαντος Ἥρᾳ καὶ φαμένου, ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῆς τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς καὶ τῆς Ἥρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μεταπεμψαμένοις ἐρέσθαι τὸν Τειρεσίαν, διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πειρᾶσθαι, τὸν δὲ ἐρωτώμενον ἀποφήνασθαι, διότι μοιρῶν δέκα τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα τὰς ἐννέα. τὴν δὲ Ἥραν ὀργισθεῖσαν κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ποιῆσαι τυφλόν, τὸν δὲ Δία δωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντικὴν καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεὰς ἑπτά.* Fabricius, qui eundem hunc locum cognitum habebat, ad scriptum *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* retulit.

31) Quod etiam Osannus *Βίῳ* accensuit scholion ad Il. ζ, vs. 396 ed. Imm. Bekk. t. I, p. 195 hocce est. *ὑπὸ Πλάκῳ]· Γράνικος, οἱ δὲ Ἀτράμους, Πελασγὸς τὸ γένος, ἀφίκετό ποτε ὑπὸ τὴν ἐν τῇ Λυκίᾳ Ἴδην καὶ πόλιν κτίσας ἐκεῖσε ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν Ἀδραμύττιον. γεννήσας δὲ θυγατέρα Θήβην τῷ ὀνόματι παρὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ γάμου ἔθετο γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ τὸν ταύτης γάμον τῷ ἀριστεύσαντι. Ἡρακλῆς δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ φανεὶς ἔλαβε τὴν Θήβην γυναῖκα καὶ κτίσας πόλιν ὑπὸ τὸ Πλάκιον καλούμενον ὄρος τῆς Κιλικίας* (al. cod. *Λυκίας*) *Πλακίαν Θήβην αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐκάλεσεν. ἡ ἱστορία παρὰ Δικαιάρχῳ — Ἀδράμυστις ὁ Πελασγὸς ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἴδην τὴν ἐν Κιλικίᾳ* (al. cod. *Λυκίᾳ*) *κτίζει πόλιν Ἀδραμύστειαν καλουμένην. ἔχων δὲ θυγατέρα Θήβην ἔπαθλον δρόμου αὐτὴν ὥρισε τῷ βουλομένῳ. Ἡρακλῆς δὲ ταύτην*

λαβὼν (ὑπὸ τὸ Πλάκιον τῆς Κιλικίας πόλιν κτίσας Θήβην αὐτὴν ὠνόμασεν· ἀλλ' Ἐριθήλας καὶ Λόβης οἱ Ἀστάκου ἀπαρχὰς εἰς Φοινίκην ἀπὸ Θήβης φέροντες ἐξώσθησαν καὶ οἰκήσαντες ἔκτισαν αὐτὴν καθ' ὁμωνυμίαν) καὶ τὴν πόλιν Ὑπόπλακον Θήβην ὠνόμασεν, ὅτι ὑπέρκειται αὐτῆς πλακώδες ὄρος, συνεχεῖς ἔχον πέτρας προσπιπτούσας ἀλλήλαις. ἄλλοι δὲ οὗτοι παρὰ τοὺς Σύρους Κίλικας, ὑπὸ τὴν Ἴδην καὶ Πήδασον ὄντες.

32) Schol. ad Pind. Olymp. VI, 7. τοῦ δὲ μαντείου τοῦ ἐν Ἥλιδι καὶ Δικαίαρχος μέμνηται. Ejus oraculi mentionem a Dicaearcho factam esse crediderim in geographica *Βίου* parte, quam eodem jure statuere licet, quo Ephori quoque et Polybii opera, Plinii historiam naturalem et Sallustii bellum Jugurthinum ejusmodi conspectu geographico instructa fuisse novimus cf. Strab. VIII, p. 332. Heerenius tamen de fontibus Strabonis cf. vermischt. Schr. III, p. 422. Dicaearchum suo operi de Graecia universas tantum relationes geographicas adjunxisse arbitratur necnon Naekius eandem sententiam amplexus est.

33) De loco, quem jam propositurus sum, inprimis Buttmannus cf. Abhandl. d. Berl. Acad. d. Wiss. hist. phil. Cl. 1818—19. p. 12 sqq. et Wachsmuthius, qui illum critica ratione plerumque sequitur, cf. Hell. Alterthumsk. I, 1. Beilag. 7. p. 312 sq. bene meriti sunt. Quanquam permagnam veri speciem habet eam Dicaearchi expositionem quam deinde exhibebo in *Βίῳ* et in ejus quidem primo libro locum habuisse, alias tamen conjecturas non plane rejicere fas est, veluti phiditia et omnino Spartae instituta et mores in Tripolitico ejus rei explicandae ansam dedisse cf. Demetr. Sceps. apud Athenaeum IV, p. 142. ἔχει τε ἑκάστη σκιὰς φρατρείας τρεῖς κ. τ. λ. — Steph. Byz. v. πάτρα. Πάτρα ἓν τῶν τριῶν τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνίας εἰδῶν, ὡς Δικαίαρχος, ἃ δὴ καλοῦμεν πάτραν, φρατρίαν, φυλήν. ἐκλήθη δὲ πάτρα μὲν εἰς τὴν δευτέραν μετάβασιν ἐλθόντων ἢ κατὰ μόνας ἑκάστῳ πρότερον οὖσα συγγένεια, ἀπὸ τοῦ πρεσβυτάτου τε καὶ μάλιστα ἰσχύσαντος ἐν τῷ γένει τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσα, ὃν ἂν τρόπον Αἰακίδας ἢ Πελοπίδας εἴποι τις ἄν. φατρίαν δὲ συνέβη λέγεσθαι καὶ φρατρίαν, ἐπειδή τινες εἰς ἑτέραν πάτραν ἐδίδοσαν θυγατέρας ἑαυτῶν (Pro φατρίαν hoc loco ante Buttmannum patrem πατρίαν et pro πάτραν in fine sententiae ante eundem φράτραν legebatur) οὐ γὰρ ἔτι τῶν πατριωτικῶν ἱερῶν εἶχε κοινωνίαν ἡ δοθεῖσα, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ λαβόντος αὐτὴν συνετέλει πάτραν. ὥστε πρότερον πόθῳ τῆς συνόδου γιγνομένης ἀδελφαῖς σὺν ἀδελφῷ, ἑτέρα τις ἱερῶν ἐτέθη κοινωνικὴ σύνοδος, ἣν δὴ φρατρίαν (ante Buttmannum patrem exhibebatur πατρίαν) ὠνόμαζον. καὶ πάλιν, ὥστε πάτρα μὲν ὅπερ εἴπομεν ἐκ τῆς συγγενείας τρόπον ἐγένετο μάλιστα τῆς (antea τοῖς) γονέων σὺν τέκνοις καὶ τέκνων (olim τέκνα) σὺν γονεῦσι, φρατρία δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀδελφῶν. φυλὴ δὲ καὶ φυλέται πρότερον (Wachsmuthius suspicatur πρῶτον)

ὠνομάσθησαν ἐκ τῆς εἰς τὰς πόλεις καὶ τὰ καλούμενα ἔθνη συνόδου γενομένης (Wachsmuthius dubitat, num haec verba critice sana sint). ἕκαστον γὰρ τῶν συνελθόντων φῦλον ἐλέγετο εἶναι — οἱ οἰκήτορες πάτριοι, quae tamen postrema verba non jam Dicaearchi, sed Stephani esse Buttmannus recte adnotavit. Wachsmuthius Dicaearchum conjunctiones minus historica ratione, quanquam historiam ea in re respexisset, quam philosophica considerasse et summas earum causas investigasse et κοινωνίας radices a familia usque ad civitatem persecutum esse statuit per tres gradus, quorum primus fuisset simplicissima ratio ἡ κατὰ μόνας, conjugium, coll. Aristot. Polit. I, 1, 4. 6, alter ratio inter parentes et liberos coll. Cic. de off. I, 17, ubi his in verbis Dicaearchus fortasse obversatus esset: „prima autem societas in ipso conjugio est, proxima in liberis.“ In secundo denique gradu summum societatis principium religionem fuisse animadvertit.

Caput octavum.

Historica Dicaearchi studia.

In diversis Dicaearchi operibus nonnulla indicia servata sunt, ex quibus quaestionibus historicis operam dedisse jure efficimus, unum tamen tantummodo singulare opus novimus, quod ad ejusmodi studia cum aliqua veri specie referre possimus. Cum citatione enim *περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας* Dicaearchi locus superstes est, qui de Alexandro Magno vehementique ejus puerorum amore disserit. [1]) Quod Alexandri haecce ratio habetur, hunc librum vel partem alius cujusdam libri ita inscriptam de solenni ejus ad Trojam sacrificio exposuisse conjicimus. [2]) Alexandri vero ipsius in titulo disertam mentionem factam non esse, aut ex festinatione scriptoris qui citat Athenaei repetere debemus [3]) aut etiam aequalibus, in quorum potissimum usum Dicaearchus illam solennitatem descripsit, eo additamento opus non fuit. [4]) Ceterum plane non liquet, utrum quae memoratur dissertatio *περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας* singularis liber exstiterit annon potius partem operis de Alexandro vel etiam de sacrificiis ritibusque sacris universis effecerit. Pro utraque ratione simillima afferri possunt exempla. [5])

1) Athen. XIII, p. 603. a. b. *φιλόπαις δ' ἦν ἐκμανῶς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεύς. Δικαίαρχος γοῦν ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας Βαγώου τοῦ εὐνούχου οὕτως αὐτόν φησιν ἡττᾶσθαι, ὡς ἐν ὄψει θεάτρου ὅλου καταφιλεῖν αὐτὸν ἀνακλάσαντα, καὶ τῶν θεατῶν ἐπιφωνησάντων μετὰ κρότου οὐκ ἀπειθήσας πάλιν ἀνακλάσας ἐφίλησεν.* Codicum lectio *ἡττᾶσθαι* huic loco multo magis accommodata est, quam quod in nonnullis editionibus reperitur explicationique verbi *ἡττᾶσθαι* simile

videtur ἠρᾶσθαι, atque illa in hoc suo usu nonnullis quoque aliis locis confirmari potest cf. Suid. v. *Κρατῖνος· φιλοπότης καὶ παιδικῶν ἡττημένος.*

2) Alexandrum ejusmodi sacrificium solenne inprimis in Achillis honorem instituisse, historica ratione confirmatum est, cf. Supplem. Q. Curt. l. II, c. 9. Jam Fabricius nostrum Dicaearchi scriptum ad illud pertinuisse suspicatus est.

3) Ita libri historici, quos Chares et Aristobulus de Alexandro composuerant *αἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαι*, ab Athenaeo compluribus locis simplicissime tantum *ἱστορίαι* allegantur cf. X, 434. d. Sainte-Croix exam. crit. p. 42 sq., neque non Polycleti *ἱστορίαι*, ex quibus Athenaeus XIII, 539. a locum de Alexandro proposuit, de solo fortasse Alexandro ejusque tempore egerunt.

4) Quemadmodum qui simpliciter nominantur Amyntae *σταθμοί* cf. Athen. X, 442. b. XII, 514. f. 529. e ad stationes ab Alexandro in sua expeditione decursas et Androsthenis *παράπλους τῆς Ἰνδικῆς* ad hanc navigationem ab Alexandro institutam pertinuerunt.

5) Quam singulare argumentum multorum scriptorum temporis Aristotelici fuerit, infra accuratius demonstrabitur; nunc ipsum sufficiat Jasonis librum *περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν* et Ephippi Olynthii *περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος ταφῆς* cf. Athen. III, 120. e. IV, 146. c. (hic pro *ταφῆς* etiam *μεταλλαγῆς* legitur) X, 434. a. XII, 537. d. e. 538. a. similitudinis causa allegasse. Quod ad Jasonis scriptum, jam supra nonnisi partem *Βίου* istius significari conjeci, quanquam in ipso titulo dubium est, utrum *περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν de Alexandri templis* an *de Alexandri solennibus sacrificiis* interpretandum sit. Posteriorem tamen rationem equidem praetulerim, quanquam argumentum loci ex illo scripto superstitis neutram valde adjuvat cf. Athen. XIV, 620. d. Aliquot denique comparationis causa scripta de sacrificiis, ritibus sacris, festis etc. commemoro: Sosibii *περὶ θυσιῶν (τῶν ἐν Λακεδαίμονι)* cf. Athen. XV, 674. a. 678. b., Cratetis *ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν* cf. Schol. ad Equitt. 739, Georgi sive Gorgonis *περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν* cf. Athen. XIV, 663. a., Ammonii *περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν* cf. Athen. XI, 476, Nicomachi *περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων* (primum librum) cf. Athen. XI, 478. a.

Caput nonum.

De geographicis Dicaearchi libris.

Dicaearchum geographiae praecipuam operam navavisse, jam supra ex nonnullis fragmentis quae ad *Βίον τῆς Ἑλλάδος* referenda judicavimus, [1]) sicut ex aliis quibusdam quae cum distincta hujus operis commemoratione servata sunt [2]) colligendum censuimus. Considerantes porro quod in libris manuscriptis superest et aliqua saltem ratione ad *Βίον τῆς Ἑλλάδος* pertinet fragmentum maximam partem geographicum esse deprehendimus, eo tamen discrimine ab aliis geographicis antiquitatis operibus, ut non puram putam locorum, urbium etc. enumerationem, sed vivam potius morum et institutorum adumbrationem proponat. Ita quoque hoc in fragmento, cujus de critico habitu paulo infra accuratius disputabitur, Dicaearchum cum ratione et studio quaestionem de Graeciae finibus tractantem reperimus, neque non inde efficimus regiones, quas describit, plurimas ipsum adiisse, cujus rei a veteribus geographis maxima ratio habenda erat. [3]) Nos quoque ipsi jam supra in vita Messenii philosophi locos indicavimus, in quibus eum versatum esse pro certo statuere possumus. [4]) Strabo deinde aliquot locis geographum disertis verbis nominavit [5]) et Cicero ejus opera eo potissimum tempore lectitavit, quo ipse de componendis libris geographicis et historicis cogitabat. [6]) Idem praeterea Cicero Dicaearchum de geographica quadam expositione auctorem allegavit. [7]) Praestantissimum autem ejus opus geographicum, quoniam *Βίον*

τῆς Ἑλλάδος universi magis generis fuisse et statisticum potius atque archaeologicum appellandum esse vidimus, περίοδος τῆς γῆς fuisse videtur, ex quo tamen opere, ita ut diserta ejus mentio fiat, una tantum relatio proposita est, quam secundum relationem Nilus ex oceano Atlantico in interiorem terram refluere statuitur. [8]) Hoc igitur ad opus ea omnia Dicaearchi geographica referimus, quae sine inscriptione superstitia neque vero ejus generis sunt, ut alii geographico Dicaearchi operi, καταμετρήσεσι τῶν ὀρῶν, adscribi posse putentur. Ea quoque ejus, qui Museum Rhenanum l. c. recensuit, sententia est, quum contraria ex parte Naekius ea de re certum judicium non protulisset et nonnulla geographica Βίῳ, cujus partem non sine causa geographicam significaverat, vindicare maluisset, sicut Heerenius quoque de fontt. geogr. Strab. I, p. 9 ubicunque Strabo Dicaearchum commemoraret ejus Βίον respici opinatus est. Sed etiamsi quasdam geographicas relationes, ut de Elidis oraculo et de Theba Hypoplacia, Βίῳ aptissime vindicari concedimus, sicut inde etiam cum diserta tituli commemoratione quae aliquam saltem partem geographicae sunt expositiones de tetrapoli Dorica et de Chaldaeis superstites sunt; has tamen quas jam exhibituri sumus singulares observationes vix in alio opere locum habuisse credimus, quam in eo quod ex professo geographicum fuerit, et quum praeter περίοδον τῆς γῆς ejusmodi aliud opus non cognitum habeamus, ad hunc librum haecce omnia allegamus: a) Dicaearchus terram globosam esse statuit. [9]) b) terra habitabilis dimidio longior quam latior est. [10]) c) terram per lineam cum aequatore ἐκ παραλλήλου currentem eamque per Herculis columnas, Sardiniam, Siciliam, Peloponnesum, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam super Taurum ad Imaum ducentem [11]) in duas dimidias partes divisit. Ab hac inde linea et a locis ibi positis situm reliquorum locorum definire vel etiam, si Ucerti aliorumque conjecturas sequi libet, eos locos, distantiarum viarumque directionis in itineribus indicatae ratione habita, in suas tabulas

referre conatus esse videtur. d) distantiam inter Peloponnesum et columnas decies mille stadiorum esse indicavit, quam ob aestimationem a Polybio, qui eam justo minorem censuit, reprehensus est. Quem tamen Strabo [12]) in contrariam partem peccavisse et distantiam illam nimiam statuisse arbitratus est. e) De regionibus Europae occidentem et septentrionem spectantibus, ex judicio quidem Strabonis, magnam prae se tulit ignorantiam, quam tamen geographus eo excusavit, quod illas ipse non vidisset. Ceterum quae Pytheas de istis tractibus retulerat, iis fidem habere dubitavit. f) Columnas, sicut Eratosthenes quoque postea et Polybius, circa fretum posuit. [13])

Si Dicaearchum tabulas geographicas composuisse cum aliqua veri specie suspicari licet, in hoc potissimum eas opere respectas et explicatas fuisse conjiciam. Eam enim conjecturam, quam Dodwellus dissert. de Dicaearcho §. 6 et 7 protulit, quae etiamnunc exstat anagraphen quasi commentarium in illas Dicaearchi tabulas effecisse, jam nemo approbabit istudque ipsum titulo ἀναγραφῆς τῆς Ἑλλάδος designatum fragmentum pro nulla alia re considerabitur, quam pro poëtico posterioris temporis lusu eoque fortasse Dicaearchi περιόδῳ γῆς utpote fundamento inniso. [14]) Dicaearchum vero tabulas geographicas confecisse ex ea potissimum ratione collegerim, qua Strabo de geographicis ejus sententiis disseruit, sicut ex Agathemeri quoque relatione, qua terram per lineam in duas dimidias partes, alteram septentrionalem alteramque meridionalem, descripserit. Apud Strabonem inprimis de distantiis in illo diaphragmate indicatis agitur atque, quanquam Dicaearchum ea de re nonnisi verbis exposuisse neque vero regionum respiciendarum delineationem dedisse cogitare possumus, hoc tamen veri specie aliquatenus destitutum est. Accedit, quod Polybii contra Dicaearchum argumentationes tum demum veram suam vim accipere videntur, quum hunc secundum suas computationes terrae imaginem eamque ex Polybii sententia falsissimam proposuisse cogitamus. Quae quanquam ita sunt,

pro certo tamen neutiquam equidem statuere ausim, eam orbis universi tabulam, quam Eratosthenes apud Strabonem vituperavit, [15]) Dicaearcheam intelligendam esse. [16]) Omni denique hac in re definite nihil contendi potest, iique viri docti a sanae rationis criticae via aberravisse statuendi sunt, qui tabulas Dicaearchi geographicas omni dubio exemtas esse censuerunt earumque respectu duos locos attulerunt, quorum alter quidem diverso plane modo interpretandus est. [17]) Hic Ciceronis est paulo infra accuratius proponendus, ubi de Dicaearchi tabulis sermo est, quas tabulas plurimi quidem interpretum geographicas existimaverunt. Sed quo modo ejusmodi tabulae geographicae cum eo Dicaearchi libro qui deinde statim allegatur conjungantur „is enim multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione," quae verba quod praecedentibus per particulam *enim* annexa sunt, non negligendum est? Attamen illa interpretatio etiam simplicior est et probabilior, quam Buttmanni conjectura quanquam ea nondum accuratius explicata, has tabulas intelligendas esse librum ex Trophonii antro arcessitum, ex quo in Dicaearchi scripto de Trophonio nonnulla exhibita fuerint. Mihi quidem pro *tabulis*, quod apte illustrari posse vix crediderim, [18]) *fabulis* legendum idque aut sensu confabulationum (fortasse etiam dialogi) aut vulgata sua significatione intelligendum esse videtur, ratione nimirum mystici quod liber de Trophonio habuerit argumenti habita, sicut fortasse etiam ejus relationis, quam Dicaearchus de situ urbium Peloponnesi protulerat. Apud Diogenem autem Laërtium V, 51. *πίνακας, ἐν οἷς γῆς περίοδοί εἰσιν*, quas quidem tabulas Theophrastus in porticu publice collocari per testamentum jusserat, nihil impedit quominus Dicaearchi tabulas significatas esse credamus; quanquam certo demonstrari non potest. Ei vero conjecturae minime omnium licet argumentum inde afferre, quod quae superest anagraphe dedicationem ad Theophrastum continet. [19])

Quod a Suida v. Dic. disertis verbis memoratur Dicaearchi opus *καταμετρήσεις τῶν Πελοποννήσου ὀρῶν*,

camporumque. Cui sententiae adest Dicaearchus, vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion MCCL. passuum ratione perpendiculari, nullam esse eam portionem universae rotunditatis colligens. Mihi incerta haec videtur conjectatio, haud ignaro quosdam Alpium vertices, longo tractu, nec breviore quinquaginta millibus passuum assurgere.“ Verba *nullam esse eam portionem* etc. Groddeckius corrupta esse merito existimavit; neque loco plane succurri videtur conjiciendo: *nullam esse eam altitudinem portione* (s. proportione) *universae rotunditatis colligens.* Aliquid fortasse excidit aut aliqua turbatio in verborum ordinem irrepsit. — Martian. Capell. ed. Kopp, op. postum. ed. C. Fr. Hermann. Francof. 1836. 4. l. VI, §. 590 sqq.: „Tum illa: formam totius terrae non planam, ut aestimant positioni qui eam disci diffusioris assimilant, neque concavam, ut alii qui descendere imbrem dixere telluris in gremium; sed rotundam, globosam etiam, sicut secundus Dicaearchus asseverat. Namque ortus obitusque siderum non diversus pro terrae elatione vel inclinationibus haberetur, si per plana diffusis mundanae constitutionis operibus uno eodemque tempore supra terras et aequora nituissent, aut item si emersi Solis exortus concavis subductionis terrae latebris abderetur.“ In verbis modo exscriptis *secundus* explicatu difficile esse Koppius jure adnotavit neque ei ipsi Dicaearchum ideo, quod hanc suam sententiam post alium, Aristotelem, ut videretur, protulisset, ita significatum esse conjicienti assentiar. A veri specie non abhorret, ejus loco *fecundus* legendum idque eo sensu quo *copiosus* apud Ciceronem de off. II, 5 interpretandum esse. Num ea argumentatio, quam Martianus protulit, eadem sit qua Dicaearchus usus fuerit, sicut Ukertus Geogr. Gr. et Rom. II, 2, p. 32 pro certissimo statuit, dubitari potest. Postremis loci Martianei verbis *concavis subductionis terrae latebris* sententiam Democriti respici cf. Plutarch. placitt. philosophorr. 3, 10. *διοκοειδῆ μὲν τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον* Koppius recte animadvertisse videtur; attamen aut *concavis terrae subductionibus* aut *concavis terrae latebris* legendum equidem duxerim.

10) Agathemer. geogr. init. *οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ τὴν οἰκουμένην ἔγραφον στρογγύλην, μέσην δὲ κεῖσθαι τὴν Ἑλλάδα καὶ ταύτης Δελφοὺς· τὸν ὀμφαλὸν γὰρ ἔχειν τῆς γῆς. πρῶτος δὲ Δημόκριτος, πολύπειρος ἀνήρ, συνεῖδεν, ὅτι προμήκης ἐστὶ γῆ, ἡμιόλιον τὸ μῆκος τοῦ πλάτους ἔχουσα. συνήνεσε τούτῳ καὶ Δικαίαρχος ὁ περιπατητικός. Εὔδοξος δὲ τὸ μῆκος διπλοῦν τοῦ πλάτους· ὁ δὲ Ἐρατοσθένης πλεῖον τοῦ διπλοῦ.* Cetcrum non negligendum est, quod Democriti sententia ad habitatam tantum terram referenda est et quod Dicaearchus igitur, qui eam amplexus

est, sibi non repugnat, si cum Aristotele magistro cf. de coelo II, c. 14 omnem terram globosam esse statuit.

11) Agathemer. geogr. init. *Δικαίαρχος δὲ ὁρίζει τὴν γῆν οὐχ ὕδασιν, ἀλλὰ τομῇ εὐθείᾳ ἀκράτῳ, ἀπὸ στηλῶν διὰ Σαρδοῦς, Σικελίας, Πελοποννήσου (Ἰωνίας*, quod hoc loco antea legebatur et quod secundum Gronovium in codicibus quoque deest, Ukertus merito omisit), *Καρίας, Λυκίας, Παμφυλίας, Κιλικίας καὶ Ταύρου ἐξῆς ἕως Ἰμάου ὄρους. τῶν τοίνυν τόπων τὸν μὲν βόρειον, τὸν δὲ νότιον ὀνομάζει.* Ceterum Vossius recte conjicit eique Ukertus assentitur, Hipparchum contra Eratosthenem orientales Tauri partes magis septentrionem versus et Indiam non tantopere ad meridiem extendentem Dicaearchi sententias defendere. Idem vero ille Eratosthenes terram diaphragmate in duas partes, alteram septentrionalem, meridionalem alteram, diviserat cf. Strab. l. II, p. 67. *ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν καθιστάμενος τὸν τῆς οἰκουμένης πίνακα γραμμῇ τινι διαιρεῖ δίχα, ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἀνατολὴν παραλλήλῳ τῇ ἰσημερινῇ γραμμῇ κ. τ. λ.*

12) Strab. l. II, p. 104 sqq. *Πολύβιος δὲ τὴν Εὐρώπην χωρογραφῶν τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐᾷν φησί, τοὺς δ' ἐκείνους ἐλέγχοντας ἐξετάζειν Δικαίαρχόν τε καὶ Ἐρατοσθένη τὸν τελευταῖον πραγματευσάμενον περὶ τῆς γεωγραφίας καὶ Πυθέαν, ὑφ' οὗ παρακρουσθῆναι πολλούς κ. τ. λ. φησὶ δ' οὖν ὁ Πολύβιος ἄπιστον καὶ αὐτὸ τοῦτο, πῶς ἰδιώτῃ ἀνθρώπῳ καὶ πένητι τοσαῦτα διαστήματα πλωτὰ καὶ πορευτὰ γένοιτο; τὸν δ' Ἐρατοσθένη διαπορήσαντα εἰ χρὴ πιστεύειν τούτοις ὅμως περί τε τῆς Βρεττανικῆς πεπιστευκέναι καὶ τῶν κατὰ Γάδειρα καὶ τὴν Ἰβηρίαν· πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μεσσηνίῳ πιστεύειν ἢ τούτῳ. ὁ μέντοι γε εἰς μίαν χώραν τὴν Παγχαίαν λέγει πλεῦσαι· ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων κατωπτευκέναι τὴν προσάρκτιον Εὐρώπην πᾶσαν, ἣν οὐδ' ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι. Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον καλεῖν, Πυθέᾳ δὲ πιστεύειν καὶ ταῦτα δὲ μηδὲ Δικαιάρχου πιστεύσαντος. τὸ μὲν οὖν μηδὲ Δικαιάρχου πιστεύσαντος γελοῖον· ὥσπερ ἐκείνῳ χρήσασθαι κανόνι προσῆκον, καθ' οὗ τοσούτους ἐλέγχους αὐτὸς προφέρεται. Ἐρατοσθένους δὲ εἴρηται ἡ περὶ τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ ἀρκτικὰ τῆς Εὐρώπης ἄγνοια. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν καὶ Δικαιάρχῳ συγγνώμη τοῖς μὴ κατιδοῦσι τοὺς τόπους ἐκείνους. Πολυβίῳ δὲ καὶ Ποσειδωνίῳ τίς ἂν συγγνοίη; ἀλλὰ μὴν Πολύβιός γέ ἐστιν ὁ λαοδογματικὰς καλῶν ἀποφάσεις, ἃς ποιοῦνται* (ita cum Dutheilio et Grosskurdio pro vulgata *ποιεῖται* legendum est) *περὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις διαστημάτων καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἐν οἷς ἐκείνους ἐλέγχει καθαρεύων. τοῦ γοῦν Δικαιάρχου μυρίους μὲν εἰπόντος τοὺς ἐπὶ στήλας ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου σταδίους, πλείους δὲ τούτων τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν μέχρι τοῦ μυχοῦ· τοῦ δ' ἐπὶ στήλας τὸ μέχρι τοῦ πορθμοῦ τρισχιλίους ἀποδόντος, ὡς γίνεσθαι τὸ λοιπὸν*

esse videtur) τελευτῶν. οὐ γὰρ παραπλήσιον, ἀλλὰ πολὺ δυσμικώτερον εἶναι τὸ δίαρμα τοῦτο τῆς Σαρδῶνος, ὅλον σχεδόν τι ἀναλαμβάνον ἐν τῷ μεταξὺ πρὸς τῷ Σαρδονίῳ τὸ Λιγυστικὸν πέλαγος· καὶ τῆς παραλίας δὲ τὰ μήκη πεπλεόναστάι, πλὴν οὐκ ἐπὶ τοσοῦτόν γε. Ex initio denique hujus loci Strabonis colligere possumus Polybium etiam ob alias quasdam res Dicaearchum reprehendisse. Ex Fabricii quidem sententia cf. Bibl. t. III, p. 486 Dicaearchus ea omnia, quorum causa a Polybio vituperatus fuit, in anagraphe exposuerat.

13) De situ harum columnarum cf. Strab. III, p. 170. διὰ δὲ τοῦτο τοῖς μὲν δοκεῖν τὰ ἄκρα τοῦ πορθμοῦ τὰς στήλας εἶναι, τοῖς δὲ τὰ Γάδειρα· τοῖς δ' ἔτι πορρώτερον τῶν Γαδείρων ἔξω προσκεῖσθαι. ἔνιοι δὲ στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ τὴν Ἀβύλυκα, τὸ ἀντικείμενον ὄρος τῆς Λιβύης, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Μεταγωνίῳ Νομαδικῷ ἔθνει ἱδρύσθαι· οἱ δὲ τὰς πλησίον ἑκατέρου νησίδας, ὧν τὴν ἑτέραν Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσιν. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν μὲν τῆς Ἥρας νῆσον καὶ ἱερὸν λέγει αὐτῆς· ἄλλην δέ φησιν εἶναί τινα, οὐδ' Ἀβύλυκα ὄρος λέγων (hoc cum Grosskurdio intercalare non dubitavi) οὐδὲ Μεταγώνιον ἔθνος. καὶ τὰς Πλαγκτὰς καὶ τὰς Συμπληγάδας ἐνθάδε μεταφέρουσί τινες ταύτας εἶναι νομίζοντες στήλας, ἃς Πίνδαρος καλεῖ πύλας Γαδειρίδας, εἰς ταύτας ὑστάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα. Καὶ Δικαίαρχος δὲ καὶ Ἐρατοσθένης καὶ Πολύβιος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων περὶ τὸν πορθμὸν ἀποφαίνουσι τὰς στήλας. Fabricius bibl. Gr. t. IV, p. 562 Strabonem haec ex Dicaearchi periplo repetiisse censet, cujusmodi liber exstitisse quidem potuit, sed nullo veterum loco indicatus est.

14) Groddeckius cf. init. h. l. I, p. 217, quanquam quod nunc ἀναγραφῆς τῆς Ἑλλάδος nomine superest fragmentum Dicaearcheum esse negans, Dicaearchum tamen in libro, cui idem titulus fuerit, tabulas suas explicuisse credit. Fabricius omnem Dodwelli ea de re sententiam amplexus est.

15) Strab. l. II, p. 68. ταῦτα δ' εἰπὼν οἴεται δεῖν διορθῶσαι τὸν ἀρχαῖον γεωγραφικὸν πίνακα κ. τ. λ.

16) Ukertus et Vossius id pro certo statuunt, Buttmannus contra l. l. p. 58 ex loco Strabonis supra citato colligit ideo, quod ἀρχαῖος γεωγραφικὸς πίναξ ibi memoraretur, Dicaearchum, qui non ita multo ante Eratosthenem vixerit, non cogitandum esse tabulam geographicam composuisse. At illa tabula a Strabone antiqua appellari potuit et etiamsi Dicaearchi tabulae ab Eratosthene vel omnino non vel ab Eratosthene saltem apud Strabonem non respectae fuerint, inde tamen non efficiuntur non exstitisse. Tabulam vero Dicaearchi non accuratam Europae imaginem continuisse, ex iis quae contra Dicaearchi sententias monita sunt et inprimis ex iis quae Strabo de

ignorantia ejus regionum septentrionem et occidentem versus sitarum adnotavit cum Ukerto cf. II, 2, 40 repetere possumus, sicut cum eodem doctissimo viro I, 1, p. 114 orbem terrarum ab eo talem depictum esse putamus, qualem veteres post Alexandri expeditiones cogitarent. Qua in re si Ukertus ad Strab. XV, p. 690 provocavit, eo tamen loco non crediderim virum doctum pro *Δηΐμαχος* legendum conjecisse *Δικαίαρχος*: ita enim Strab. II. p. 69 impedimento esset *δυοῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ Δηϊμάχου τε καὶ Μεγασθένους, οἳ καθ' οὓς μὲν τόπους δισμυρίων εἶναι σταδίων τὸ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ' οὓς δὲ καὶ τρισμυρίων.* Illo autem Strabonis loco haec leguntur: *Μεγασθένους δὲ καὶ Δηϊμάχου μετριασάντων μᾶλλον· ὑπὲρ γὰρ δισμυρίους τιθέασι σταδίους, τὸ ἀπὸ τῆς νοτίου θαλάττης ἐπὶ τὸν Καύκασον. Δήτμαχος δ' ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους κατ' ἐνίους τόπους.* Anagraphes denique verba initio prolata *φανερῶς ἑκάστων ὁμολόγως τε κειμένων* ad tabulas geographicas, sicut Dodwellus statuit, non necessario referenda esse Buttmannus recte monuit.

17) Hanc rationem Dodwellus praeivit, quem Fabricius deinde, Schoellius cf. t. III, p. 137, Groddeckius l. l., Schirlitzius p. 79 et adeo Ukertus sequuntur cf. I, 1, p. 114, ubi Ciceronem et Atticum Dicaearcheas Graeciae tabulas, quod accuratissimae essent, plurimi fecisse dicit. *Lelewelus* quoque cf. Pytheas und die Geogr. sein. Zeit übers. von *Hoffmann* 1838 p. 43 geographicas Dicaearchi tabulas pro re plane certa considerat.

18) Neque in universum pro *scripto* accipere licuerit Multo etiam magis Ciceronem Dicaearchi opus cogitare possemus ob perspicuitatem expositionis et elegantiam *tabulam pictam* appellasse. Ceterum Calidonio quoque Errante, licet universas geographicas Dicaearchi tabulas exstitisse negaverit, Ciceroniano tamen loco de *tabulis Peloponnesi* cogitandum esse existimavit.

19) Ex Agathemeri quoque loco de tabulis Dicaearchi nihil certi repeti potest. Ibi enim postquam Anaximander tabulam geographicam cf. Strab. I, p. 7 primus composuisse relatus est, quam Hecataeus deinde Milesius magnopere emendaverit, Hellanicus solam terrae descriptionem proposuisse (*ἁπλάστως παρέδωκε τὴν ἱστορίαν*) et peripli et periodi Democriti, Eudoxi aliorumque indicati sunt, ita pergitur: *οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ τὴν οἰκουμένην ἔγραφον στρογγύλην κ. τ. λ.* Ex *ἔγραφον* autem verbo quod ad ea quae sequuntur *πρῶτος δὲ Δημόκριτος συνεῖδεν κ. τ. λ.* colligere non possumus hos quoque viros terrae imagines depinxisse.

20) cf. quem locum supra exscripsi Plin. h. n. II, 65. Quo loco si ad MCCL praeterea *millia* mente adderetur, immensa efficeretur

esse videtur) τελευτῶν. οὐ γὰρ παραπλήσιον, ἀλλὰ πολὺ δυσμικώτερον εἶναι τὸ διάρμα τοῦτο τῆς Σαρδῶνος, ὅλον σχεδόν τι ἀναλαμβάνον ἐν τῷ μεταξὺ πρὸς τῷ Σαρδονίῳ τὸ Λιγυστικὸν πέλαγος· καὶ τῆς παραλίας δὲ τὰ μήκη πεπλεόνασται, πλὴν οὐκ ἐπὶ τοσοῦτόν γε. Ex initio denique hujus loci Strabonis colligere possumus Polybium etiam ob alias quasdam res Dicaearchum reprehendisse. Ex Fabricii quidem sententia cf. Bibl. t. III, p. 486 Dicaearchus ea omnia, quorum causa a Polybio vituperatus fuit, in anagraphe exposuerat.

13) De situ harum columnarum cf. Strab. III, p. 170. διὰ δὲ τοῦτο τοῖς μὲν δοκεῖν τὰ ἄκρα τοῦ πορθμοῦ τὰς στήλας εἶναι, τοῖς δὲ τὰ Γάδειρα· τοῖς δ' ἔτι πορρώτερον τῶν Γαδείρων ἔξω προσκεῖσθαι. ἔνιοι δὲ στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ τὴν Ἀβύλυκα, τὸ ἀντικείμενον ὄρος τῆς Λιβύης, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Μεταγωνίῳ Νομαδικῷ ἔθνει ἱδρύσθαι· οἱ δὲ τὰς πλησίον ἑκατέρου νησίδας, ὧν τὴν ἑτέραν Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσιν. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν μὲν τῆς Ἥρας νῆσον καὶ ἱερὸν λέγει αὐτῆς· ἄλλην δέ φησιν εἶναί τινα, οὐδ' Ἀβύλυκα ὄρος λέγων (hoc cum Grosskurdio intercalare non dubitavi) οὐδὲ Μεταγώνιον ἔθνος. καὶ τὰς Πλαγκτὰς καὶ τὰς Συμπληγάδας ἐνθάδε μεταφέρουσί τινες ταύτας εἶναι νομίζοντες στήλας, ἃς Πίνδαρος καλεῖ πύλας Γαδειρίδας, εἰς ταύτας ὑστάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα. Καὶ Δικαίαρχος δὲ καὶ Ἐρατοσθένης καὶ Πολύβιος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων περὶ τὸν πορθμὸν ἀποφαίνουσι τὰς στήλας. Fabricius bibl. Gr. t. IV, p. 562 Strabonem haec ex Dicaearchi periplo repetiisse censet, cujusmodi liber exstitisse quidem potuit, sed nullo veterum loco indicatus est.

14) Groddeckius cf. init. h. l. I, p. 217, quanquam quod nunc ἀναγραφῆς τῆς Ἑλλάδος nomine superest fragmentum Dicaearcheum esse negans, Dicaearchum tamen in libro, cui idem titulus fuerit, tabulas suas explicuisse credit. Fabricius omnem Dodwelli ea de re sententiam amplexus est.

15) Strab. l. II, p. 68. ταῦτα δ' εἰπὼν οἴεται δεῖν διορθῶσαι τὸν ἀρχαῖον γεωγραφικὸν πίνακα κ. τ. λ.

16) Ukertus et Vossius id pro certo statuunt, Buttmannus contra l. l. p. 58 ex loco Strabonis supra citato colligit ideo, quod ἀρχαῖος γεωγραφικὸς πίναξ ibi memoraretur, Dicaearchum, qui non ita multo ante Eratosthenem vixerit, non cogitandum esse tabulam geographicam composuisse. At illa tabula a Strabone antiqua appellari potuit et etiamsi Dicaearchi tabulae ab Eratosthene vel omnino non vel ab Eratosthene saltem apud Strabonem non respectae fuerint, inde tamen non efficiuntur non exstitisse. Tabulam vero Dicaearchi non accuratam Europae imaginem continuisse, ex iis quae contra Dicaearchi sententias monita sunt et inprimis ex iis quae Strabo de

ignorantia ejus regionum septentrionem et occidentem versus sitarum adnotavit cum Ukerto cf. II, 2, 40 repetere possumus, sicut cum eodem doctissimo viro I, 1, p. 114 orbem terrarum ab eo talem depictum esse putamus, qualem veteres post Alexandri expeditiones cogitarent. Qua in re si Ukertus ad Strab. XV, p. 690 provocavit, eo tamen loco non crediderim virum doctum pro *Δηΐμαχος* legendum conjecisse *Δικαίαρχος*: ita enim Strab. II. p. 69 impedimento esset *δυοῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ Δηϊμάχου τε καὶ Μεγασθένους, οἳ καθ' οὓς μὲν τόπους δισμυρίων εἶναι σταδίων τὸ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ' οὓς δὲ καὶ τρισμυρίων.* Illo autem Strabonis loco haec leguntur: *Μεγασθένους δὲ καὶ Δηϊμάχου μετριασάντων μᾶλλον· ὑπὲρ γὰρ δισμυρίους τιθέασι σταδίους, τὸ ἀπὸ τῆς νοτίου θαλάττης ἐπὶ τὸν Καύκασον. Δηΐμαχος δ' ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους κατ' ἐνίους τόπους.* Anagraphes denique verba initio prolata *φανερῶς ἑκάστων ὁμολόγως τε κειμένων* ad tabulas geographicas, sicut Dodwellus statuit, non necessario referenda esse Buttmannus recte monuit.

17) Hanc rationem Dodwellus praeivit, quem Fabricius deinde, Schoellius cf. t. III, p. 137, Groddeckius l. l., Schirlitzius p. 79 et adeo Ukertus sequuntur cf. I, 1, p. 114, ubi Ciceronem et Atticum Dicaearcheas Graeciae tabulas, quod accuratissimae essent, plurimi fecisse dicit. *Lelewelus* quoque cf. Pytheas und die Geogr. sein. Zeit übers. von *Hoffmann* 1838 p. 43 geographicas Dicaearchi tabulas pro re plane certa considerat.

18) Neque in universum pro *scripto* accipere licuerit Multo etiam magis Ciceronem Dicaearchi opus cogitare possemus ob perspicuitatem expositionis et elegantiam *tabulam pictam* appellasse. Ceterum Calidonio quoque Errante, licet universas geographicas Dicaearchi tabulas exstitisse negaverit, Ciceroniano tamen loco de *tabulis Peloponnesi* cogitandum esse existimavit.

19) Ex Agathemeri quoque loco de tabulis Dicaearchi nihil certi repeti potest. Ibi enim postquam Anaximander tabulam geographicam cf. Strab. I, p. 7 primus composuisse relatus est, quam Hecataeus deinde Milesius magnopere emendaverit, Hellanicus solam terrae descriptionem proposuisse (*ἁπλάστως παρέδωκε τὴν ἱστορίαν*) et peripli et periodi Democriti, Eudoxi aliorumque indicati sunt, ita pergitur: *οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ τὴν οἰκουμένην ἔγραφον στρογγύλην κ. τ. λ.* Ex *ἔγραφον* autem verbo quod ad ea quae sequuntur *πρῶτος δὲ Δημόκριτος συνεῖδεν κ. τ. λ.* colligere non possumus hos quoque viros terrae imagines depinxisse.

20) cf. quem locum supra exscripsi Plin. h. n. II, 65. Quo loco si ad MCCL praeterea *millia* mente adderetur, immensa efficeretur

altitudo, quemadmodum Petavius Uranolog. t. III diss. VII, c. 10 recte exposuit, Plutarcho in Aemilio allegato, ubi nulla montis altitudo, *πρὸς κάθετον* decem stadia superare dicetur, et Cleomede theor. cycl. I, 10, qui, Dicaearcho ut Petavius suspicatur auctore, summam montis altitudinem quindecim stadiorum esse retulit. Huc autem praeterea pertinet cf. etiam Ukert II, 1, p. 17. hic Gemini locus Element. Astronom. I, c. 14. *οἱ γοῦν ἐπὶ τὴν Κυλλήνην ἀναβαίνοντες, ὄρος ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ὑψηλότατον καὶ θύοντες τῷ καθωσιωμένῳ ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους Ἑρμῇ, ὅταν πάλιν δὶ ἐνιαυτοῦ ἀναβαίνοντες τὰς θυσίας ἐπιτελῶσιν, εὑρίσκουσι καὶ τὰ μηρία καὶ τὴν τέφραν τὴν ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν τῇ αὐτῇ τάξει μένουσαν, ἐν ᾗ καὶ κατέλιπον, καὶ μήθ' ὑπὸ πνευμάτων, μήθ' ὑπὸ ὄμβρων ἠλλοιωμένα· διὰ τὸ πάντα τὰ νέφη καὶ τὰς τῶν ἀνέμων συστάσεις ὑποκάτω τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς συνίστασθαι. πολλάκις δὲ οἱ εἰς τὸ Ἀταβύριον ἀναβαίνοντες* (ita pro vulgato *Σαταβύριον* legendum esse dubitari non potest cf. Steph. Byz. *Ἀτάβυρον, ὄρος Ῥόδου* ibique Berkelii notam) *διὰ τῶν νεφῶν ποιοῦνται τὴν ἀνάβασιν καὶ ὑποκάτω τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς θεωροῦσι τὴν τῶν νεφῶν σύστασιν. καὶ ἔστι μὲν τῆς Κυλλήνης τὸ ὕψος ἔλασσον σταδίων ιε', ὡς Δικαίαρχος ἀναμετρηκὼς* (ita sine dubio pro vulgata *ἀναμετρικῶς* exhibendum est) *ἀποφαίνεται· τοῦ δὲ Ἀταβυρίου ἐλάσσων ἐστὶν ἢ κάθετος σταδίων δ'* (num haec potissimum genuina lectio sit, quaeritur, etiamsi vulgata *ιδ'* omnino cum Petavio rejicienda est). De Atabyride cf. praeterea Strab. XIV, p. 655. *μετὰ δὲ Λίνδον Ἰξία χωρίον καὶ Μνασύριον· εἶθ' ὁ Ἀτάβυρις, ὄρος τῶν ἐνταῦθα ὑψηλότατον, ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου*, de Cyllene Strab. VIII, p. 595. *μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ (Ἀρκαδίᾳ) Κυλλήνη, τὴν γοῦν κάθετον οἱ μὲν εἴκοσι στάδιά φασιν, οἱ δ' ὅσον πέντε καὶ δέκα.* Eustath. ad Odyss. ψ, p. 1951, 15 ed. Rom. *ἀπὸ Κυλλήνης, ἥτις ὄρος ἐστὶν Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα ὀλυμπιακῶν παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, καθά φασιν ἱστορεῖν Ἀπολλόδωρον* et Steph. Byz. s. v. *Κυλλήνη, ὄρος Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα.* De Olympi mensura cf. Plut. Aem. Paul. c. 15. *ἐνταῦθα τοῦ Ὀλύμπου τὸ ὕψος ἀνατείνει πλέον ἢ δέκα σταδίους· σημαίνεται δὲ ἐπιγράμματι τοῦ μετρήσαντος, οὕτως· Οὐλύμπου κορυφῆς ἔπι Πυθίου Ἀπόλλωνος Ἱερὸν, ὕψος ἔχει (πρὸς τὴν κάθετον δ' ἐμετρήθη) Πλήρη μὲν δεκάδα σταδίων μίαν, αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ Πλέθρον τετραπέδῳ λειπόμενον μεγέθει. Εὐμήλου δὲ μὲν* (ita pro vulgato *δέ μιν* legendum est) *υἱὸς ἐθήκατο μέτρα κελεύθου Ξεναγόρης· σὺ δ' ἄναξ χαῖρε καὶ ἐσθλὰ δίδου.*

21) Quanquam Creuzerus adeo titulum libri Charonis deperditi *ὅροι Λαμψακηνῶν* fuisse existimavit, quem Schweighaeuserus ad Athen. IV, c. 77. XII, 57. *ὧροι Λ.* fuisse demonstraverat cf. Athen. XI, 475. b. XII, 520. d. Pro *ὡρογράφους* hi praeterea habendi sunt: *Alexis ὧροι*

Σαμίων Athen. XII, p. 540. d. XIII, 572. f. *Artemon ὧροι τῶν Κλαζομενίων* Ael. de nat. anim. XII, 38. *Duris ὧροι Σαμίων* Ath. XV, 696. e. *Heropythus ὧροι Κολοφωνίων* Athen. VII, 297. e. *Creophylus ὧροι Ἐφεσίων* Ath. VIII, 361. e. *Malacus Σιφνίων ὧροι* Athen. VI, 267. a. Animadvss. Schweigh. t. II, p. 645 sqq., *Neanthes ὧροι Κυζικηνῶν* Athen. IV, 175., *Theolytus Μηθυμναίων* vel *Λεσβίων ὧροι* Athen. XI, 470. b. Num in titulo libri, qui Socrati vindicatur, apud Athenaeum IX, p. 388. a. servato *περὶ ὅρων* (*ὀρῶν*? *ὡρῶν*?) *καὶ τόπων καὶ πυρὸς καὶ λίθων* legi praestet *περὶ ἀέρων καὶ τόπ. κ. λ.*, non dijudico. Cogitari quoque posset non Socrates, sed Hippocrates cum libro *περὶ ἀέρων, ὑδάτων καὶ τόπων* significatus esse.

Caput decimum.

Περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως.

Antrum Trophonii et oraculum singulari attentione dignum fuisse nemo dubitabit. [1]) Quod quum ita sit, non mirandum est, quod Dicaearchus de eo exposuerit, qui quidem cum titulo *ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* compluribus locis allegatus est. Qua tamen in re dubitare licet, haec dissertatio pro singulari et separato libro an pro parte tantum amplioris cujusdam scripti haberi debeat. [2]) Equidem, quanquam alias quoque conjecturas easque non plane ineptas proferre possem, [3]) priorem illam amplector sententiam eam inprimis ob causam, quod Cicero aliquot locis eo de libro ita loquitur, ut singulare opus effecisse merito inde colligamus. [4]) Etiam Plutarchus, postquam Lamprias frater quaecunque Lebadeae memoria digna erant cognovit de iisque exegetas interrogavit, librum de descensu in Trophonii oraculum composuit. [5]) Similitudinis causa Hellanici *ἀνάβασις εἰς Ἄμμωνος* afferri potest [6]) et quod ad singulare libri argumentum haecce scripta comparari possunt: *Alcetas περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων*, *Amphion περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου* apud Athenaeum, *Nicocrates περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι ἀγῶνος* cf. Schol. ad Il. *ν*, vs. 21. Si ex iis, quae in paucissimis quae supersunt fragmentis disseruntur, de argumento totius operis, quod in nonnullos libros vel saltem capita divisum fuisse crediderim, [7]) conjicere licuerit, eum librum contra Graecorum luxuriam et magnificentiae studium scriptum esse

arbitrabimur. [8]) Si praeterea Dicaearchi auctoritatem de Trophonii oraculo nusquam aut a Strabone aut a Pausania allatam esse consideramus, titulum *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* suspicari fortasse libebit nonnisi figuratam dicendi rationem pro *περὶ τῆς τρυφῆς* fuisse. Quantopere autem universis Boeotis ventris studium, comissationes resque parasitica crimini data fuerint, constat Trophoniique antrum cum oraculo eo magis summa esse potuit libri de virtutibus istis Boeoticis disserentis idque non sine sale facientis, quo pluris Boeoti ipsi illud oraculum aestimarent. Accedit, quod, ut O. Muellerus recte animadvertit, Dicaearchus vero animi cultu inter Aristotelicos excelluisse et sacerdotes eorumque fraudes gravissimo odio persecutus esse videtur. Atticorum quoque poëtarum comoedias Trophonii nomine inscriptas, [9]) quae passim laudantur et idem istud argumentum de comissationibus et parasitis continuisse creduntur, ad illud oraculi numen referre liceat. Quam ad suspicionem adjuvandam etiamsi adnotari posset plurimas Atticorum comoedias ex rebus Boeoticis argumentum repetiisse, non majorem tamen veri speciem habet quam si quis *Τροφώνιος* illarum comoediarum inscriptionem appellativi potius sensum, *bene alti*, habuisse conjiciat. Ceterum ex hoc libro duo tantum fragmenta nobis reliqua sunt [10]) titulo diserte indicato et tertius superest locus, [11]) quem ad illum non improbabiliter referre queamus. Ili denique loci ejusmodi sunt, ut etiam in libro singulari, qui ex professo de Trophonii oraculo ageret, in apto sententiarum connexu sedem habuisse cogitare possimus. [12]) Ita quidem simplex tituli explicatio servaretur. Quanquam non a veri specie abhorret Dicaearchum statuere eo in libro magis de oraculo ejusque momento inprimis ut videtur fraudulento disputasse, quam antrum et ritus ibi usitatos, quae quidem magis nota fuisse crediderim, descripsisse. [13]) Alterum autem fragmentorum quae supersunt de luxuria agit per mensas secundas effecta, [14]) alterum de monumento, quod Harpalus Macedo Pythionicae meretrici constituerat. [15])

1) Recentiorum virorum doctorum maxime O. Muellerus cf. Orchom. u. d. Miny. p. 150—160 hoc oraculum illustravit. Scriptorum veterum Pausaniae locus eo de antro et oraculo classicus est IX, 39 sqq. cf. etiam IV, 16. Strab. IX, p. 414. Athen. XIV, p. 614 a (ubi Semus ἐν πέμπτῳ Δηλιάδος allegatur). Schol. ad Arist. Nub. vs. 508. Suid. t. III, p. 509.

2) Quemadmodum Hemsterhusius ad Luc. diall. mortt. III, t. I, p. 339 dubitaverat, utrum singulare scriptum an nonnisi *Βίου* particula fuisset. Hanc quidem contra conjecturam ratio, qua citatur ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως et ἐν πρώτῳ (suppleri mente posset βίου τῆς Ἑλλάδος et ante sequentia verba περὶ intercalari) non pugnaret. Ernestius contra singulare scriptum et dialogica forma compositum fuisse arbitratus est; cujus quidem posterioris sententiae nullum indicium investigari potest, nisi quis forte Ciceronis locum ad Att. VI, 2 „in Trophoniana Chaeronis narratione" huc refert.

3) Etiam cogitare possemus inter hunc librum et opus *de divinatione* aliquam rationem intercessisse et illum fortasse nonnisi partem ejus operis ut ita dicam πρακτικὴν effecisse.

4) cf. Ep. ad Att. XIII, 31. 32. 33. (addas etiam καταβάσεως — et καταβάσεως exspecto).

5) cf. Lampriae filii catalogum Plutarch. χρ. ἐκλ. p. 38. 362. ed. Hutt. nro. 171. O. Muellerus Plutarchi relationes de hoc oraculo, si adhuc exstarent, multo praestantiores fore existimavit quam quae Pausanias ea de re disseruisset. Quod idem autem vir doctissimus Plutarchum de Trophonio contra Dicaearchum scripsisse conjicit, ejus conjecturae equidem nullum adhuc investigavi adjumentum.

6) cf. Athen. XIV, 652. a. quanquam hic additur εἰ γνήσιος. De logographo quidem Hellanico cogitandum non esse videtur; quod autem ad argumentum ipsum libri ἀνάβασις εἰς Ἄμμωνος inscripti attinet, in eo conjici quoque posset Alexandri expeditio ad Ammonis oraculum exposita fuisse.

7) Apud Athenaeum XIV, p. 641. profertur ἐν πρώτῳ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως et XIII, p. 594, si ejus rei ratio habenda est, ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως neque vero ἐν τῷ περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως citatur. Quoniam vero priori illo loco ἐν πρώτῳ neque vero ἐν προτέρῳ dicitur, ex vulgato quidem usu de tribus quod minimum est libris vel capitibus cogitandum est.

8) Ita etiam Ciceronis locum ad Att. VI, 2 *is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione*, si quidem his verbis nostrum opus significatur, *Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sint* explicare possumus. Praeterea Peripateticos in suis operibus iisque

valde singularibus, ut περὶ μέθης cf. quae supra de Clearchi βίοις monui, contra aequalium voluptates invectos esse constat.

9) Ex omnibus qui inde exhibiti sunt locis de Trophonii persona vel omnino de momento ejus vocabuli in comoediarum inscriptionem adhibiti definite nihil pronuntiari potest. Commemorantur autem Trophonius Alexidis cf. Athen. VI, 242. c. X, 417. e. Meinek. quaestt. scen. III, p. 35, Cephisodori cf. Ath. XII, 553. a. XV, 667. d. 689 f. Meinek. quaestt. scen. II, p. 74, Cratini cf. Athen. VIII. 325. e., qui quidem Trophonius alioqui Crateti falso adscribebatur cf. Meinek. quaestt. scen. I, p. 25. 28, Menandri cf. Athen. I, 9. c. III, 99. f. IV, 132 f. XII, 517. a.

10) Fabricii conjecturam, qua Dicaearchi de Tiresia expositio cf. Phleg. de mirabb. c. 4 hoc in libro comprehensa fuerit, jam supra parum probabilem judicavimus.

11) Omnis locus hic est Cic. ad Att. VI, 2: „Peloponnesias civitates omnes maritimas esse hominis non nequam, sed etiam tuo judicio probati Dicaearchi tabulis (pro quo *fabulis* legendum supra conjecimus) credidi. Is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt nec ullum in Peloponneso locum excipit. Cum mihi auctor placeret (etenim erat ἱστορικώτατος et vixerat in Peloponneso), admirabar tamen; et vix accredens communicavi cum Dionysio. Atque is primo est commotus, deinde quod tum de isto Dicaearcho non minus bene existimabat quam tu de C. Vestorio, ego de M. Cluverio, non dubitabat quin ei crederemus. Arcadiae censebat esse Lepreon quoddam maritimum; Tenea autem et Aliphera et Tritia νεόκτιστα ei videbantur; idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum. Atque istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli.“ Locus autem ipse, ubi Cicero Dicaearchi sententiam secutus est, hic est de republ. II, 4. ed. Creuzer p. 209: „nam et ipsa Peloponnesus fere tota in mari est; nec praeter Phliasios (cf. illius epistolae haec verba: „Phliasios autem dici sciebam et ita fac ut habeas; nos quidem sic habemus. Sed primo me ἀναλογία deceperat, Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σικυῶνος quod Ὀπούντιοι, Σικυώντιοι; sed hoc continuo correxi) ulli sunt, quorum agri non contingant mare; et extra Peloponnesum Aenianes et Dores et Dolopes soli absunt a mari.“ Ceterum etiam ea verba, quae hunc locum proxime praecedunt, inprimis ob ea quae in nota 8 proposui adscribam: „multa etiam ad luxuriam invitamenta perniciosa civitatibus suppeditantur mari, quae vel capiuntur, vel importantur; atque habet etiam amoenitas ipsa vel sumptuosas vel desidiosas illecebras multas cupiditatum. Et quod de

Corintho dixi, id haud scio an liceat de cuncta Graecia verissime dicere.“

12) Ita sumtus, quocum iter ad Trophonium ejusque consultatio conjuncta fuerunt, ansam praebere potuit de luxuria aetatis disserendi vel etiam sacerdotum fraudes, quae in hoc oraculo exercebantur, Dicaearchum commoverunt ad verba facienda de universa sui temporis nequitia.

13) Quod hic liber vel ejus tantummodo, ut videtur, particula apud Ciceronem ad Attic. VI, 2 *Trophoniana Chaeronis narratio* significata est, pro dialogica ejus forma plane non facit. Aliter se habet Disput. Tusc. c. 10, ubi Dicaearchi dialogus de anima ita indicatus est: „duobus (intell. libris) Pherecratem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit.“

14) Athen. XIV, p. 641. *Δικαίαρχος δ' ἐν πρώτῳ τῆς εἰς* (haec praepositio in editionibus olim defuit) *Τροφωνίου καταβάσεως φησὶν οὕτως· ἥ γε τὴν πολλὴν δαπάνην ἐν τοῖς δείπνοις παρέχουσα δευτέρα τράπεζα προσεγένετο καὶ στέφανοι καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα πάντα.*

15) Athen. XIII, p. 594. *Δικαίαρχος δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεώς φησι· ταὐτὸ δὲ πάθοι τις ἂν ἐπὶ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἀφικνούμενος καὶ ταύτην ἀπ' Ἐλευσῖνος τὴν ἱερὰν ὁδὸν καλουμένην. καὶ γὰρ ἐνταῦθα καταστάς, οὗ ἂν ᾖ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα, ὄψεται παρὰ τὴν ὁδὸν αὐτὴν ᾠκοδομημένον μνῆμα, οἷον οὐχ ἕτερον οὐδὲ σύνεγγυς οὐδέν ἐστι τῷ μεγέθει. τοῦτο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὅπερ εἰκός, ἢ Μιλτιάδου φήσειε σαφῶς ἢ Περικλέους ἢ Κίμωνος ἤ τινος ἑτέρου τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν εἶναι· μάλιστα μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως δημοσίᾳ κατεσκευασμένον· εἰ δὲμή, δεδογμένον κατασκευάσασθαι. πάλιν δ' ὅταν ἐξετάσῃ Πυθιονίκης τῆς ἑταίρας, ἣν τινα χρὴ προσδοκίαν λαβεῖν αὐτόν; Τροφωνείου* lectio quam unus codex exhibet rejicienda est: aut enim *εἰς Τροφωνίου* aut *εἰς Τροφωνεῖον* legendum est — Schweighaeusero non assentior aut *καὶ* ante *ταύτην* delendum aut in *κατά* immutandum esse arbitranti, neque ejusdem viri docti emendationem *καὶ ταῦτα, ταύτην ἀπ' Ἐλευσῖνος* approbo, quoniam vulgatum *καὶ ταύτην*, quod ad *τὴν πόλιν* pertinet et per *eamque* transferendum est, eundem sensum continet. — Valckenarii correctionem cf. adnot. ad Eurip. Hippol. p. 165. b. *οὗ ἂν φανῇ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορωμένῳ ὃ νεώς κ. τ. λ.* non necessariam atque ob medii participium *ἀφορωμένῳ* improbandam esse ad fragmentum prosaicum *Βίου* v. *ΑΠΟΒΙΟΝ* demonstravi. Praeterea vulgata explicari facillime potest et *εἰς Ἀθήνας*, inprimis ante *ἀφορώμενος*, per *Athenas versus* illustrari. Neque magis Schweighaeusero ante *ἀφορώμενος* participium *ὁρῶντι* excidisse suspi-

canti patrociner. — Post φήσειε Casaubonus τις adjecit, quod tamen, secundum posterioris quidem aetatis usum, eodem jure abesse potest. — Verba δεδογμένον κατασκευάσασθαι respiciens Casaubonus merito adnotavit, discrimen esse statuendum inter monumenta *sumtu publico* et *decreto tantum publico* facta, quum non licitum esset in republica Atheniensium sepulcra defunctorum ornare quantum aut heredis aut ipsius etiam defuncti ambitio postulasset. — ἐξετάζειν Schweighaeuserus hoc loco, nisi forte quid excidisset veluti καὶ μάθῃ, idem quod πυνθάνεσθαι significare censuit, *facta inquisitione comperire, sciscitando cognoscere.* Qua ratione cum ἱστορεῖν conferendum est, quod simillime apud Strabonem usurpatum est II, p. 303 ex lectione sola recta: παρὰ δὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἱστορῶν cf. dissert. de Pythea p. 117 sqq. Qui Athenaeum in epitomen redegit, ita habet: πολυτάλαντον μνῆμα κατεσκεύασεν. περὶ οὗ Δικαιαρχός φησιν, ὡς ἰδών τις Μιλτιάδου φήσειεν ἢ Περικλέους ἢ Κίμωνος εἶναι. Ceterum de Pythionices praeterea monimento Athenaei loco Posidonius in sua historia, Theopompus in epistola ad Alexandrum et comoediarum loci, ut ex Philemonis Babylonio et Alexidis Lycisco allegati sunt. Denique de eo conferatur Plutarch. Phoc. c. 22. καὶ δὴ καὶ Πυθιονίκης τῆς ἑταίρας ἀποθανούσης, ἣν εἶχεν ὁ Ἅρπαλος ἐρῶν, καὶ θυγατρίου πατὴρ ἐξ αὐτῆς γέγονε, μνημεῖον ἀπὸ χρημάτων πολλῶν ἐπιτελέσαι θελήσας προσέταξε τῷ Χαρικλεῖ τὴν ἐπιμέλειαν. οὖσαν δὲ τὴν ὑπουργίαν ταύτην ἀγεννῆ προσκατίσχυνεν ὁ τάφος συντελεσθείς. διαμένει γὰρ ἔτι νῦν ἐν Ἑρμείῳ, ἢ βαδίζομεν ἐξ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα, μηδὲν ἔχων τῶν τριάκοντα ταλάντων ἄξιον, ὅσα τῷ Ἅρπάλῳ λογισθῆναι φασὶν εἰς τὸ ἔργον ὑπὸ τοῦ Χαρικλέους et Paus. I, 37. μνημάτων δὲ (trans Cephissum), ἃ μάλιστα ἐς μέγεθος καὶ κόσμον ἥκει, τὸ μὲν ἀνδρός ἐστι Ῥοδίου μετοικήσαντος ἐς Ἀθήνας· τὸ δὲ Ἅρπαλος Μακεδὼν ἐποίησεν, ὃς Ἀλέξανδρον ἀποδρὰς ἐκ τῆς Ἀσίας διέβη ναυσὶν ἐς τὴν Εὐρώπην, ἀφικόμενος δὲ παρ' Ἀθηναίους ὑπ' αὐτῶν συνελήφθη, διαφθείρας δὲ χρήμασιν ἄλλους τε καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρου φίλους ἀπέδρα. πρότερον δέ γε Πυθιονίκην ἔγημε, γένος μὲν οὐκ οἶδα ὁπόθεν, ἑταιροῦσαν δὲ ἔν τε Ἀθήναις καὶ ἐν Κορίνθῳ. ταύτης ἐς τοσοῦτον ἔρωτος προῆλθεν, ὡς καὶ μνῆμα ἀποθανούσης ποιῆσαι, πάντων ὁπόσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα θέας μάλιστα ἄξιον.

Caput undecimum.

Eorum Dicaearchi fragmentorum conspectus, quae ad verba servata esse videntur.

---

a) *eorum, quae titulo operis diserte memorato relicta sunt.*

1) *ex Tripolitico:* τὸ δεῖπνον πρῶτον μὲν ἑκάστῳ χωρὶς παρατιθέμενον καὶ προς ἕτερον κοινωνίαν οὐδεμίαν ἔχον. εἶτα μᾶζαν μὲν ὅσην ἂν ἕκαστος ᾖ βουλόμενος· καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ᾖ θυμὸς ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστιν. ὄψον δὲ ταὐτὸν ἀεί ποτε πᾶσίν ἐστιν, ὑειον κρέας ἐφθόν· ἐνίοτε δ' οὐδ' ὅ τι μὲν οὖν πλὴν ὄψον τι μικρὸν ἔχον σταθμὸν ὡς τέταρτον μνᾶς μάλιστα· καὶ παρὰ τοῦτο ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὅ γε ἀπὸ τούτων ζωμὸς ἱκανὸς ὢν παρὰ πᾶν τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτοὺς παραπέμπειν· καν ἁρα ἐλάα τις η τυρὸς ἢ σῦκον. ἀλλὰ κἂν τι λάβωσιν ἐπιδόσιμον ἰχθὺν ἢ λαγῶν ἢ φάτταν ἤ τι τοιοῦτον, εἶτ' ὀξέως ἤδη δεδειπνηκόσιν ὕστερα περιφέρεται ταῦτα τὰ ἐπάϊκλα καλούμενα. Συμφέρει δ' ἕκαστος εἰς τὸ φιδίτιον ἀλφίτων μὲν ὡς τρία μάλιστα ἡμιμέδιμνα Ἀττικά, οἴνου δὲ χόας ἕνδεκά τινας ἢ δώδεκα· παρὰ δὲ ταῦτα τυροῦ σταθμόν τινα καὶ σύκων· ἔτι δὲ εἰς ὀψωνίαν περὶ δέκα τινὰς Αἰγιναίους ὀβολούς. cf. cap. V, not. 6.

2) ex *Commentario in Alcaeum:* λατάγη δ' ἐστὶ τὸ ὑπολειπόμενον ἀπὸ τοῦ ἐκποθέντος ποτηρίου ὑγρόν, ὃ συνεστραμμένῃ τῇ χειρὶ ὄνωθεν ἐῤῥίπτουν οἱ παίζοντες εἰς τὸ κοτταβεῖον. cf. cap. VI, not. 50.

3) ex *libro de musica:* ἐπεὶ δὲ κοινόν τι πάθος ἀεὶ φαίνεται συνακολουθεῖν τοὶς διερχομένοις, εἴτε μετὰ μέλους, εἴτε ἄνευ μέλους, ἔχοντά τι τῇ χειρὶ ποιεῖσθαι

τὴν ἀφήγησιν. οἵ τε γὰρ ᾄδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις ἐκ παλαιᾶς τινος παραδόσεως κλῶνα δάφνης ἢ μυρρίνης λαβόντες ᾄδουσιν. **cf. cap. VI, not. 82.**

4) ex *Vitae Graeciae primo libro:* ὃν φασι καὶ Βαβυλῶνα τὴν ὀνομαστοτάτην πόλιν περὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν κατασκευάσαι, ἅπαντας εἰς ταὐτὸ συναγαγόντα τοὺς καλουμένους Χαλδαίους. **cf. cap. VII, not. 21.**

5) ex *Vita Graeciae, libro non indicato:* αὐτόματα μὲν γὰρ πάντα ἐφύετο εἰκότως. οὐ γὰρ αὐτοί γε κατεσκεύαζον οὐθὲν διὰ τὸ μήπω τὴν γεωργίαν ἔχειν πω τέχνην, μήθ' ἑτέραν μηδεμίαν ἁπλῶς. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῦ σχολὴν ἄγειν αἴτιον ἐγίγνετο αὐτοῖς καὶ τοῦ διάγειν ἄνευ πόνων καὶ μερίμνης, εἰ δέ (**leg. vid.** εἰ δὲ δή **vel** εἰ δή) τι τῶν γλαφυρωτάτων ἰατρῶν ἑπακολουθῆσαι δεῖ διανοίᾳ, καὶ τοῦ μὴ νοσεῖν. οὐθὲν γὰρ εἰς ὑγίειαν αὐτῶν μεῖζον παράγγελμα εὕροι τις ἂν ἢ τὸ μὴ ποιεῖν περιττώματα, ὧν διὰ παντὸς ἐκεῖνοι καθαρὰ τὰ σώματα ἐφύλαττον. οὔτε γὰρ τὴν τῆς φύσεως ἰσχυροτέραν τροφήν, ἀλλ' ἧς ἡ φύσις ἰσχυροτέρα, προσεφέροντο, οὔτε τὴν πλείω τῆς μετρίας διὰ τὴν ἑτοιμότητα (**quod negativo sensu accipiendum est**), ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ τὴν ἐλάττω τῆς ἱκανῆς διὰ τὴν σπάνιν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πόλεμοι αὐτοῖς ἦσαν οὐδὲ στάσεις πρὸς ἀλλήλους. ἆθλον γὰρ οὐδὲν ἀξιόλογον ἐν τῷ μέσῳ προκείμενον ὑπῆρχεν, ὑπὲρ ὅτου τις ἂν διαφορὰν τοσαύτην ἐνεστήσατο. ὥστε τὸ κεφάλαιον εἶναι τοῦ βίου συνέβαινε σχολήν, ῥᾳθυμίαν ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων, ὑγίειαν, εἰρήνην, φιλίαν. τοῖς δὲ ὑστέροις ἐφιεμένοις μεγάλων καὶ πολλοῖς περιπίπτουσι κακοῖς ποθεινὸς εἰκότως ἐκεῖνος ὁ βίος ἐγίγνετο. δηλοῖ δὲ τὸ λιτὸν τῶν πρώτων καὶ αὐτοσχέδιον τῆς τροφῆς τὸ μεθίστερον ῥηθὲν ἄλις δρυός, τοῦ μεταβάλλοντος πρώτου, οἷα εἰκός, τοῦτο (**ita enim pro eo quod Buttmannus exhibet** τούτου **legendum videtur**) φθεγξαμένου. ὕστερον ὁ νομαδικὸς εἰσῆλθεν βίος, καθ' ὃν περιττοτέραν ἤδη κτῆσιν προσπεριεβάλλοντο καὶ ζώων ἥψαντο· κατανοήσαντες ὅτι τὰ μὲν ἀσινῆ ἐτύγχανεν ὄντα, τὰ δὲ

κακοῦργα καὶ χαλεπά· καὶ οὕτω δὴ τὰ μὲν ἐτιθάσευσαν, τοῖς δὲ ἐπέθεντο. καὶ ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ συνεισῆλθεν πόλεμος. καὶ ταῦτά φησιν (Dicaearchus) οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ' οἱ τὰ παλαιὰ (ita pro τὰ πολλά legendum est) ἱστορίᾳ διεξελθόντες εἰρήκασιν. ἤδη γὰρ ἀξιόλογα κτήματα (aut hoc loco aut post ὑπάρχοντα intercalandum esse videtur ἄ) ἦν ὑπάρχοντα οἱ μὲν ἐπὶ τὸ παρελέσθαι φιλοτιμίαν ἐποιοῦντο, ἀθροιζόμενοί τε καὶ παρακαλοῦντες ἀλλήλους, οἱ δ' ἐπὶ τὸ διαφυλάξαι. προϊόντος δὲ κατὰ μικρὸν οὕτω τοῦ χρόνου, κατανοοῦντες ἀεὶ τῶν χρησίμων εἶναι δοκούντων, εἰς τὸ τρίτον τε καὶ γεωργικὸν ἐνέπεσον εἶδος. cf. cap. VII, not. 25.

6) ex *eodem scripto*: τῶν γὰρ ἐδεσμάτων κοινῇ καὶ μὴ κατὰ μέρος τιθεμένων τὸ πρότερον οἱ δυνατώτεροι τας τροφὰς τῶν ἀσθενῶν ἥρπαζον καὶ συνέβαινε τούτους ἀποπνίγεσθαι μὴ δυναμένους (ita etiam Aldina; quod Buttmannus exhibet δυνάμενοι defendi quidem posset utpote constructio κατὰ τὸ σημαινόμενον, ita ut συνέβαινε τούτους ἀποπνίγεσθαι per οὗτοι ἀπεπνίγοντο explicaretur, sed illud praeferendum est) ἑαυτοῖς βοηθεῖν. διὰ τοῦτο οὖν ὁ μερισμὸς ἐπενοήθη. cf. cap. VII, not. 26.

7) ex *libro de sacrificio ad Ilium facto*: καὶ τῶν θεατῶν ἐπιφωνησάντων μετὰ κρότου οὐκ ἀπειθήσας πάλιν ἀνακλάσας ἐφίλησεν. cf. cap. VIII, not. 1.

8) ex *libro de descensu in Trophonii antrum*: ἥ γε τὴν πολλὴν δαπάνην ἐν τοῖς δείπνοις παρέχουσα δευτέρα τράπεζα προσεγένετο καὶ στέφανοι καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα πάντα. cf. cap. X, not. 14.

9) ex *eodem libro*: ταὐτὸ δὲ πάθοι τις ἂν ἐπὶ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἀφικνούμενος καὶ ταύτην ἀπ' Ἐλευσῖνος τὴν ἱερὰν ὁδὸν καλουμένην. καὶ γὰρ ἐνταῦθα καταστάς, ου αν ᾖ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα, ὄψεται παρὰ τὴν ὁδὸν αὐτὴν οἰκοδομημένον μνῆμα, οἷον οὐχ ἕτερον οὐδὲ σύνεγγυς οὐδέν ἐστι τῷ μεγέθει. τοῦτο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὅπερ

εἰκός, ἢ Μιλτιάδου φήσειε σαφῶς η Περικλέους η Κίμωνος ἤ τινος ἑτέρου τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν εἶναι· μάλιστα μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως δημοσίᾳ κατεσκευασμένον· εἰ δὲ μή, δεδογμένον κατασκευάσασθαι. πάλιν δ' ὅταν ἐξετάσῃ Πυθιονίκης τῆς ἑταίρας, ἥν τινα χρὴ προσδοκίαν λαβεῖν αὐτόν; **cf. cap. X. not. 15.**

b) *ubi titulus operis non indicatus est.*

10) ἐν Ἐλέᾳ τῆς Ἰταλίας πρεσβύτατον (**quo pro Buttmannus falsissime** πρεαβυτάτην) ἤδη τὴν ἡλικίαν ὄντα. **cf. cap. VI, not. 23.**

11) ἐκλήθη δὲ πάτρα μὲν εἰς τὴν δευτέραν μετάβασιν ἐλθόντων ἡ κατὰ μόνας ἑκάστῳ πρότερον οὖσα συγγένεια, ἀπὸ τοῦ πρεσβυτάτου τε καὶ μάλιστα ἰσχύσαντος ἐν τῷ γένει τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσα, ὃν ἂν τρόπον Αἰακίδας ἢ Πελοπίδας εἴποι τις ἄν. φατρίαν δὲ συνέβη λέγεσθαι καὶ φρατρίαν, ἐπειδή τινες εἰς ἑτέραν πάτραν ἐδίδοσαν θυγατέρας ἑαυτῶν (**Pro** φατρίαν **hoc loco ante Buttmannum patrem** πατρίαν **et pro** πάτραν **in fine sententiae ante eumdem** φράτραν **legebatur**). οὐ γὰρ ἔτι τῶν πατριωτικῶν ἱερῶν εἶχε κοινωνίαν ἡ δοθεῖσα, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ λαβόντος αὐτὴν συνετέλει πάτραν. ὥστε πρότερον πόθῳ τῆς συνόδου γιγνομένης ἀδελφαὶς σὺν ἀδελφῷ, ἑτέρα τις ἱερῶν ἑτέθη κοινωνικὴ σύνοδος, ἣν δὴ φρατρίαν (**ante Buttmannum patrem exhibebatur** πατρίαν) ὠνόμαζον. καὶ πάλιν, ὥστε πάτρα μὲν ὅνπερ εἴπομεν ἐκ τῆς συγγενείας τρόπον ἐγένετο μάλιστα τῆς (**antea** τοῖς) γονέων σὺν τέκνοις καὶ τέκνων (**olim** τέκνα) σὺν γονεῦσι, φρατρία δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀδελφῶν. φυλὴ δὲ καὶ φυλέται πρότερον (**Wachsmuthius suspicatur** πρῶτον) ὠνομάσθησαν ἐκ τῆς εἰς τὰς πόλεις καὶ τὰ καλούμενα ἔθνη συνόδου γενομένης (**Wachsmuthius dubitat, num haec verba critice sana sint**). ἕκαστον γὰρ τῶν συνελθόντων φῦλον ἐλέγετο εἶναι. **cf. cap. VII, not. 33.**

Caput duodecimum.

Dicaearchea quae in libris manuscriptis exstant.

---

1) Fragmentum quod ad *βίον τῆς Ἑλλάδος* a Dicaearcho conscriptum vulgo refertur.

Ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπεισιν ἄστυ· ὁδὸς δὲ ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, ἔχουσα τῇ ὄψει φιλάνθρωπον. ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος· κακῶς ἐρρυμοτομημένη διὰ τὴν ἀρχαιότητα. αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι. ἀπιστηθείη δ' ἂν ἐξαίφνης ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη, εἰ αὐτη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη τῶν Ἀθηναίων πόλις· μετ' οὐ πολὺ πιστεύσειεν ἄν τις. ὧδε ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον θέατρον, ἀξιόλογον, μέγα καὶ θαυμαστόν· Ἀθηνᾶς ἱερόν, πολυτελὲς ΑΠΟΒΙΟΝ, ἄξιον θέας. ὁ καλούμενος Παρθενὼν ὑπερκείμενος τοῦ θεάτρου μεγάλην κατάπληξιν ποιεῖ τοῖς θεωροῦσιν. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μέν, κατάπληξιν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν· γενόμενον δ' ἂν βέλτιστον, εἴπερ συνετελέσθη. γυμνάσια τρία· Ἀκαδημία, Λύκειον, Κυνόσαργες, πάντα κατάδενδρά τε καὶ τοῖς ἐδάφεσι ποώδη. ἑορταὶ παντοδαπαὶ φιλοσόφων παντοδαπῶν, ψυχῆς ἀπάταις καὶ ἀνάπαυσις· σχολαὶ πολλαί, θέαι συνεχεῖς. τὰ γινόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντα ἀτίμητα καὶ πρῶτα τῇ γεύσει, μικρῷ δὲ σπανιώτερα. ἀλλ' ἡ τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος διατριβὴ περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται. ἔστι δὲ ταῖς μὲν θέαις ἡ πόλις καὶ σχολαῖς τοῖς δημοτικοῖς ἀνεπαί-

σθητος λιμός, λήθην εμποιοῦσα τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν. καὶ ἕτερα δὲ ἡ πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά. καὶ γαρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν Ἀθηναίων εἰσίν. ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν παντὶ τεχνίτῃ περιποιῆσαι δόξαν μεγάλην ἐπὶ τοῖς ἐντυγχανομένοις ἐκβαλόντες τὰς εὐημερίας θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων ἀνθρώπῳ διδασκάλιον. τῶν δὲ ἐνοικούντων οἱ μὲν αὐτῶν Ἀττικοί, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι. οἱ μὲν Ἀττικοὶ περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι, σείοντες τοὺς παρεπιδημοῦντας καὶ εὐπόρους τῶν ξένων· οὓς ὅταν ὁ δῆμος λάβῃ, σκληραῖς περιβάλλει ζημίαις. οἱ δὲ εἰλικρινεῖς Ἀθηναῖοι δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροαταὶ διὰ τὰς συνεχεῖς. τὸ καθόλου δ' ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ βίου διόρθωσιν τῶν ἀγρῶν διαφέρουσιν, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλλάττει. φυλακτέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τὰς εταίρας, μὴ λάθῃ τις ἡδέως ἀπολόμενος. ὁ στίχος Λυσίππου·

εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ.
εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος·
εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.
αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνὶς ἡ ῥόδοις δισσὴν
εὐωδίαν ἔχουσα καὶ ΑΜΑΛΗΔΙΑΝ.
τὰ γὰρ ΑΛΙΕΙΤΑ μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει,
τὸ γὰρ ἁλιακὸν ἔτος με μαίνεσθαι ποιεῖ.
ὅταν δὲ τὴν λεύκην τις αὐτῶν πραέως
ἁλιακὸν εἶναι στέφανον εἴπῃ, πνίγομαι
οὕτως ἐπ' αὐτοῖς, ὥστε μᾶλλον ἂν θέλειν
ἀποκαρτερεῖν, ἢ ταῦτ' ἀκούων καρτερεῖν.
τοιοῦτο τῶν ξένων τι καλεῖται σκότος.

ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν διὰ ΔΑΦΝΙΔΟΣ καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ ὁδὸν ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας πρόσαντα· ἀλλ' ἡ τῶν καταλύσεων πολυπληθεια τὰ πρὸς τὸν βίον ἔχουσα ἄφθονα καὶ ἀναπαύσεις κωλύει κόπον ἐγγίνεσθαι τοῖς ὁδοιποροῦσιν. ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων οἰκία Θηβῶν ἐστί, μεταβολέων ἐργασία, τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ τῇ πονηρίᾳ συντεθραμμένης· τελωνοῦσι γὰρ καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς αὐτοὺς εἰσάγεσθαι. Οἱ πολλοὶ αὐτῶν τραχεῖς ἐν ταῖς ὁμιλίαις τοὺς συνετοὺς ἐξανελόμενοι. ἀρνούμενοι τοὺς Βοιωτοὺς Ἀθηναῖοι εἰσὶ Βοιωτοί. οἱ στίχοι Ξένωνος·

πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἁρπαγες.
κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ'· ὁδὸς δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας, παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ λῃστῶν φόβου. ἡ δὲ πόλις τραχεῖα μὲν καὶ μετέωρος, λευκὴ δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδης· τοῖς δὲ τῶν οἰκιῶν προθύροις καὶ ἐγκαύμασιν ἀναθεματικοῖς κάλλιστα κατεσκευασμένη. καρποῖς δὲ τοῖς ἐκ τῆς χώρας σιτικοῖς οὐ λίαν ἄφθονος, οἴνῳ δὲ τῷ γινομένῳ κατὰ τὴν Βοιωτίαν πρωτεύουσα. οἱ δ' ἐνοικοῦντες ταῖς μὲν οὐσίαις λαμπροί, τοῖς δὲ βίοις λιτοί· πάντες γεωργοί, οὐκ ἐργάται· δικαιοσύνην, πίστιν, ξενίαν ἀγαθοὶ διαφυλάξαι· τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς στειχοπλανήταις τῶν ἀποδημητικῶν ἀφ' ὧν ἔχουσιν ἀπαρχόμενοί τε καὶ ἐλευθέρως μεταδιδόντες, ἀλλότριοι πάσης ἀδίκου πλεονεξίας. καὶ ἐνδιατρίψαι δὲ ξένοις ἀσφαλεστάτη πόλις τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν· ἄπεστι γὰρ αὐθέκαστος καὶ παραύστηρος μισοπονηρία διὰ τὴν τῶν κατοικούντων αὐτάρκειάν τε καὶ φιλεργίαν. προσπάθειαν γὰρ πρός τι γένος ἀκρασίας ἧκιστα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατενόησα, δι' ἣν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰ μέγιστα γίνεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἀδικήματα. οὗ γὰρ βίος ἐστὶν ἱκανὸς (καὶ)

προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται, χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν. ἐντεῦθεν εἰς Πλαταιὰς στάδια σ'· ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἔρημος καὶ λιθώδης, ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα· οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής. ἡ δὲ πόλις κατὰ τὸν κωμῳδιῶν ποιητὴν Ποσείδιππον

ναοὶ δύο εἰσὶ καὶ στοὰ καὶ τοὔνομα
καὶ τὸ βαλανεῖον καὶ τὸ Σαράμβου κλέος·
τὸ πολὺ μὲν ἀκτή, τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις.

οἱ δὲ πολῖται οὐδὲν ἕτερον ἔχουσι λέγειν, ἢ ὅτι Ἀθηναίων εἰσὶν ἄποικοι καὶ ὅτι τῶν Ἑλλήνων καὶ Περσῶν παρ' αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο. εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί. ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια π'· ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος. ἡ δὲ πόλις ἐν μέσῳ μὲν τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας, τὴν περίμετρον ἔχουσα σταδίων σ'· πᾶσα δὲ ὁμαλή· στρογγύλη μὲν τῷ σχήματι, τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος· ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δ' ἐρρυμοτομημένη διὰ τὸ τρὶς ἤδη, ὡς φασιν αἱ ἱστορίαι, κατεσκάφθαι διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων. καὶ ἱπποτρόφος δὲ ἀγαθή· κάθυδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος· κηπεύματα ἔχουσα πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων. καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο τὸ ὑποκείμενον τῇ πόλει πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες. φέρεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Καδμείας ὕδωρ ἀφανὲς διὰ σωλήνων ἀγόμενον ὑπὸ Κάδμου τὸ παλαιόν, ὡς λέγουσι, κατεσκευασμένον. ἡ μὲν οὖν πόλις τοιαύτη. οἱ δ' ἐνοικοῦντες μεγαλόψυχοι καὶ θαυμαστοὶ ταῖς κατὰ τὸν βίον εὐελπιστίαις· θρασεῖς δὲ καὶ ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι, πλῆκταί τε καὶ ἀδιάφοροι πρὸς πάντα ξένον καὶ δημότην· κατανωτισταὶ παντὸς δικαίου· πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα τῶν συναλλαγμάτων οὐ λόγῳ συνιστάμενοι, τὴν δ' ἐκ τοῦ θράσους καὶ τῶν χειρῶν προσάγοντες βίαν· τὰ δὲ τοῖς ἀθληταῖς ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα πρὸς αὐτοὺς βίαια εἰς τὴν δικαιολογίαν μεταφέροντες. διὸ καὶ αἱ δίκαι παρ' αὐτοῖς δι' ἐτῶν τούλά-

χιστον εἰσάγονται τριάκοντα. ὁ γὰρ μνησθεὶς ἐν τῷ πλήθει περί τινος τοιούτου καὶ μὴ εὐθέως ἀπάρας ἐκ τῆς Βοιωτίας, ἀλλὰ τὸν ἐλάχιστον μείνας ἐν τῇ πόλει χρόνον, μετ' οὐ πολὺ παρατηρηθεὶς νυκτὸς ὑπὸ τῶν οὐ βουλομένων τὰς δίκας συντελεῖσθαι θανάτῳ βιαίῳ ζημιοῦται. φόνοι δὲ παρ' αὐτοῖς διὰ τὰς τυχούσας γίνονται αἰτίας. τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας συμβαίνει τοιούτους εἶναι. διατρέχουσι δέ τινες ἐν αὐτοῖς ἀξιόλογοι, μεγαλόψυχοι, πάσης ἄξιοι φιλίας. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν τοῖς μεγέθεσι, πορείαις, ῥυθμοῖς εὐσχημονέσταταί τε καὶ εὐπρεπέσταται τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι γυναικῶν. μαρτυρεῖ Σοφοκλῆς·

Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπτα τμους,
οὖ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς.

τὸ τῶν ἱματίων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα τοιοῦτόν ἐστιν, ὥσπερ προσωπιδίῳ δοκεῖν πᾶν τὸ πρόσωπον κατειλῆφθαι. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ διαφαίνονται μόνον, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τοῦ προσώπου πάντα κατέχεται τοῖς ἱματίοις. φοροῦσι δ' αὐτὰ πᾶσαι λευκά. τὸ δὲ τρίχωμα ξανθόν, ἀναδεδεμένον μέχρι τῆς κορυφῆς· ὃ δὴ καλεῖται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων λαμπάδιον. ὑπόδημα λιτόν, οὐ βαθύ, φοινικοῦν δὲ τῇ χροιᾷ καὶ ταπεινόν· ὑσκλωτὸν δέ, ὥστε γυμνοὺς σχεδὸν ἐκφαίνεσθαι τοὺς πόδας. εἰσὶ δὲ καὶ ταῖς ὁμιλίαις οὐ λίαν Βοιώτιαι, μᾶλλον δὲ Σικυώνιαι. καὶ ἡ φωνὴ δ' αὐτῶν ἐστὶν ἐπίχαρις· τῶν δ' ἀνθρώπων ἀτερπὴς ἡδὲ βαρεῖα. ἐνθερίσαι μὲν ἡ πόλις οἵα βελτίστη· τό τε γὰρ ὕδωρ πολὺ ἔχει καὶ ψυχρὸν καὶ κήπους. ἔστι δ' εὐήνεμος ἔτι καὶ χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν, ἐχέπωρός τε καὶ τοῖς θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονος· ἄξυλος δὲ καὶ ἐγχειμάσαι οἵα χειρίστη διά τε τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ πνεύματα· καὶ γὰρ νίφεται καὶ πηλὸν ἔχει πολύν. οἱ στίχοι Λάωνος· γράφει δὲ ἐπαινῶν αὐτοὺς καὶ οὐ λέγων τὴν ἀλήθειαν· μοιχὸς γὰρ ἁλοὺς ἀφείθη μικροῦ διαφόρου τὸν ἀδικηθέντα ἐξαγοράσας·

Βοιωτὸν ἄνδρα στέργε, τὴν Βοιωτίαν
μὴ φεῦγ'· ὁ μὲν γὰρ χρηστός, ἡ δ' ἐφίμερος.

ἐντεῦθεν εἰς Ἀνθηδόνα στάδια ρξ'· ὁδὸς πλαγία, ἀμαξήλατος δι' ἀγρῶν πορεία. ἡ δὲ πόλις οὐ μεγάλη τῷ μεγέθει· ἐπ' αὐτῆς τῆς Εὐβοϊκῆς κειμένη θαλάττης· τὴν μὲν ἀγορὰν ἔχουσα κατάδενδρον πᾶσαν, στοαῖς ἀνειλημμένην διτταῖς. αὐτη δὲ εὔοινος, εὔοψος, σίτῳ σπανίζουσα διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι λυπράν. οἱ δ' ἐνοικοῦντες σχεδὸν πάντες ἁλιεῖς, ἀπ' ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες· ἐν αἰγιαλοῖς τε καὶ φύκει καὶ καλύβαις καταγεγηρακότες· πυῤῥοὶ ταῖς ὄψεσι· πάντες τε λεπτοί, τὰ δ' ἄκρα τῶν ὀνύχων καταβεβρωμένοι ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις· προσπεπονθότες πορθμοῖς οἱ πλεῖστοι καὶ ναυπηγοί· τὴν δὲ χώραν οὐχ οἷον ἐργαζόμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ἔχοντες, αὐτοὺς φάσκοντες ἀπογόνους εἶναι Γλαύκου τοῦ θαλασσίου, ὃς ἁλιεὺς ἦν ὁμολογούμενος. ἡ μὲν οὖν Βοιωτία τοιαύτη· αἱ γὰρ Θεσπιαὶ φιλοτιμίαν ἔχουσι μόνον ἀνδρῶν καὶ ἀνδριάντας οὐ πεποιημένους, ἄλλο δὲ οὐδέν. ἱστοροῦσι δ' οἱ Βοιωτοὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ὑπάρχοντα ἴδια ἀκληρήματα λέγοντες ταῦτα· τὴν μὲν αἰσχροκέρδειαν κατοικεῖν ἐν Ὠρωπῷ, τὸν δὲ φθόνον ἐν Τανάγρᾳ, τὴν φιλονεικίαν ἐν Θεσπιαῖς, τὴν ὕβριν ἐν Θήβαις, τὴν πλεονεξίαν ἐν Ἀνθηδόνι, τὴν περιεργίαν ἐν Κορωνείᾳ, ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἀλαζονείαν, τὸν πυρετὸν ἐν Ὀγχήστῳ, τὴν ἀναισθησίαν ἐν Ἁλιάρτῳ. τάδ' ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος ἀκληρήματα εἰς τὰς τῆς Βοιωτίας πόλεις κατερῥύη. ὁ στίχος Φερεκράτους·

ἀνπερ φρονῇς εὖ, φεῦγε τὴν Βοιωτίαν.

ἡ μὲν οὖν τῶν Βοιωτῶν χώρα τοιαύτη. ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ο'· μέχρι τοῦ Σαλγανέως ὁδὸς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν λεία τε πᾶσα καὶ μαλακή· τῇ μὲν καθήκουσα εἰς θάλατταν, τῇ δὲ ὄρος οὐχ ὑψηλὸν μὲν ἔχουσα, ἄλσεσι δὲ καὶ ὕδασι πηγαίοις κατάῤῥυτον. ἡ δὲ τῶν Χαλ-

κιδέων πόλις ἐστὶ μὲν σταδίων ὁ', μείζων τῆς ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς αὐτὴν φερούσης ὁδοῦ· γεώλοφος δὲ πᾶσα καὶ σύσκιος, ὕδατα ἔχουσα τὰ μὲν πολλὰ ἁλυκά, ἓν δ' ἡσυχῇ μὲν ὑπόπλατυ, τῇ δὲ χρείᾳ ὑγιεινὸν καὶ ψυχρόν, τὸ ἀπὸ τῆς κρήνης, τῆς καλουμένης Ἀρεθούσης, ῥέον ἱκανόν, ὡς δυναμένης παρέχειν τὸ ἀπὸ τῆς πηγῆς νᾶμα πᾶσι τοῖς τὴν πόλιν κατοικοῦσιν. καὶ τοῖς κοινοῖς δ' ἡ πόλις διαφόρως κατεσκεύασται· γυμνασίοις, στοαῖς, ἱεροῖς, θεάτροις, γραφαῖς, ἀνδριάσι· τῇ τ' ἀγορᾷ κειμένη πρὸς τὰς τῶν ἐργασιῶν χρείας ἀνυπερβλήτως. ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς Βοιωτίας Σαλγανέως καὶ τῆς τῶν Εὐβοέων θαλάττης ῥοὺς εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλων [καὶ τὸν Εὔριπον] φέρεται παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ λιμένος τείχη· καθ' ὃ συμβαίνει τὴν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἶναι πύλην, ταύτης δ' ἔχεσθαι τὴν ἀγορὰν πλατεῖάν τε οὖσαν καὶ στοαῖς τρισὶ συνειλημμένην. σύνεγγυς οὖν κειμένου τῆς ἀγορᾶς τοῦ λιμένος καὶ ταχείας τῆς ἐκ τῶν πλοίων γινομένης τῶν φορτίων ἐκκομιδῆς, πολὺς ὁ καταπλέων ἐστὶν εἰς τὸ ἐμπόριον. καὶ γὰρ ὁ Εὔριπος δισσὸν ἔχων τὸν εἴσπλουν ἐφέλκεται τὸν ἔμπορον εἰς τὴν πόλιν. ἡ δὲ χώρα πᾶσα αὐτῶν ἐλαιόφυτος· ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ θάλαττα· οἱ δ' ἐνοικοῦντες Ἕλληνες οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φωνῇ· τῶν μαθημάτων ἐντός· φιλαπόδημοι· γραμματικοί. τὰ προσπίπτοντα ἐκ τῆς πατρίδος δυσχερῆ γενναίως φέροντες. δουλεύοντες γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον, τοῖς δὲ τρόποις ὄντες ἐλεύθεροι μεγάλην εἰλήφασιν ἔξιν φέρειν ῥᾳθύμως τὰ προσπίπτοντα. ὁ στίχος Φιλίσκου·

χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις.

. . . . . .

τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαβὼν μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων ΣΤΑΜΠΟΥ. τάχα δὲ φήσουσί τινες ἡμᾶς ἀγνοεῖν τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος καταριθμοῦντας, ἄπειροι τῆς τῶν πραγμάτων ὄντες ἀληθείας. ἡ γὰρ Ἑλλὰς

τὸ παλαιὸν οὖσά ποτε πόλις ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη, τῆς Θετταλῶν οὖσα χώρας, ἀνάμεσον Φαρσάλου τε κειμένη καὶ τῆς τῶν Μελιταιέων πόλεως. Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσι τῷ γένει καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζουσιν, ἀφ' Ἕλληνος· Ἀθηναῖοι δὲ οἱ τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντες Ἀττικοὶ μέν εἰσι τῷ γένει, ταῖς δὲ διαλέκτοις ἀττικίζουσιν, ὥσπερ Δωριεῖς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ δωρίζουσιν· αἰολίζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Αἰόλου, ἰάζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου φύντες. ἡ οὖν Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ ἦν, ὁτε ποτὲ ἦν, οὐκ ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὁ γοῦν ποιητής φησι·

Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί,

Μυρμιδόνας μὲν λέγων εἶναι τοὺς περὶ τὴν Θετταλίας Φθίαν κατοικοῦντας, Ἕλληνας δὲ τοὺς μικρῷ πρότερον ῥηθέντας, Ἀχαιοὺς δὲ τοὺς καὶ νῦν ἔτι κατοικοῦντας Μελίταιάν τε καὶ Λάρισσαν τὴν Κρεμαστὴν καλουμένην καὶ Θήβας τὰς Ἀχαΐδας πρότερον Φυλάκην καλουμένην, ὅθεν ἦν καὶ Πρωτεσίλαος ὁ στρατεύσας εἰς Ἴλιον. ἔστιν οὖν ἡ Ἑλλὰς ὑφ' Ἕλληνος οἰκισθεῖσα πόλις τε καὶ χώρα· μαρτυρεῖ δὲ καὶ Εὐριπίδης·

Ἕλλην γάρ, ὡς λέγουσι, γίγνεται Διός,
τοῦ δ' Αἴολος παῖς· Αἰόλου δὲ Σίσυφος,
Ἀθάμας τε Κρηθεύς θ' ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεὶς ἔῤῥιψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Ἑλλὰς μὲν οὖν ἐστι, ὥσπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν, ἀφ' οὗ τὸ ἑλληνίζειν τὴν προσηγορίαν εἴληφεν· Ἕλληνες δ' οἱ ἀφ' Ἕλληνος. οὗτοι δ' εἰσὶν Αἴολος καὶ Σίσυφος, ἔτι δὲ Ἀθάμας καὶ Σαλμωνεὺς καὶ οἱ τούτων φύντες ἔκγονοι. ἡ δὲ καλουμένη νῦν Ἑλλὰς λέγεται μέν, οὐ μέντοι ἐστί· τὸ γὰρ ἑλληνίζειν ἐγώ φημι οὐκ ἐν τῷ διαλέγεσθαι ὀρθῶς,

ἀλλ' ἐν τῷ γένει τῆς φωνῆς. αὕτη ἐστὶν ἀφ' Ἕλληνος· ἡ δὲ Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ κεῖται. ἐκείνους οὖν ἐροῦμεν τὴν Ἑλλάδα κατοικεῖν καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζειν. εἰ δὲ καὶ κατὰ τὸ ἴδιον τοῦ γένους τῆς Θετταλίας ἡ Ἑλλάς ἐστι, δίκαιον καὶ κατὰ τὸ κοινόν, ὡς νῦν ὀνομάζονται Ἕλληνες, τῆς Ἑλλάδος αὐτὴν εἶναι. ὅτι δὲ πᾶσα, ἣν κατηριθμήμεθα, Ἑλλάς ἐστι, μαρτυρεῖ ἡμῖν ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς Ποσείδιππος, μεμφόμενος Ἀθηναίοις, ὅτι τὴν αὐτῶν φωνὴν καὶ τὴν πόλιν φασὶ τῆς Ἑλλάδος εἶναι, λέγων οὕτως·

Ἑλλὰς μέν ἐστι μία, πόλεις δὲ πλείονες.
σὺ μὲν ἀττικίζεις, ἡνίκ' ἂν φωνὴν λέγῃς
ΑΥΤΟΥ ΤΙΝΕΣ· οἱ δ' Ἕλληνες ἑλληνίζομεν.
τί προσδιατρίβων συλλαβαῖς καὶ γράμμασι
τὴν εὐτραπελίαν εἰς ἀηδίαν ἄγεις;

πρὸς μὲν τοὺς οὐχ ὑπολαμβάνοντας εἶναι τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος οὐδὲ τοὺς Θετταλοὺς Ἕλληνος ἀπογόνους ὄντας ἑλληνίζειν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν ΣΤΑΜΠΟΥ καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου, τὴν διήγησιν πεποιημένοι, καταπαύομεν τὸν λόγον.

Ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπεισιν ἄστυ. **Primum pro certissimo statuendum esse videtur, haecce et quae proxima sequuntur verba non esse Dicaearchi, sed ab eo homine profecta, qui praestantissimum illum *βίον* vel ejus geographicam de Graecia partem perquam male excerpsit. Quod *ἀποσπασμάτιον* quum ex omni sententiarum connexu ejectum esse satis pateat, jam nostrum deinde est inquirere, quibus de regionibus ea in operis parte, quam istud exciperet, expositum antea fuerit. Referre quidem licet *ἐντεῦθεν* aut ad Megara aut ad Phalereum portum vel Piraeeum, qui antiquiori illa Dicaearchi aetate singularis**

oppidi speciem adhuc prae se ferebat, insequenti autem aevo, ut Strabonis, cf. IX, p. 395, parvus tantummodo viculus exstabat. Piraeeum praeterea constat non ita raro ex adverso Athenarum urbis *τοῦ ἄστεως* collocari cf. Xenoph. Memorab. Socr. II, 7, 2: *πολλῶν φυγόντων ὡς τὸν Πειραιὰ — ὀλιγανθρωπία γὰρ ἐν τῷ ἄστει γέγονε* Strab. IX, c. 1. *ἡνίκα Σύλλας ἐκ πολιορκίας εἶλε καὶ τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ ἄστυ — Φυλὴ δέ, ὅθεν ἐπήγαγε τὸν δῆμον Θρασύβουλος εἰς Πειραιᾶ κἀκεῖθεν εἰς ἄστυ.* Posteriori igitur hac ratione ea via significaretur, de qua in Platonis convivio p. 171. b. verba fiunt: *πάντως ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἄστυ ἐπιτηδεία πορευομένοις κ. τ. λ.*, priori vero illa, de qua Marxius cum omnibus fere interpretibus sola cogitaverunt, ea intelligeretur via, quae a Strabone IX, p. 391 dicitur *ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ*, ab Herodoto quoque commemorata II, 7 *ἡ ἐξ Ἀθηνέων ὁδὸς ἡ ἀπὸ τῶν δυώδεκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φέρουσα ἐς Πίσαν* et ab eodem etiam VIII, 71 per *τὴν Σκιρωνίδα ὁδόν* indicata. Utrum autem rectius sit, in conjectura positum relinquimus, majori etiam difficultate in eo nobis extricanda, quodnam subjectum ad *ἔπεισιν* mente adjiciendum sit. Editores quidem plurimi, id quod non ita multo post accuratius exposituri sumus, medelam conjectando afferre studuerunt: qua in re magnopere considerandum fuerat nobis hoc loco rem esse cum excerptore, non cum egregio illo philosopho, neque igitur cum legibus critices congruum esse ea frustula ad elegantis vel accurati tamen scriptoris normam emendare neque operae pretium. Stilum denique Dicaearchi atque cogitandi et describendi rationem magnopere dubito an ex paucis ejus veris fragmentis cognoscere accurate possimus. Subjectum cogitari potest *τις* vel *ὁδοιπορῶν τις* aut ab excerptore Dicaearchus ipse significatus est a Megarorum vel portus Piraeei expositione ad Athenas accedens describendas (quam sententiam etiam Naekius probare videtur excerptoris vestigia se animadvertens in ipso fragmenti initio observare), quod enim aliquando in mente

fuerat, ἔπεισιν referendum esse ad muros (τὰ μακρὰ σκέλη) superioribus fortasse memoratos, minorem habet veri speciem. H. Stephanus quum aliis in locis ejus fragmenti urbium distantias stadiis definiri videret legendum proposuit: ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων εἰσὶν (s. ἐστὶν) ἄστυ στάδια μ΄ (s. ν΄). Marxius, aeque atque Stephanus verba corrupta esse existimans, scribi posse conjecit ὁδὸς μέν, quibus verbis ἡ δὲ πόλις κ. τ. λ. ex adverso posita essent. μέν et δέ particulas inter se saepissime confusas esse, qua de re Schaeferum ad Apoll. Rh. II, p. 406 attulit, nemo est quem fugiat; sed ὁδὸς δέ κ. τ. λ. respondere potuerunt verbis ex praecedenti loco nobis non jam superstitibus, ita ut per ἡ δὲ πόλις aliquid plane novi inferretur; quare similem fere in sententiam Gailius alterum δέ conjunctivum, alterum adversativum esse pronuntiavit. Rectissime autem Buttmannus orationem ejus esse collegit, qui particularum connexum nihil respiciens quae pluribus verbis in opere ipso dicta essent ea satis negligenter constrinxisset. Sed de ἔπεισιν interpretando Marxius plane nihil protulit, pro qua lectione nulla varietate exhibita, quum subjectum non haberet quo referretur, Gailius ἐπίασιν scribendum esse suspicatus est. Osannus denique locum facillimum sanatu esse existimavit, modo ἄστυ vocabulo non adjecto, dici posset τὸ Ἀθηναίων. Qua de re eo minus dubitatio suboriri debuerat, quod verbis proxime antecedentibus quanquam non satis Attico usu urbs Megarensium similiter τὸ Μεγαρέων ἄστυ denotata fuisse potuit. Praeterea animadvertendum est, talia vocabula quum sententiarum obscuritas evadere plane non posset ab optimis scriptoribus omissa esse, apud Thucydidem I, 25 in verbis ἡ τῶν Ἐπιδαμνίων πόλις substantivum πόλις Goellero delendum esse non immerito visum est. Ita enim pro ἔπεισιν Osannus restitui posse conjicit ἐστὶ μέν et in vocabuli ἄστυ locum rescribi στάδια ν΄, quod per notas στ. ν΄ initio exhibitum deinde corruptum et in ἄστυ commutatum fuerit. Sed altera quoque eaque, ut ipsi videtur, veri similior emendatio Osanno in promptu est. Par-

ticulam δέ post ὁδός ex Dicaearchi more, collata p. 123 ed. Gail. ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια λ'· ὁδος δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας, ejiciendam arbitratur et locum ita constituendum: ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπεστιν (vel ὑπεστιν) ἄστυ ὁδὸς ἡδεῖα κ. τ. λ. Pari modo p. 122 legi dicit: ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν διὰ Δελφινίου καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ ὁδός. Quod autem stadia hoc loco non indicata essent, inde explicari censuit, quod ea distantia inter Megara et Athenas in vulgus notissima esset. Buttmannus quo modo initium manifesto corruptum restitueret se nescire professus est. Sed ut summam nostrae sententiae de hoc loco repetamus, necessitatem conjiciendi nondum perspectam habemus causis moti supra commemoratis, etiamsi Osannum felicissime emendasse non infitiamur.

ἄστυ de urbe infra sita et de arce πόλις atque versa vice usurpantur, Eustathio teste ad Il. ρ, vs. 144. Ubi πόλις de arce dicitur insignis legitur apud Thucydidem locus II, 15: καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτῃ κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων Πόλις, quem ad locum conferas Goellerum, necnon huc pertinet Plutarch. vit. Thes. c. 23. τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε. Eustathio autem eodem auctore inter πόλις et ἄστυ hoc quoque discriminis intercedebat, quod illud civitatem, hoc vero moenia significabat. Verum ἄστυ etiam alia voce non addita de Athenarum urbe sicuti *urbs* nomen de Roma usitatum fuisse inter omnes satis constat, cf. ubi ad demonstrandam Athenarum originem Saiticam ille ἄστυ vocabuli usus a quibusdam allatus fuisse commemoratur Diodor. I, 28: τοὺς Ἀθηναίους δέ φασιν ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις· παρὰ μόνοις γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὴν πόλιν ἄστυ καλεῖσθαι μετενηνεγμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς ἄστεος. Ceterum Atheniensium ipsum ἄστυ Strabo ita definiit IX, 1: τὸ δ' ἄστυ αὐτὸ πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοικουμένη

κύκλῳ· ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν κ. τ. λ. cf. Hesych. I, p. 588.

ὁδός de itinere terrestri, saepe etiam ex adverso posito maritimo, sicuti Thuc. VI, 49. 97. Scylac. p. 251. 260. in geographis Gailianis t. I.

ἔχουσα τῇ ὄψει φιλάνθρωπον. Duae quibus explicari possit exstant rationes, aut ita ut φιλάνθρωπον pro masculino habeamus hunc in sensum: specie hominem cultum tenens „aut ad φιλάνθρωπον mente addentes τι hoc modo interpretemur: specie humani aliquid habens.“ Neutrum enim ejus adjectivi significatione substantivi similiter usurpatum est Strab. l. III, p. 155 fin. δυσεπίμικτοι δ' ὄντες ἀποβεβλήκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάνθρωπον, quanquam grammaticam non admittit dubitationem articulus eo loco adjectus. Quem ex conjectura H. Stephanus hic quoque interponendum esse censuit τῇ ὄψει τὸ φιλάνθρωπον, licet hae quoque aliae ei praesto essent emendationes: τι τῇ ὄψει quam Buttmannus reliquis praeferendam esse judicavit atque ἔχουσα τὴν ὄψιν φιλάνθρωπον. Posteriorem eandem emendandi rationem Corayus ad Plutarch. Cleom. c. 13. t. VI, p. 488 in medium protulit eamque Osannus quoque comprobavit, ὄψιν per πρόσοψιν illustrato et p. 129 allata: ἔστι δ' εὐήνεμος ἔτι καὶ χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν. Gailius aut φιλάνθρωπον pro φιλάνθρωπως interpretandum et ἔχειν neutrali significatione accipiendum esse, qua de ratione Osannus merito dubitavit, aut ita scribendum esse: ἔχουσά τι ὄψει φιλάνθρωπον suspicatus est. Equidem, si emendandi necessitatem perceptam haberem, legendum proponerem φιλανθρώπως. Cogitari vero fortasse posset summa vis posita esse in τῇ ὄψει, ita ut haec sententia a Dicaearcho utpote Athenis non admodum liberaliter excepto et tractato proferretur: „Athenae urbs *specie* humanae apparent.“ Ceterum φιλάνθρωπος simili metaphora a Plutarcho adhibitum est l. l. ὥστ' ἀφθονωτέρας εἶναι τὰς παραθέσεις καὶ φιλανθρωπότερον τὸν οἶνον. Praeter illam autem sacra quoque via, quam Eleu-

sine Athenas duxisse constat, cf. Pausan. I, 30. gratum conspectum praebuisse memoratur cf. Athen. XIII, p. 594, quo loco ipse Dicaearchus *περὶ τῆς καταβάσεως εἰς Τροφωνίου* de insigni Pythionices monimento a via sacra inde conspecto testis adductus est.

γεωργουμένη πᾶσα. Vulcanius (Bonaventure de Smet) quum non immerito dubitaret, an correcto scriptori *ὁδόν* ipsam *γεωργουμένην* dicere liceret, legendum esse conjecit: *διὰ γεωργουμένων πᾶσα* quam conjecturam qua de causa neque recipiendam neque omnino necessariam equidem existimem, post ea quae supra exposui, longa demonstratione indigere haud credo. Quod vero ad rei proditae veritatem, cf. Pausan. in Attic., Arist. Nub. v. 299 sqq. et eum ad locum scholiasten: *λιπαρὰς Ἀθήνας οὐκ ἀπεικότως καλοῦσι. μάλιστα μὲν καὶ διὰ τὸ δόξαι πλουτεῖν τὴν πόλιν. ἔπειτα δέ ἐστι καὶ διὰ τὴν τῶν ἡμέρων τροφῶν εὕρεσιν, παρὰ οἷς ἔτι καὶ νῦν τὸ λιπαρὸν τῆς ἐλαίας φυτὸν δείκνυται. ἄλλως „λιπαρὰν εὐθαλῆ τὴν πᾶσι κομῶσαν. Πίνδαρος· λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμαι Ἑλλάδος ἕρεισμα κλειναὶ Ἀθάναι.* Scholia rectius Gailio verbis *λιπαρὰν χθόνα* nonnisi divitias urbis significari statuente; quanquam enim *χθόνα*, quum deinde adjungatur *εὔανδρον γᾶν κ. τ. λ.*, ab Aristophane loco lyrico et sublimi fere tragico, sicut saepissime apud tragicos poëtas, de ipsa urbe usurpatum esse crediderim, *λιπαρὰν* tamen praedicatum ampliori sensu cum Passovio intelligendum esse non dubito.

ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος. Noli mirari quod *ξηρά* quod praecedit per *οὐκ εὔυδρος* etiam accuratius explicatur. Ejusmodi enim interpretamenta non solum a minoris ordinis auctoribus cf. paulo infra de Tanagraeis: *πάντες γεωργοί, οὐκ ἐργάται*, Menandr. de encom. p. 58. *ἢ ξηρὰ καὶ ἄνυδρος* sed vel ab optimis scriptoribus suis verbis apposita leguntur cf. quos Marxius laudat Ruhnk. ep. crit. p. 56. Heyne observ. Hom. t. V, 506. Reitz ad Lucian. t. VII, p. 371 Bip. *εὔυδρος* autem, vox optimae notae non tantum regionem significat praestanti aqua fruentem, quantum

multa et satis larga. cf. Herod. IV, 47. IX, 25. Idem autem quod nostro loco legimus de Athenarum aquis Apulejus quoque Met. I, p. 145 et Pausanias I, 14 referunt, quo teste unus tantum fons in urbe fuit: πλησίον δέ ἐστι κρήνη, καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἐννεάκρουνον, οὕτω κοσμηθεῖσαν ὑπο Πεισιστράτου· φρέατα μὲν γὰρ καὶ διὰ πάσης τῆς πόλεως ἔστί, πηγὴ δὲ αὕτη μόνη; qua tamen in notitia errasse statuitur cf. Stuart et Revett t. II, p. 202. cf. tamen notam ad eum loc. Cf. etiam Plat. Crit. p. 111. d. Athenaeus Antiphani aquam Atticae omnium pulcherrimam praedicanti fidem denegat V, 18. p, 43: οὐ γὰρ Ἀντιφάνει τῷ κωμικῷ πεπίστευκα λέγοντι κατὰ πολλὰ τὴν Ἀττικὴν διαφέρουσαν τῶν ἄλλων καὶ ὕδωρ κάλλιστον ἔχειν. φησὶ γάρ· Α. οἷα δὴ χώρα φέρει Διαφέροντα πάσης, Ἱππόνικε, τῆς οἰκουμένης Τὸ μέλι, τοὺς ἄρτους, τὰ σῦκα. Ἱππ. σῦκα μὲν νὴ τὸν Δία Πάνυ φέρει Α. βοσκήματ', ἔρια [μύρα τε] μύρτα, θύματα — τύρους, ὕδωρ διαφέρον Ὥστε καὶ γνοίην ἂν εὐθὺς Ἀττικὸν ὕδωρ πίνον. Inter recentiores Dodwellus II, 1, 56 aquam Athenis, quamvis haud largam (et in hunc sensum οὐκ εὔυδρος interpretandum est) puram tamen et claram esse tradidit.

ἐῤῥυμοτομημένη Latinis *in vicos directa* Liv. V, 55, *vicorum ordinibus dimensa* Tacit. Ann. XV, 42. ῥυμοτομεῖν verbum ex ῥυμοτόμος factum, quod compositum est ex ῥύμη et τέμνειν. De ῥύμη, quod vocabulum confundendum non est cum ῥυμός plane aliud significante cf. Etym. M. p. 460, exponitur in Schol. ad Arist. Pac. 98. Etym. M. ed. Sylb. p. 505, quorum illud: λαύρας ἐκάλουν τὰς στενὰς ῥύμας, ἔνθα πᾶσα ἀκαθαρσία ἦν, hoc λαύραν explicat τὴν πλατεῖαν ῥύμην. ῥυμοτομεῖται ab Hesychio t. II, p. 1126 illustratur per εἰς ὀρθὸν διακόπτεται cf. Suid. t. III, p. 270. Zonar. II, p. 1623. Cf. praeterea eo de verbo Strab. XII, p. 249 (XIV, p. 956. b. ἔστι δ' ἡ ῥυμοτομία διάφορος) Diod. Sic. XVII, 52 et eum ad locum Wesseling. Ceterum Hippodamus Milesius Athenas in vicos direxisse relatus est apud Photium lex. p. 86

ed. Herm. *ἀπὸ Ἱπποδάμου τοῦ Μιλησίου ἀρχιτέκτονος τοῦ τὸν Πειραιᾶ κατασκευάσαντος καὶ τὰς τῆς πόλεως ὁδούς* cf. O. Mueller. Dor. II. p. 255.

διὰ τὴν ἀρχαιότητα. Athenae enim post Persarum excidium, ubi Thucydide teste I, 89 *οἰκίαι αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν*, eadem iterum *ἀταξίᾳ* exstructae sunt, sicut Roma quoque a Gallis incensa. Ex navium autem catalogo cf. Hom. Il. II, 546 cum Marxio testimonium summae Athenarum antiquitatis repetere equidem noluerim.

ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι. De parvo Atheniensium, qui prisco quidem tempore, obtinuit censu privato exiguis eorum domiciliis splendidis, autem aedificiis publicis cf. Boeckh Staatsh. I, 69 sq. 220 sq. Dodw. II, 1, 53 qui de domibus et vicis Athenarum idem quod hoc loco legitur Aristotele teste advocato Oecon. l. 2 adnotavit. *χρήσιμαι* autem, Stephano auctore, significatae sunt domus aut utiles aut commodae, quod utrumque latine vertendo: „usui commodae" indicare studuit. Gailio quidem posterior interpretatio praeferenda esse visa est, etiamsi satis in propatulo est rectissimam esse quae in versione Stephaniana continetur.

ἀπιστηθείη emendatum a Stephano est pro vulgata quae fuerat lectione, eadem, teste Marxio vel adeo Werfero, in codice Monacensi exhibita: *ἀποστηθείη* (dubitanter ab eodem propositum fuerat *ἀπορηθείη*), quae valde dubito an aptum praebeat sensum. Ad *ἀπιστέω* Marxius ex Thucydide I, 10 *ἀπιστία* contulit simili in re usurpatum. *ἀπιστηθείη δ' ἂν ἐξαίφνης ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη* passiva verborum conjunctione idem significat ac si dixisset scriptor: *ἀπιστήσειαν δ' ἂν ἐξαίφνης οἱ ξένοι θεωροῦντες.* Similem locum ex Herodoto IV. 45 Gailius attulit: *ἡ δὲ Εὐρώπη πρὸς οὐδαμῶν φανερή ἐστι — εἰ περίῤῥυτός ἐστιν.* Similius etiam exemplum est in verbo *πιστεύομαι* passive ita usurpato cf. Phot. lex. p. 47 *Ζώπυρος — Βαβυλῶνα εἷλεν, ὡς Ἡρόδοτος ἐν γ'* (c. 153 sqq.) *πιστευθεὶς ἀποστάτης εἶναι* et statim infra: *καὶ πιστευ-*

θέντα διὰ ταύτην τὴν κακουχίαν καταλαβεῖν τὴν πόλιν. Attamen duriusculi aliquid remanet, quod *ἀπιστηθείη ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη* prolatum est neque vero *ὑπὸ τῶν ξένων θεωρούντων*, qua in sola re Stephanus quoque duritiem invenisse videtur. Ceterum Buttmannus eum locum ad uberiorem orationem, quam in qua cetera versantur, pertinuisse non immerito suspicatus est.

αὕτη Marxius pro *αὐτή*, quod in editione quoque Manziana exhibetur, merito recepit eumque Gailius secutus est, quippe quod cum majori gravitate et perspicuitate proferatur atque exstet *δεικτικώτερον*, coll. Jens. ad Lucian. somn. p. 186 Bip. Quanquam apud inferioris aetatis scriptores nonnunquam accidit, ut *αὐτός* pro *οὗτος* positum reperiatur cf. Jacobs ad Philostr. p. 201. 531. Sed hoc loco ipsa, ut videtur, Dicaearchi verba critice tractanda sunt.

προσαγορευομένη. Aliquamdiu dubitaveram, an vertendum esset celebrata, praedicata, neque etiamnunc eam interpretationem a Gailio quoque adscitam plane omitto, quanquam ex scriptoribus classicis nullus mihi adest locus, quo ea significatio comprobetur, neque apud lexigraphos ejusmodi aliquid adnotatur cf. Hesych. II, p. 1040. Thes. l. Gr. ed. Lond. I, p. 595.

μετ' οὐ πολύ. Adversativa particula aegre caremus. Ex conjectura quidem Vulcanius interposuit *δέ*.

A veri specie non abhorret statuere, ante *ὧδε* et quae sequuntur verba nonnulla de Athenarum arce exposita fuisse, ab excerptore plane omissa aut, si cui magis libeat, temporum injuria deperdita.

ἦν imperfectum ab excerptore profectum esse potest, quippe qui ea describeret quae Dicaearchi neque vero jam sua aetate exstabant. Quanquam etiam ita intelligere possumus, ut Dicaearchus quae ipse Athenis adhuc exstantia conspexisset tempore praeterito narraverit, ratione Athenarum deinde ab ipso relictarum habita. cf. Paus. I, 22. *ἔστι δὲ ἐν ἀριστερᾷ τῶν προπυλαίων οἴκημα ἔχον γραφας· ὁπόσαις δὲ μὴ καθέστηκεν ὁ χρόνος αἴτιος ἀφανέσιν εἶ-*

ναι, Διομήδης ἦν καὶ Ὀδυσσεύς, ὁ μὲν ἐν Λήμνῳ τὸ Φιλοκτήτου τόξον, ὁ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἀφαιρούμενος ἐξ Ἰλίου. Id. IX, 39 τὸ δὲ ὕψος ἐφαίνετο εἶναι σπιθαμῆς Menandr. rhet. de encom. p. 66. ποσότητα δέ, εἰ πολλὰ ταῦτα ἦν. cf. Fritsch de aoristo in programm. gymnas. Wetzlar. vera falsis mixta exhibente 1836. p. 5 sq.*) Alio sensu, nisi valde fallor, Marxius imperfectum ἦν pro ἐστί positum esse censuit, quem imperfecti usum loco praesentis apud scriptores et poëtas Atticos satis frequentem dicit, coll. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 329. Clark. et Heyn. ad Hom. Il. I, 37. Schaef. ad Bucol. p. 220. Quibus addi potest Heind. ad Horat. Sat. II, 6, 35 de imperfecto exponens praecipue in epistolis pro praesente usitato. Quum in imperfecto offenderetur Hemsterhusius et deinde Boissonadius ad Philostr. p. 662 conjecturam a Maltb. lex. Gr. prosod. 1093 probatam hancce proposuerunt: ᾠδεῖον, τῶν ἐν τῇ οἰκ. κάλλ., quae emendatio quum per se ipsa minime necessaria sit tum maxime eam ob causam, quod, ut Osannus recte adnotavit, odea in Graecia praesertim antiquiori Dicaearchi aetate perpauca erant, minus probabilis esse appareret. Illa autem in conjectura — id quod Gailio scrupulum objecit eumque, quamvis casu quodam in verborum contextu lectionem vulgatam retinentem, movit ut verba ita disjungeret: ᾠδεῖον — κάλλιστον· θέατρον ἀξιόλογον κ. τ. λ. — nulli esset impedimento, si ᾠδεῖον cum θέατρον conjungeretur cf. Paus. I, 8 τοῦ θεάτρου δέ, ὃ καλοῦσιν ᾠδεῖον, ἀνδριάντες, Suid. referentem odeum Athenis veluti theatrum esse, a Pericle ad musicorum certamina constructum. Eadem ratione scholion ad Arist. Vesp. 1104 de odeo tradidit: τόπος ἐστὶ θεατροειδής. Odeum neque vero ut Sponius, Stuartus et alii, Bacchi theatrum, Dodwellus esse censuit id aedificium quod in angulo arcis meridiem spectante ex parte superstes est odeum nimirum ab Herode Attico in

*) Ceterum huc non referendus est Thucydidis locus I, 10 καὶ ὅτι μὲν Μυκῆναι μικρὸν ἦν κ. τ. λ., a Goellero rectissime explicatus.

memoriam Regillae uxoris conditum cf. Stuart's u. Revett's Ath. Alterth. 1. B. t. II, p. 11 sqq. neque aliud, Chandlero quidem judice, quam restitutum Periclis odeum. Ceterum odeum, Philostrato teste, in numerum splendidissimorum aedificiorum referebatur cf. I, 14, ἐς δὲ τὸ Ἀθήνησιν εἰσελθοῦσιν ᾠδεῖον ἄλλα τε καὶ Διόνυσος κεῖται θέας ἄξιος. Paus. VII, 20. ἔχεται δὲ τῆς ἀγορᾶς τὸ ᾠδεῖον καὶ Ἀπόλλων ἐνταῦθα ἀνάκειται θέας ἄξιος (Patrae) — κεκόσμηται δὲ καὶ ἐς ἄλλα τὸ ᾠδεῖον ἀξιολογώτατα τῶν ἐν Ἕλλησι πλήν γε δὴ τοῦ Ἀθήνησι· τοῦτο γὰρ μεγέθει τε ἐς τὴν πᾶσαν ὑπερῆρκε κατασκευήν, ἀνὴρ δὲ Ἀθηναῖος ἐποίησεν Ἡρώδης ἐς μνήμην ἀποθανούσης γυναικός. ἐμοὶ δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι συγγραφῇ τὸ ἐς τοῦτο παρείθη τὸ ᾠδεῖον, ὅτι πρότερον ἔτι ἐξείργαστό μοι τὰ ἐς Ἀθηναίους ἢ ὑπῆρχτο Ἡρώδης τοῦ οἰκοδομήματος. Plutarch. Pericl. p. 160. a. Sed animadvertendum est tria odea Athenis fuisse a viris doctis statui cf. Stuart et Revett l. l. p. 55 sqq. quae sententia a Boettigero impugnata est cf. Andeut. über Archäolog. I, p. 68. Suid. II, 752 Ἀθήνησιν ὥσπερ θέατρον, ὃ πεποίηκεν, ὥς φασι, Περικλῆς εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ᾠδεῖον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος. διεμετρεῖτο δὲ καὶ ἄλφιτα ἐκεῖ. cf. schol. ad Arist. Vesp. p. 510. Meurs. Areopag. c. XI. Hesych. t. II, p. 1585. ᾠδεῖον, τόπος, ἐν ᾧ, πρὶν τὸ θέατρον κατασκευασθῆναι, οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο cf. Meurs. lect. Att. p. 232. Strab. p. 396. Casaub. ad Theophr. Char. p. 130 sq. Montfauc. diar. Ital. p. 230. Wessel. probab. p. 335. Cum Suida plane congruit Phot. p. 480: pro ὡς παρὰ θέατρον enim sine dubio ὥσπερ θέατρον legendum est. B. A. I, 317 ᾠδεῖον, θέατρον Ἀθήνησιν, ὃ πεποίηκε Περικλῆς εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς· ἐν ᾧ καὶ δικαστήριον ἦν σίτου. καὶ ἄλφιτα διεμετρεῖτο ἐκεῖ. In distinctione vero hujus loci alii alia protulere, Stephanus interpunctione post θέατρον posita reliqua inter se connexuit, quam rationem mihi qui-

dem minus probabilem etiam alii secuti sunt interpungendo: ὧδε ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον θέατρον· ἀξιόλογον, μέγα καὶ θαυμαστὸν Ἀθηνᾶς ἱερόν κ. τ. λ. Marxius Hudsonum in distinguendis verbis secutus est atque in Zosimadum editione ita legendum videri adnotatur: ὧδε ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον θέατρον, ἀξιόλογον, μέγα καὶ θαυμαστόν, modo cum lectione quae exstat vulgata plane congruo. Holstenius autem talem loco nostro attulit medelam: ὧδε ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ θεάτρων, ἀξιολόγων ἅμα τε καὶ θαυμαστῶν, κάλλιστον Ἀθηνᾶς ἱερόν, πολυτελές κ. τ. λ. Buttmannus denique Gailium accurate secutus est.

Eundem urbis Athenarum atque arcis prospectum, qui Dicaearcho hunc locum conscribenti obversaretur, in vase prope Aulidem ad Euripum reperto et in parvo quodam numo descriptum esse Dodwellus narravit I, 2, p. 103 sq.

ἐν τῇ οἰκουμένῃ a Graecis nimirum ex vulgata ejus vocis significatione, quae posteriori demum tempore amplificata est cf. Wolf. Dem. Lept. p. 272.

μετά, quae vulgata est lectio, retineri fortasse potest adverbiali sensu accipiendum (neque alio interpretandum erit quod in Manzii editione exhibitum video μετά), sicuti Hom. Il. II, 446 sq. 477 sq. XVIII, 514 sq. μέγα enim quod inde effinxerunt post ἀξιόλογον claudicare quodammodo videtur, quanquam de μετά et μέγα in codicibus saepissime inter se commutatis non est quod amplius moneam cf. v. c. Strab. I, p. 46, ubi pro vulgato μετὰ κῶας ἀνήγαγεν loco Mimnermeo Brunckius Anal. I, p. 63. Append. ad Apoll. Rhod. I, 4. μέγα κῶας ἀνήγαγεν recte emendasse videtur. Aliter se habet apud Thucydidem I, 1 ubi μέγα vocabulo ἀξιόλογος, quippe quod majus aliquid significet, proxime praecedit.

ἀπόβιον ΑΠΟΒΙΟΝ in lexicis non reperitur neque ullam formationis aut significationis admittit explicationem. Conjicere licet πολυτελὲς ἀπὸ βίων i. e. magnificum ex reditibus vel ex iis quae ex vitae fulcris, facultatibus redun-

dant. Neque longe alienum est quod H. Stephanus suspicatus est ἀπόβλεπτον i. e. e longinquo conspicuum, cf. Eurip. Hecub. v. 355. Anecd. Bekk. I, p. 6 neque quod Holstenius dubitanter protulit ἀπόβλεπον (plurimi viri docti eo loco ἀπόβλεπτον legendum censuerunt) Hesychium conferens per ἔνδοξον explicantem. Marxius legendum proposuit κατόψιον, sicuti Euripides de Veneris in arce templo diceret Hippol. 32 — eo autem loco ut Gailius animadvertit voci κατόψιος genitivus adjunctus est πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος κατόψιον γῆς τῆσδε, quanquam eodem teste apud Apoll. Rhod. II, 545 absolute positum reperitur — optime a Valckenario eum ad locum illustratum p. 165, alium Dicaearchi locum eumque correctum afferente, ubi similis sententia similibus verbis esset expressa Athen. XIII, 531 οὗ ἂν ᾖ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα, quo loco Valckenarius sine causa idonea neque satis recte ita rescripsit: οὗ ἂν φανῇ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορωμένῳ ὁ νεώς κ. τ. λ. Ceterum Arrianum Epict. II, 16 de illo templo sic exponere refert περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως coll. Heeren Id. t. III, 1, p. 496. Osannus inter ἀπόβλεπτον et ἄποπτον fluctuat quod posterius Gronovio conjiciendo debetur, a Gailio deinde plane rejectum, nunquam absolute istud dici censente eamque in rem conferente Plut. Cam. §. 42. p. 371 ἱερόν — εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον. Aristot. Polit. II, 12. ὅπως μὴ ἄποπτος ἔσται ἡ Κορινθία ἀπὸ τοῦ χώματος, Buttmannus vero omnibus illis conjecturis repudiatis se nescire profitetur, quomodo locus restituendus sit. Restat denique, ut ΑΠΟΒΙΟΝ ex voce sequenti ΑΞΙΟΝ librarii negligentia ortum esse suspicemur.

ἱερόν Gailius vulgo male verti templum adnotavit, quum interdum aut non esset templum aut templum in se contineret, semper autem a templo differret cf. Thuc. IV, 90 ibique Schol. VI, 18. Sic etiam nostro loco significari locum Minervae sacrum. Quem in sensum Strabonem IX, p. 606 contulit τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ὅ τε ἀρχαῖος νεὼς

ὁ τῆς *Πολιάδος* proferentem et deinde Parthenonis mentionem facientem. Antiqui autem ejus templi Minervam *Πολιάδα* dictam fuisse, a Cecrope ibi ceu palladium et tutamen urbis collocatam. Ubi ignes quoque perpetuos (*ἄσβεστος λύχνος*) civitatis diuturnitatem tuitos esse.

ὁ καλούμενος Παρθενών. Scribi fortasse placet *ὃ καλούμενος Παρθ.* ita ut *ὃ* ad *Ἀθηνᾶς ἱερόν* quod praecessit referendum sit: exemplis enim simillimis defendi illud potest, quod scriptor *καλούμενος* et *ὑπερκείμενος* jam ad *Παρθενών* neque ad *ὅ* vel quod idem est ad *ἱερόν* grammatice retulit. Sed equidem dubitaverim, an Dicaearchus, quum sacrum Minervae commemoraverit, in libro suo de vita Graeciae solius Parthenonis mentionem fecerit neque simul templi Minervae Poliadi sacri: quanquam in perspicuo est ejus decriptionem temporis iniquitate et quod ad nostrum attinet fragmentum excerptoris negligentia pessum datam esse.

ὑπερκείμενος τοῦ θεάτρου cf. Stuart et Revett Ath. Alterth. T. B. t. II, p. 44 sq.

Legendum videtur: *Ὀλύμπιον ἡμιτελὲς μὲν [ὂν?] τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν, κατάπληξιν δ' ἔχον.* Accusativus *τὴν ὑπογραφήν* relationis est, qualem saepissime apud optimum quemque scriptorem Graecum legenti occurrere nemo est qui dubitet cf. exempli causa Strab. III, p. 154 *ἀσπίδιον δ' αὐτοὺς δίπουν ἔχειν τὴν διάμετρον* Lucian. Somn. 1. *ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος ὤν.* Quem quum aliquando aliter collocatum non satis rectum existimarent viri docti hoc in loco alii alia protulerunt. Stephanus emendandum esse censuit: *κατάπληξιν δ' ἔχον εἰς τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν*, Casaubonus conjecturam in Zosimadum editione probatam hancce protulit: *καταπληκτικὴν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν*, Salmasius rescribendum esse ita suspicatus est exerc. Plin. p. 141. *καταπλήξιμον* s. *καταπληκτὴν δ' ἔχον.* Elegantissima autem sine dubio est Jacobsii conjectura, in Boettigeri Amalthea II, p. 249 cf. ad Achill. Tat. p. 446 proposita atque ab Osanno collaudata: *ἡμιτελὲς μὲν, κατάπληξιν δ'*

ἔχον ἰδόντι τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν· γενόμενον δ' ἂν ἀνυπέρβλητον κ. τ. λ. Bene hoc quoque vir doctissimus quod pro βέλτιστον emendavit ἀνυπέρβλητον· si enim Dicaearchi dictionem restituturi essemus, minime dubitandum est quin βέλτιστον quod etiam Marxius claudicare intellexit tolerari non possit. Osannus ad versionem antiquitatt. Atticarr. Stuarti et Revetti Germanicam t. II, p. 393 in vulgata acquiescendum et accusativum τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν eodem modo quo accusativos ab ἐκπλήττεσθαι et καταπλήττεσθαι postulatos explicandum censet. Buttmannus emendatores in significatione potissimum vocabuli κατάπληξις haesisse suspicatus hocce interpretatur non stuporem, sed potius obstupefactionem, sicuti nos dicamus: das Imposante. Quem ad sensum Lucretii loco allato IV, v. 1156 Magna atque immanis, κατάπληξις plenaque honoris" in vulgata lectione acquiescendum esse existimavit.

ὑπογραφὴ τῆς οἰκοδομίας *adumbratio* (Grundriß) significatur. Olympii autem adumbratio Dicaearcho Athenis fortasse innotuit, eo tempore adhuc asservata, vel de ea inaudiit Dicaearchus vel ex incepto opere sibi ipse eam constituit. οἰκοδομία (quod vocabulum a nonnullis oxytonon exhibetur cf. Lob. Phryn. p. 487) idem hoc loco significat quod οἰκοδόμησις cf. Poppo Thuc. t. I, p. 243. De ὑπογραφή autem voce cf. Etym. M. p. 620. 694. 709. Etym. Gud. ed. Sturz p. 543. Suid. t. III, p. 553. Hesych. t. II, p. 1468. Phot. p. 442. Zonar. p. 1773.

Theatrum Baechi, quod ἐν Λίμναις situm fuit, a Pausania I, 20. 21 (τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν. — εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας ποιητῶν αἱ πολλαὶ τῶν ἀφανεστέρων) cf. etiam Athen. X, 437. d. XI, 465. a significatum, Gailius nostro loco intelligendum esse censuit. Antiquiori quidem tempore unum tantum theatrum adnotavit exstitisse in Piraeeo cf. Thuc. VIII, 93 τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν τετρακόσιοι ἐς τὸ βουλευτήριον ὅμως καὶ τεθορυβημένοι ξυνελέγοντο· οἱ δ' ἐν τῷ Πει-

ραιεῖ ὁπλῖται τόν τε Ἀλεξικλέα ὃν ξυνέλαβον ἀφέντες καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν (τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ) θέατρον ἐλθόντες καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα ἐξεκλησίασαν καὶ δόξαν αὐτοῖς εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ καὶ ἔθεντο αὐτοῦ ἐν τῷ Ἀνακείῳ τὰ ὅπλα. Xenoph. Hell. II, 4, 32. τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον, a quorum scriptorum utroque nullum aliud commemoraretur theatrum Athenis exstructum. Praeterea ab Aeliano v. h. II, 13 Socratem dici ad theatrum nunquam venisse, nisi in Piraeeo Euripides certaret καὶ Πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐκεῖ κατῆει. Neque enim Euripidem in Piraeeo certaturum fuisse Gailius credit neque eo Socratem iturum, si jam eo tempore in arcis meridie theatrum conditum fuisset. Dicaearchum autem h. l. atque Pausaniam, qui uterque post Alexandri Magni tempora floruisset, theatrum juxta arcem praedicare. Cum Dicaearchi ejus descriptione Pollucem quoque convenire VIII, 10, §. 133 πνὺξ δὲ ἦν χωρίον πρὸς τὴν ἀκρόπολιν κατεσκευασμένον κατὰ τὴν παλαιὰν ἁπλότητα, οὐκ εἰς θεάτρου πολυπραγμοσύνην. Primum autem Athenienses, ἐκρίοις et agresti apparatu relictis, theatrum in Piraeeo erexisse, ubi quae celebrarentur Anthesteria et Dionysiaca eadem fuissent. Quod vero posteriori aetate conditum fuisset theatrum non cum Stuarto juxta arcis aditum, sed ad meridiem interioris et orientem versus sitae partis in loco cavo collocandum fuisse. cf. Genelli d. Theater z. Athen p. 31 not. De Parthenone, qui alia voce non adjecta etiam ἑκατόμπεδος dicitur cf. Plutarch. Cat. maj. c. 5. ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους μάλιστα τοῖς πόνοις ἐγκαρτερούσας ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι καὶ ἀφέτους, ὧν μίαν φασὶ καταβαίνουσαν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα, τοῖς ἀνάγουσι τὰς ἁμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν συμπαρατρέχειν καὶ προηγεῖσθαι, καθάπερ ἐγκελευομένην καὶ συνεξορμῶσαν· ἣν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο. sicut de Minervae simulacro

cum Victoria et Draconte ibi erecto Pausanias I, 24 *ἐς δὲ τὸν ναὸν ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ἐς τοῦτον ἐσιοῦσιν ὀπύσα ἐν τοῖς καλουμένοις ἀετοῖς κεῖται, πάντα ἐς τὴν Ἀθηνᾶς ἔχει γένεσιν, τὰ δὲ ὄπισθεν ἡ Ποσειδῶνος πρὸς Ἀθηνᾶν ἐστὶν ἔρις ὑπὲρ τῆς γῆς. αὐτὸ δὲ ἔκ τε ἐλέφαντος τὸ ἄγαλμα καὶ χρυσοῦ πεποίηται. μέσῳ μὲν οὖν ἐπίκειταί οἱ τῷ κράνει Σφιγγὸς εἰκών (ἃ δὲ ἐς τὴν Σφίγγα λέγεται, γράψω προελθόντος ἐς τὰ Βοιωτιά μοι τοῦ λόγου), καθ' ἑκάτερον δὲ τοῦ κράνους γρῦπές εἰσιν ἐπειργασμένοι. τούτους τοὺς γρῦπας κ. τ. λ. — τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, καί οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης ἐλέφαντός ἐστιν ἐμπεποιημένη, καὶ Νίκη τε ὅσον τεσσάρων πηχῶν, ἐν δὲ τῇ χειρὶ δόρυ ἔχει καί οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν ἀσπίς τε κεῖται καὶ πλησίον τοῦ δόρατος δράκων ἔστι. εἴη δ' ἂν Ἐριχθόνιος οὗτος ὁ δράκων. ἔστι δὲ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματος ἐπειργασμένη Πανδώρας γένεσις. πεποίηται δὲ Ἡσιόδῳ τε καὶ ἄλλοις ὡς ἡ Πανδώρα γένοιτο αὕτη γυνὴ πρώτη· πρὶν δὲ ἢ γενέσθαι Πανδώραν οὐκ ἦν πω γυναικῶν γένος. ἐνταῦθα εἰκόνα ἰδὼν οἶδα Ἀδριανοῦ βασιλέως μόνου, καὶ κατὰ τὴν εἴσοδον Ἰφικράτους ἀποδειξαμένου πολλά τε καὶ θαυμαστὰ ἔργα* — exponit cf. the Elgins Marbles p. 80 sqq. Lond. 1816. Jupiter Olympien de Quatremère de Quincy p. 226. Altitudo hujus templi LXI pedum fuisse dicitur, longitudo CCIV et latitudo XCVII. A Suida t. I, p. 687 ex Harpocratione ita refertur: *ἑκατόμπεδος νεὼς ὁ Ἀθήνησι Παρθενών. καὶ ἑκατόμπεδον· Λυκοῦργος, ὁ παρθενὼν ὑπό τινων ἑκατόμπεδος ἐκαλεῖτο διὰ κάλλος καὶ εὐρυθμίαν, οὐ διὰ μέγεθος.* Pericles exstruxit, Ictinus operis adumbrationem invenit inventamque exsecutus est, Phidias denique statuis adornavit cf. Dodw. I, 2, p. 130 sqq. Strab. IX, p. 395: *Ἰκτῖνος — ὃς καὶ τὸν Παρθενῶνα ἐποίησε τὸν ἐν ἀκροπόλει τῇ Ἀθηνᾷ Περικλέους ἐπιστατοῦντος τῶν ἔργων* VIII, 41. *καὶ Ἰκτῖνος ὁ ἀρχιτέκτων τοῦ ἐν Φιγαλίᾳ ναοῦ γεγονὼς τῇ ἡλικίᾳ κατὰ Περικλέα καὶ Ἀθηναίοις τὸν Παρθενῶνα καλούμενον κατασκευάσας.* Descripserant

Heliodorus quindecim libris de arce Athenarum confectis Polemo quatuor eadem de arce libris elaboratis et singulari libro de Parthenone Ictinus et Carpion egerant cf. ibid. Dodw. p. 164. Strab. IX, 396: *ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν, ὅ τε ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος· καὶ ὁ Παρθενών, ὃν ἐποίησεν Ἰκτῖνος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον ἡ Ἀθηνᾶ.*

Olympium, cujus nominis variae apud Graecos exstabant formae *Ὀλυμπίειον* cf. Phot. lex. ed. Herm. p. 241 *καὶ τὸ ἱερὸν Ὀλυμπιεῖον πεντασυλλάβως, ὡς Ἀσκληπιεῖον, Ἀριστοφάνης, Ὀλύμπιον, Ὀλυμπικόν* cf. Grosskurd ad Strab. IX, p. 396, a pluribus inceptum et ab Hadriano demum perfectum esse videtur etiamsi Hesychius II, 747 accuratis verbis dicit. *Ὀλύμπιον. τοῦτο ἀτελὲς ἔμεινεν Ἀθήνησιν οἰκοδομούμενον πολλάκις ἀρχὰς λαβὸν τῆς κατασκευῆς*: conjici enim potest ea notula ex scriptore Hadriani aetate antiquiori repetita et a compilatore Hesychio ad temporum rationem non accommodata esse. A Thucydide memoratur II, 15: *τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα πόλις ἦν καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον. τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς γῆς καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν.* Suetonius antiquitus inchoatum dicit Octav. c. 60: „et cuncti simul aedem Jovis Olympii Athenis antiquitus inchoatam perficere communi sumtu destinaverunt Genioque ejus dedicare“ Pausanias I, 18 Deucalionem dici refert antiquum Jovis Olympii templum aedificasse, quocum marmor Parium a Siebeli allegatum plane congruit: *Δευκαλίων τοὺς ὄμβρους ἔφυγεν ἐκ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας πρὸς Κραναὸν καὶ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο.* Maxima vero omnium cum laude ob Olympium splendide exstructum An-

tiochus Epiphanes celebratus est cf. Strab. IX, 396. 404. Vell. Paterc. I, 10: per idem tempus cum Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoavit etc. Athen. V, 194. a τοῦτο δ' ἄν τις τεκμήραιτο ἔκ τε τοῦ πρὸς Ἀθηναίοις Ὀλυμπιείου, quod Casaubonus ad sumtum in aedificando, Dalecampius autem minus recte, ut puto, Pausania teste V, 12 advocato ad laneum velum pretiosissimum in aede Jovis ab eo consecratum retulit. Praeterea Perseus, rex Macedoniae, in hoc templo aedificando operam posuisse traditur a Livio XLI, 20: „magnificentiae vero in deos vel Jovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine dei, potest testis esse." Quem Perseum Strabonis quoque loco citato intelligendum esse τὸν ἀναθέντα βασιλέα Marxius opinatus est. Plinius h. n. XXXVI, 6: *inchoatum* Athenis templum Jovis Olympii, ex quo Sylla Capitolinis aedibus advexerat columnas." Gailium quidem memini negare, ex Pausaniae et Aelii Spartiani locis quod de Hadriano supra commemoravi tale aliquid effici posse, quippe qui sine dubio accuratius illud significaturi fuissent. Apud Pausaniam enim quum loco laudato ita legatur: Ἁδριανὸς δὲ κατεσκεύασατο, Casaubonum vituperavit per *absolvit* vertentem, quoniam κατασκευάζεσθαι, ut Gailius pater demonstrasset, non significaret *absolvere*, sed *ornamentis necessariis instruere*. Ornare autem potius est διασκευάζεσθαι, sicut Athen. V, p. 194. f. καθ' ἕνα δὲ εἵποντο ἐλέφαντες διεσκευασμένοι τριάκοντα καὶ ἓξ: ita enim cum codice Epit. pro κατεσκευασμένοι ibi legendum esse non dubito. Sed quum ipse concesserit Gailius absolvendi sensum subintelligi posse, neque cum veri specie congruum sit, Hadrianum fanum *ex parte tantum* absolutum opera et sumptu insigni exornasse, non jam est quod ea de re plura faciam verba. Spartiani quoque verba: „opera, quae apud Athenienses coeperat, dedicavit, ut Jovis Olympii aedem." ita comparata sunt, ut Hadrianus inde statuendus esse videatur opera non dedicasse, priusquam absoluta fuissent. Gailius vero Hadrianum quae ipse coepisset neque vero

aliorum interrupta opera finiturum fuisse conjiciens non cogitasse videtur de operis adumbratione a Dicaearcho significata, quam sine dubio in exstruendo et facillima quidem opera, quanquam non exiguo sumtu, posteriores sequerentur. In eo quoque vir doctissimus peccavit, quod loco Liviano Antiochum significari credidit. Quod autem Pisistratidae quoque in exstruendo Olympio operam collocarunt, ejus rei testimonium ex Aristot. de rep. V, 11. pag. 407 repetiit καὶ τοῦ (de Pisistrato adjici poterat Vitruv. l. VII, prooem.) Ὀλυμπίου ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν, quo loco, Stephano judice, nullum indicium reperitur Olympium imperfectum mansisse; neque vero, ut equidem adjicio, absolutum fuisse. Dubitandum praeterea non esse Gailius arbitratur, quin Dicaearchus quoque h. l. ad magna opera sub Pisistratidarum imperio incepta respexerit. Ceterum illo in templo, quod decem columnarum fuisse traditur, hi artifices operam collocasse dicuntur (Daedalus cf. Boeckh Staatsh. d. Ath. II, 263 Olympinion, dessen erster Bau auf Dädalos zurückgeführt wurde, dessen prächtigere Erneuerung Pisistr. unternahm, ohne sie zu vollenden, und der unvollendet blieb, ja von Sulla seiner Zierden wieder beraubt wurde, bis Hadrian ihn wieder herstellte. Dikäarch. Aristot. Polit. V, 11. Paus. I, 18, 8. Plin. 36, 5. Plut. Sol. c. 32): Antistates, Callaeschrus, Antimachides, Porinus et Cressutius aedifici, principes autem Antiochus Epiphanes, Perseus, Augustus, Hadrianus cf. Dodw. I, 2, 217. et Osannum in Stuarti et Revetti Ath. Alt. t. II, 389 sqq.

Ἀκαδημία. Etym. M. p. 40 ex Orione refert abs quo Academia nomen acceperit aliis Hecademum esse aliis Academum. Dicaearchus autem ipse de Academia seu Echedemia ab Echemo nominata notitiam exhibuit cf. Plut. v. Thes. ed. Franc. t. I, p. 15. Etymologici loco ἀκαδήμου profertur, quod Sylburgus adnotavit in ἀκαδημία commutandum esse coll. Schol. Arist. Nub. 1001. Menag. ad Diog. Laërt. p. 141, quanquam Suidas quoque I, 75 neutrum usurpari retulit. Quo loco idem Suidas Academiam προάστειον

ἀλσῶδες appellat, in quo Plato versatus fuerit, eamque antea Hecademiam nominatam fuisse tradit, allato Aristophane in Nub. v. 1005 sqq. Hesych. I, 181. Ἀκαδ. — γυμνάσιον — καὶ τόπος· καλεῖται γὰρ οὕτως ὁ Κεραμεικός. p. 1559. Ἑκεδημία, ἡ νῦν Ἀκαδημία καλουμένη. Zonar. 102. Ἀκ. γυμνάσιον ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ Ἀκαδήμου τινὸς ὠνομασμένον. λέγεται καὶ ἡ διατριβὴ τῶν φιλοσόφων. Epist. Serv. Sulp. ad Cic. de Marcelli obitu Ep. ad div. IV, 12: „nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiae locum delegimus.“ Plutarch. de exilio ed. Reiske t. VIII, p. 379. ἡ δ' Ἀκαδημία τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβιούντων τὸν ἅπαντα χρόνον· πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς ἐπικοσμῶν, ὡς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν. Schol. ad Nub. 999. ην γὰρ καὶ γυμνάσιον, ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. Aliud schol. ἦν δὲ ἡ Ἀκαδημία σχολεῖόν τι ἐν Ἀθήναις, ἐλαίαις καὶ ἄλλοις τισὶ δένδρεσι κατάσκιον. ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει Diog. Laërt. III, 9 ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. τὸ δ' ἔστι γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἑκαδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις φησίν·

ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.

ἀλλὰ καὶ ὁ Τίμων εἰς τὸν Πλάτωνα λέγων φησί·

τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου
δένδρεσ' ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

πρότερον γὰρ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. A Porphyrio de abst. I, 36 dicitur οὐ μόνον ἔρημον καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεως χωρίον, ἀλλὰ καί, ὡς φασιν, ἐπίνοσον. Quod posterius etiam Aelianus de Academia testatur v. h. IX, 10: Πλάτων νοσεροῦ χωρίου λεγομένου εἶναι τῆς Ἀκαδημίας·

De priori autem sententia Hieronymo quidem cum Porphyrio convenit; contra Pausanias Academiam ab urbe non remotam esse dicit Paus. I, 29, 2. *ἐγγυτάτω δὲ (τῆς πόλεως) Ἀκαδημία, χωρίον ποτὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου, γυμνάσιον δὲ ἐπ' ἐμοῦ.* Qua de causa Meursius rescripsit Porphyrii loco *πρὸ τοῦ ἄστεως*, Roehrius vero *πόῤῥω* sicuti etiam *μακράν* nihil nisi distantiam eamque vel brevem indicare ratus cf. Alb. ad Hesych. v. *ἐκεῖ* codicum lectionem tuitus est eique Menagius ad Diog. Laërt. l. l., praesertim *οὐ μόνον* et *ἀλλὰ καί* animadvertens, assensus est. Dodwellus quoque Academiam a Cimone consitam et exornatam sex tantum stadiis ab urbe abfuisse refert. I, 2, 245. Cic. de fin. V: „inde vario sermone sex illa a Dipylo (porta) stadia confecimus." Liv. XXXI (extra limes mille ferme passus, inAcademiae gymnasium ducens) Cf. Harpocrat., Charmi epigr. ap. Athen. XIII, p. 609. Strab. XIV, p. 673. Lessing. vit. Soph. Opp. t. XIX, p. 220.

Λύκειον. B. A. I, 277. *γυμνάσιον ἦν Ἀθήνησιν ἀπὸ Λυκείου τινὸς Ἀπόλλωνος ὀνομασθέν, ἐν ᾧ καὶ τὰς στρατιωτικὰς ἐξετάσεις ἐποιοῦντο.* Phot. p. 177 sq. *Λύκειον. ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων τὸ Λύκειον. ὁ Θεόπομπος μὲν Πεισιστράτου (ὑπὸ Πεισιστράτου? Πεισίστρατον? Πεισιστράτῳ?) ποιεῖσθαι φησίν. Φιλόχορος δὲ ἐπιστατοῦντος Περικλέους γενέσθαι. ἐν τούτῳ τὰς στρατιωτικὰς ἐξετάσεις ἐποιοῦντο.* Consentit Suid. t. II, p. 467. Idem *Λύκειον, γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ὅπου πρὸ τοῦ πολέμου ἐγυμνάζοντο. πρὸ γὰρ τῶν ἐξόδων ἐξοπλίσεις τινὲς ἐγένοντο ἐν τῷ Λυκείῳ διὰ τὸ παράκεισθαι τῇ πόλει καὶ ἀποδείξεις τῶν μάλα πολεμικῶν ἀνδρῶν.* Quomodo in loco Hesych. *ἐπιλύκιον ἀρχεῖον τοῦ πολεμάρχου Ἀθήνησιν* I, 1365. rescribendum sit, nescio. Legendumne *ἐπὶ Λύκειον*? an *ἐπὶ Λύκῳ*? an *Ἐπιλύκειον*?

Κυνόσαργες. B. A. I, 274. *γυμνάσιόν τι Ἀθήνησι καλούμενον, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο καὶ οἱ νόθοι ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους ἀστοί.* Phot. lex. p. 138 *Κυνόσαργες ἔν τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους*

κατ' αἰτίαν τοιαύτην. Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ· εἶτα κύων λευκὸς παρὼν ἥρπασεν τὸ ἱερεῖον καὶ ἐπέθετο εἴς τινα τόπον· ὁ δὲ περιδεὴς ἦν. ἐχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεός, ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο ὁ κύων, Ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι. ὅθεν ἐκλήθη Κυνόσαργες. ἐπειδὴ οὖν καὶ ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ νόθος εἶναι διὰ τοῦτο ἐκεῖ οἱ νόθοι ἐτελοῦντο οἱ μήτε πρὸς πατρὸς μήτε πρὸς μητέρος πολῖται. **Pro** Δίδυμος **legendum** Δίομος **ut Hesychius habet II, 381 cf. Meurs. Ath. Att. II, c. 11. de popul. Att. v.** Κυνοσ. **et ad Hesych. Mil. p. 115. Idem de Cynosarge Suidas refert, II, 398 nisi quod pro** ἐτελοῦντο **habet** ἐγυμνάζοντο **et altero loco I, 869** ἐκρίνοντο. **Lexigraphi denique partim ipsi dubitant utrum** κύων ἀργός, **qui illa in fabula commemoratus est, de celeri an albo cane interpretandum sit:** κυνὸς ἀργοῦ, τουτέστι λευκοῦ ἢ ταχέος. **Xenophon Atheniensibus gratulatur, quos neque gymnasia neque balnea deficiant. Tria haec gymnasia a Demosthene memorantur orat. in Timocr. p. 737:** καὶ εἴ τίς γ' ἐκ Λυκείου ἢ ἐξ Ἀκαδημίας ἢ ἐκ Κυνοσάργους ἱμάτιον ἢ ληκύθιον ἢ ἄλλο τι φαυλότατον ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο ἢ ἐκ τῶν λιμένων κ. τ. λ. **Zonaras p. 460 gymnasia ita illustrat:** κυνήγια· ἀλειπτήρια· λοῦτρα· (ἢ ἱππικόν.)

πάντα κατάδενδρά τε καὶ τοῖς ἐδάφεσι ποώδη **referenda sine dubio ad gymnasia, quorum natura talis semper fuerit, qualis nostro loco describitur, arboribus nimirum consitorum et obductorum gramine cf. etiam versum Eupolidis ex** ἀστρατεύτοις **apud Diog. Laërt. III, 9** ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ. **Plut. Syll. 12** καὶ τὴν τε Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην τῶν προαστείων οὖσαν. **cf. Athen. deipnosoph. XIII, p. 609** συνέβη δέ, ὡς φησι, τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' οὗ ἐπιγέγραπται· ποικιλομήχαν' Ἔρως, σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο βωμὸν Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου.

Ea enim interpretatio, qua eo tempore quo Dicaearchus Athenas adiret illa loca gramine tecta fuisse cogitemus, utpote satis neglecta, exigua utitur veri specie. Quod ad splendida aedificia Athenarum nostro loco recensita, conferri potest Ciceronis quoque locus de rep. III, 32: „Et rectissime quidem judicas: quae enim fuit tum Athiensium res, quum post magnum illud Peloponnesiacum bellum triginta viri illi urbi injustissime praefuerunt? num aut vetus gloria civitatis aut species praeclara oppidi aut theatrum, gymnasia, porticus, aut propylaea nobilia aut arx aut admiranda opera Phidiae aut Piraeeus ille magnificus rem publicam efficiebat?“

Sequentia verba Gronovius ita disposuit: *ἑορταὶ παντοδαπαί, φιλοσόφων παντοδαπῶν ψυχῆς κ. τ. λ.*, Casaubonus locum talem exhibuit: *ἑορταὶ παντοδαπαί, ψυχῆς ἀπάται καὶ ἀνάπαυσις, φιλοσόφων παντοδαπῶν σχολαὶ πολλαί, θέαι συνεχεῖς*, Holstenius hanc secutus est distinctionem: *ἑορτ. παντ. φιλ. παντ., σχολαὶ πολλαί, θέαι συνεχεῖς, ψυχῆς ἀπ. καὶ ἀνάπαυσις.* In Zosimadum editione ut in Manziana quoque ita legitur: *ἑορτ. παντ. φιλ. παντ., ψυχῆς ἀπάται καὶ ἀνάπαυσις. σχολαὶ πολλαί, θέαι συνεχεῖς.* Marxius pro *ἀνάπαυσις* quae codicum lectio est *ἀναπαύσεις* rescripsit, sine causa satis idonea, et Periclis verba apud Thucydidem II, 38 haecce contulit *τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα.* Item Naekius recipiendum esse censet pluralem, quippe quem Dicaearchus infra iterum usurpaverit. Ceterum Marxius vulgatam verborum distinctionem secutus *ἑορτάς* etiam philosophis nonnunquam tribui Valckenarii ad Theocriti Adoniazusas adnotatione effecit. Marxium Gailius eo in loco exhibendo plane secutus est lineolas tamen interponens nonnullas quibus aliquid excidisse indicaret. Buttmannus quoque *ἀναπαύσεις* in textum recepit. Verba autem *σχολαὶ πολλαί, θέαι συνεχεῖς* etiam Naekius a philosophorum mentione plane segreganda esse arbitratur.

ἀπάται καὶ ἀνάπαυσις cum *ψυχῆς* arcte conjun-

genda. *ἀπάτη* enim voluptas significatur qua horas grato modo fallimus. Ex Ovidio non male hanc in rationem a Stephano haecce allata sunt: — *fallebat* curas aegraque corda labor — experior curis et *dare verba* meis — detineo studiis animum *falloque* labores (labore?).

σχολαὶ πολλαί cum *φιλοσόφων παντοδαπῶν* conjungi posset et cum H. Stephano de philosophorum scholis intelligi cf. Strab. XIV, c. 5. de Tarso *ὥστ' ὑπερβέβληται καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ εἴ τινα ἄλλον τόπον δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν ᾧ σχολαὶ καὶ διατριβαὶ τῶν φιλοσόφων καὶ τῶν λογίων* (ita cum Corayo et Grosskurdo approbante pro vulgato *καὶ τῶν λόγων*, legendum esse magnam veri speciem habet, nisi forte *καὶ τῶν λόγων* per glossema ab initio ad *διατριβαὶ* adjectum et suo loco deinde motum fuisse statuimus) *γεγόνασι*. Plutarch. de exilio ed. Reiske t. VIII, p. 386. *εἰ δὲ φήσει τις, ὅτι δόξαν οὗτοι καὶ τιμὰς ἐθήρευον, ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἐλθὲ καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς καὶ διατριβάς. ἀναπέμπασαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν στοάν, τὸ Παλλάδιον, τὸ ᾠδεῖον.* Simili ratione Gailius *σχολάς* conversationes sive disputationes quales in otio haberentur alioqui *διατριβάς* dictas significari censuit, collato Astio ad Plat. legg. p. 387. Quanquam praestare videtur alio sensu per se singula considerare et *σχολαί* per ferias, otia interpretari cf. Arist. Thesmophor. v. 375 sq. *ἐκκλησίαν ποιεῖν ἐωθεν τῇ μέσῃ Τῶν Θεσμοφορίων, ἧ μάλισθ' ἡμὶν σχολή.* Etym. M. p. 671 sq. Hesych. t. II, p. 1334. Phot. p. 414. Zonar. p. 1707. De feriis autem philosophorum cogitari vix potest. Philosophi etiam per festos Panathenaeorum dies Athenis in gymnasiis disputabant Ath. II, 59. d. (ex Epicrate comico) *Παναθηναίοις γὰρ ἰδὼν ἀγέλην Μειρακιδίων ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημίας ἤκουσα λόγων Ἀφάτων, ἀτόπων.*

In sequentibus quoque iterum verbis arctus sententiarum desideratur connexus: ea enim quae de terrae fructibus interposita sunt alieno loco collocata esse satis in aperto est.

ἀτίμητα de pretiosis qui aestimari recte vix possunt fructibus, quam ad rationem H. Stephanus ἀτίμητος φίλος ex epistolis Phalarideis et ex Livio *inaestimabilis* allegavit. Nos simili modo: *unschätzbar*. Contrarium Marxio teste apud Philostratum exstat Her. p. 661: ἄτιμα καὶ κοινά, quo quidem loco Gailio judice non de vilibus, sed de obviis et in promptu positis fructibus cogitandum est, vel ut accuratius dicam pro quibus pretium solvi non solet ii fructus intelliguntur. Quod vero ad σπανιώτερα pertinet comparativum Gailius, recte ita explicuit ut significaret quod aliquanto rarius vel nimis rarum existit: Stephanus enim rem quacum compararetur immerito desiderabat. — Apud Athen. III, 75. Lyncei epistolae allegantur quibus Athenarum fructus cum Rhodiacis conferuntur: σύγκρισιν ποιούμενος τῶν Ἀθήνησι γινομένων καλλίστων πρὸς τὰ Ῥοδιακά. Plato quoque in Critia τὸ εὔκαρπον Atticae p. 111. a. τὸ γὰρ νῦν αὐτῆς λείψανον ἐνάμιλλόν ἐστι πρὸς ἠντινοῦν, τῷ πάμφορον εὔκαρπόν τε εἶναι, καὶ τοῖς ζώοις πᾶσιν εὔβοτον praedicat, Demosthenes Philipp. IV τὴν εὐετηρίαν memorat τὴν κατὰ τὴν ἀγοράν, idem in λόγῳ quem vulgo adscribunt ἐπιταφίῳ omnium regionum primam Atticam tradit fruges protulisse Menand. de encom. p. 60. εἰ δὲ τὸ μεσαίτατον, ὃ δὴ περὶ τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Ἑλλάδος λέγουσιν, ὅτι περὶ αὐτὴν ἡ πᾶσα γῆ κυκλεῖται καὶ ὅτι ὡραία καὶ εὔκρατος. p. 100. ταῖς δὲ μεγίσταις, ὡς περὶ Ἀθηναίων, ὅτι σῖτον αὐτοῖς ἐδωρήσαντο (οἱ θεοί) cf. Anon. scr. de vit. Pyth. apud Phot. p. 289.

μικρῷ δὲ σπανιώτερα. Ab interpretibus allati sunt Xenophon Athenienses frumenti inopia laboraturos esse dicens, nisi aliunde sibi compararent τούς τε μὲν ναύτας τρέφειν πότερον ἡμᾶς ἱκανωτέρους εἰκός ἐστι, τοὺς δι' ἀφθονίαν καὶ ἄλλοσε σῖτον ἐκπέμποντας ἢ Ἀθηναίους τοὺς μηδ' αὐτοῖς ἱκανὸν ἔχοντας, ἂν μὴ πρίωνται et M. Antoninus de vita sua l. V, 7 mentionem faciens precum Atheniensium: ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων cf. Procl. in Timaeum.

Atticae enim solum per se tenue esse multi testantur cf. Anon. de vit. Pyth. p. 120 ed. Kiessl. apud Phot. I, p. 441. ed. Bekker *διὸ καὶ οὐδ' ἐπείσακτός ἐστιν ὡς εἰπεῖν ἡ παιδεία ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἀλλ' ἐκ φύσεως ὑπάρχουσα, τοῦ τοιούτου ἀέρος ἰσχνοτάτου ὄντος καὶ καθαρωτάτου· ὡς μὴ μόνον τὴν γῆν λεπτύνειν (δι' ἣν αἰτίαν καὶ λεπτόγεως ἐστὶν ἡ Ἀττική) ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. συμβαίνει γὰρ τὸν λεπτὸν ἀέρα τὴν μὲν γῆν βλάπτειν, τὰς δὲ ψυχὰς ὠφελεῖν.* Quo etiam fabula de Androgeo spectat cf. Diod. Sic. IV, 61: *αὐχμὸς παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐπαύσατο, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις μόνοις διέμεινεν* cf. Dodw. II, 1, 51. Ceterum Aristophanes apud Athenaeum XIV, p. 653 f. fructus Athenis toto anno abundasse testatur, *ὅτι διηνεκεῖς ἦσαν αἱ ὀπῶραι πᾶσαι.*

In Manzii editione ita exhibitus est locus: *ἀλλ' ἡ τῶν ξένων ἑκάστου οἰκειουμένη* (a Vulcanio prolatum fuerat *συνοικειουμένη*) *ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος διατριβὴ περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον λήθην τῆς ἀποδημίας ἐργάζεται.* Ubi editio Aug. *δουλείας* legere memoratur, scribendum autem videri adnotatur *ξενίας· ξενίαν* enim secundum glossam Hesychii peregrinationem esse. Quod vero Buttmannus illa in lectione pusillum esse existimavit de desiderio patriae mentionem fieri, eum plane fugit, quid *ἀποδημία* cf. Porphyr. de v. Pyth. p. 34. *παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν* i. e. Pythagora absente, Menand. rhet. de encom. ed. Heeren p. 38 *οἷον Ἀπόλλωνος ἀποδημίαι τινὲς ὀνομάζονται παρὰ Δηλίοις καὶ Μιλησίοις καὶ Ἀρτέμιδος παρὰ Ἀργείοις,* quod vocabulum alibi non aliud quam absentiam significat, ex adverso posito vel cogitato tamen *ἐπιδημία*, hoc loco indicet, duram dico conditionem qua peregrini tenebantur Athenis commorantes. Holstenius legendum proposuit: *ἑκάστου* vel *ἑκάσταις συνοικουμένη*, Boissonadius autem ita conjecisse refertur: *ἅμα ἡ τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικειουμένη κ. τ. λ.* atque de *ἀλλά* et *ἅμα* inter se frequenter confusis qua de re cf. etiam Ath.

XV, p. 694. b. notam attulisse ad Diog. Epist. 7. Marxius post *σπανιώτερα* quaedam de servili hospitum Athenis versantium conditione, de qua Xenophon quoque de rep. Ath. faceret verba, excidisse (id quod ut Stephanus recte adnotavit jam ex adversativa particula *ἀλλά* colligere possumus) suspicatus *) connexum sententiarum talem fere fuisse cogitavit: „Fructus eximii sunt vixque *pretio emendi*. Maxime hoc hospitibus incommodum quibus ad conficienda negotia necessitas est imposita Athenis diu commorandi. Haec vero commoratio apta explendis cujusque cupiditatibus oblivionem servituti obducit.“ Quem in sensum ita scribit: *ἀλλ᾽ ἡ ταῖς τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικουμέναις ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος διατριβὴ — ἐργάζεται. ἔστι δὲ ταῖς μὲν θέαις καὶ σχολαῖς — ἐμποιούσαις τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς*, ejecta quae ex inferiori linea huc irrepserit voce *πόλις*. Gailius quoque eam vocem pro glossemate ad *τοιαύτη* adscripto habitam uncis inclusit, eam autem ob rem ab Osanno impugnatus est, quippe qui per *οὐδεμία τοιαύτη* indicari dicat *πόλις* in praecedentibus antea lectum fuisse, idemque deinde Buttmannus judicavit. Cui quidem rei Marxius ita succurrit, ut verba infra sequentia alio ordine distincta exhiberet. Jacobsius autem ad Achill. Tat. p. 756 pro *ἡ πόλις* scribendum conjecit *καὶ πομπαῖς*, ita ut locus talis prodiret: *ἔστι δὲ ταῖς μὲν θέαις καὶ πομπαῖς καὶ σχολαῖς κ. τ. λ.* Sed ut illuc redeam, unde abii, Marxius *συνοικούμεναι ἐπιθυμίαι* eas interpretatur cupiditates, quibus quis obnoxius teneatur. *Συνοικεῖν* quidem *κακῷ* et similia reperiuntur neque dubitandum est quin pari

*) Stephanus quoque ante eum locum nonnulla desiderari et orationem *ἀπροσδιόνυσον* esse censuit, in qua de oblivione servitutis sermo fieret, nisi antea ea de servitute verba facta essent. Ceterum toti loco eum sensum inesse credidit: plebeculam prae voluptate quam afferant res spectatu dignae famem suam non sentire et cibi etiam oblivisci; at iis qui habent unde ad vitam necessaria comparent nullam cum hac posse conferri urbem, quod ad delectationem attineat.

modo et ratione dici queat *τὸ κακόν, ἡ λύπη* vel ejusmodi aliquid aliud *συνοικεῖ τινί*. Sed quam ob causam quemve in sensum medium nostro loco usurpatum esset Marxius neutiquam explicuit. Cujus conjecturae illud quoque obstare videtur, quod si sequeremur dativi diversa plane ratione interpretandi juxta se ita cumulati forent. Buttmannus alteros codices *ἑκάστοις συνοικουμένη*, alteros *ἑκάστου οἰκειουμένη* exhibere memorans quum utraque lectio vitiosi aliquid habeat, illa quod medium verbi plane non usitatum proferatur, haecce quod *οἰκειοῦσθαι* junctum sit cum genitivo, veram lectionem ita constituendam arbitratur: *ἑκάστοις οἰκειουμένη*, quae cuique peregrinorum familiaris redditur. Locum autem qui sequitur plane corruptum esse censuit atque Dicaearchum haec dicere voluisse: „Omnibus tum peregrinis tum plebejis tum divitibus haec urbs satisfacit, idque ita, ut peregrini servitutis cujusdam, plebeji famis obliviscantur, divites in omnibus voluptatibus versari possint.“ Ceterum perquam veri simile crediderim, excerptorem verba Dicaearchi aptissima apteque inter se conjuncta inepte discerpsisse absurdaque ratione inter se consarcinasse. Quem in sensum equidem haud prohibeo, quominus ad *ἡ συνοικουμένη* vel mente vel adscribendo adjiciatur *ἡ πόλις*. *συνοικουμένη* autem proprio sensu interpretandum est, non tropico, *ταῖς ἐπιθυμίαις* deinde ab *εὐάρμοστος* pendet, quod vocabulum, e musica fortasse aut composita aut recitata repetitum, *bene adaptata* ad *διατριβή* referendum est. *διατριβή* enim non solum ipsam commorationem, sicut Strabo IX, p. 393 de Megaris exponens usus est: *ἔσχε δέ ποτε καὶ φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν Εὐκλείδην διαδεξαμένων Σωκρατικὸν ἄνδρα Μεγαρέα τὸ γένος*, sed etiam quo quis versatur locum significat. De disputatione quoque usurpatur cf. Athen. XI, 508. c. *διατριβαὶ Ἀριστίππου*, quem ad locum Schweighaeuserus Diog. Laërt. II, 84 attulit, de disputationis materie Plutarch. Alcib. c. 13. *ἦν δέ τις Ὑπέρβολος Πειριθοίδης, οὗ μέμνηται μὲν ὡς ἀνθρώπου*

πονηροῦ καὶ Θουκυδίδης, τοῖς δὲ κωμικοῖς ὁμοῦ τι πᾶσι διατριβὴν ἀεὶ σκωπτόμενος ἐν τοῖς θεάτροις παρεῖχεν. Zonar. lex. p. 515 ἡ σχολὴ per διατριβή explicatur et Strabonis loco supra allegato XIV, 5 σχολή et διατριβή inter se arcte conjunguntur. Multa hoc in loco aliquando conjiciebam de gravi excerptoris parum cogitans depravatione. Quorum unum tamen alterum non prorsus indignum fortasse existimabitur, quod hoc loco exhibeatur. ἀλλ' ἡ πόλις, ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος, διατριβῇ περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον, τῶν ξένων ἑκάστοις λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται. Videbatur enim συνοικουμένη vocis εὐάρμοστος esse glossema aut verbis τῶν ξένων ἑκάστοις suo loco motis adscripta fuisse grammatice explicandis. — ἀλλ' ἡ πόλις συνοικουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις, εὐάρμοστος διατριβῇ | τῶν ξένων ἑκάστοις | περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον | τῶν ξένων ἑκάστοις | λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται — ἀλλ' ἡ πόλις συνοικουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις, εὐάρμοστος διατριβῇ (ἡ), τῶν μὲν ξένων ἑκάστοις περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται, τοῖς δὲ δημοτικοῖς ἐστὶν ἀνεπαίσθητος λιμός, ταῖς θέαις καὶ σχολαῖς λήθην ἐμποιοῦσα τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς — ἀλλ' ἡ πόλις συνοικουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν μὲν ξένων ἑκάστοις εὐάρμοστός ἐστι διατριβή, ἣ περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται· τοῖς δὲ δημοτικοῖς ἀνεπαίσθητος λιμός, ταῖς θέαις καὶ σχολαῖς λήθην ἐμποιοῦσα τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν.

περισπῶσα detrahens, devertens cf. Lob. Phryn. p. 415, Suid. t. III, p. 95 περισπᾷν per ἐξαπατᾷν et τὸ μετὰ βίας ἀφαιρεῖσθαί τι explicantem. Quem vero ibi locum Suidas ex Sophoclis Electra 732 affert eo non jam περισπᾷ, sed παρασπᾷ nunc legitur. Verum similis ejus verbi usus apud Polybium est l. I, c. 26 ἦν δὲ τοῖς Ῥωμαίοις πρόθεσις ἐς Λιβύην πλεῖν καὶ τὸν πόλεμον ἐκεῖ περισπᾷν. cf. Hesych. II, p. 924. 935. Gailius ex eodem

Polybio hunc locum attulit I, 3: *ἐν τοῖς ἐκείνου περισπασμοῖς* loci mutandi significationem adnotans in *περί* et *περάω* principem exstitisse. Cui Gailii sententiae eo minus fides habenda est, quod *περάω* non cum *περί*, sed cum *πέρα* collocandum fuisse satis in propatulo est.

λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται. Quibus ex verbis aliquis conjiciat Dicaearchum Athenis inquilinum fuisse. Inquilinorum autem de conditione non admodum grata, de scaphephoria, sciadephoria et hydriaphoria et reliquis eorum officiis inter omnes satis constat cf. Phot. lex. p. 193 sq. Boeckh. Staatsh. II, 76. Quamquam praestare mihi videtur ad conditionem qua peregrini Athenis tenebantur, duram (*δουλεία* differt ab *ἀνδραποδισμός* cf. Boeckh I, 439) referre universam. Hudsonus autem servitutem qua Athenienses sub Cassandro premerentur intelligendam esse opinatus est. Neque satis recte Gailius hunc locum vulgari ratione ab ipso exhibitum transtulisse apparet: „sed hospitum commoratio cum singulis (civibus) facta et (eorum) studiis accommodata mentemque trahens ad jucunda oblivionem servitutis inducit“ neque explicuisse: „civibus nec vero peregrinis solatium esse hospitum perpetuum conventum et animum jucunde ab amissa libertate avertere. *ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος* significari societatem peregrinorum convenientem ingenio et cupiditatibus Atheniensium.“ In eo enim inprimis peccavit, quod *ἑκάστοις* a genitivo *τῶν ξένων* segregatum cum *ἐργάζεται* conjungendum esse censuit, verborum collocatione plane prohibente. Quam ob causam Stephani versio non ita fuit vituperanda: „sed peregrinorum animis oblivionem servitutis affert studium atque opera quam in rebus, quae suis desideriis sunt consentaneae, ponunt.“ Quodsi idem doctissimus vir Dicaearchum ad universam *εὐπορίαν πάντων* quam mari deberent Athenienses, respicere existimans (*λέγει δὲ περὶ τούτων ὁ Φιλόχορος οὑτωσί· Ἀθηναῖοι τοῖς Διονυσιακοῖς ἀγῶσι, τὸ μὲν πρῶτον ἠριστηκότες καὶ πεπωκότες ἐβάδιζον ἐπὶ τὴν θέαν καὶ ἐστεφανωμένοι ἐθεώρουν· παρὰ δὲ τὸν ἀγῶνα πάντα οἶνος αὐτοῖς ὠνοχοεῖτο καὶ τραγήματα παρεφέρετο καὶ

τοῖς χοροῖς εἰσιοῦσιν ἐνέχεον πίνειν καὶ διηγωνισμένοις ὁτ' ἐξεπορεύοντο ἐνέχεον πίνειν καὶ διηγωνισμένοις ὅτ' ἐξεπορεύοντο ἐνέχεον πάλιν· μαρτυρεῖν δὲ τούτοις καὶ Φερεκράτη τὸν κωμικόν, ὅτι μέχρι τῆς καθ' ἑαυτὸν ἡλικίας οὐκ ἀσίτους εἶναι τοὺς θεωροῦντας) ex Athenaeo p. 464. F. ed. Cas. effĭcit Athenienses non jejunos spectacula adire solitos fuisse, acuta est ea observatio et ad sensum nostri loci valde accommodata!!

De philosophorum conviviis cf. Aelian. II, 15. Plutarch. de exilio; de festorum multitudine et civibus iis delectantibus quam Naekius allegavit. Maximi Tyrii dissertationem III extr. Xenophon de rep. Ath. 3. 8. cf. Boeckh. Staatsh. d. Ath. I, p. 225 testatur Athenienses duplo plures festos dies habuisse quam fastos, cui rei simile aliquid de Tarentinis Strabo VI, p. 429 tradidisse memoratur. Aristoph. Nub. 309: ἵνα Μυστοδόκος δόμος Ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται Οὐρανίοις τε θεοῖς δωρήματα Ναοί θ' ὑψερεφεῖς καὶ ἀγάλματα Καὶ πρόσοδοι μακάρων ἱερώταται Εὐστέφανοί τε θεῶν θυσίαι θαλίαι τε Παντοδαπαῖς ἐν ὥραις Ἠρί τ' ἐπερχομένῳ Βρομία χάρις Εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα Καὶ Μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν. Apud Platonem de legg. II, 1, p. 653 Atheniensis ita loquitur: Θεοὶ δὲ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς καὶ Μούσας Ἀπόλλωνά τε. Comparari etiam accuratius nostro cum loco possunt Thucydides in Periclis oratione II, 38: καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα, ἀγῶσι μέν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν, ὧν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήττει· ἐπεισέρχεται δὲ διὰ μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα καὶ ξυμβαίνει ἡμὶν μηδὲν οἰκειοτέρᾳ τῇ ἀπολαύσει τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ γιγνόμενα καρποῦσθαι ἢ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, atque Strabo X, p. 467: ἥ τε γὰρ ἄνεσις (ἑορταστική nimirum) τὸν νοῦν ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἀνθρωπικῶν ἀσχολημάτων.

ἀνεπαίσθητος λιμός. Urbs ipsa a Dicaeareho atque adeo ab excerptore ita appellatur. Simplicissimum enim esse videtur ob verba sequentia et *λήθην ἐμποιοῦσα* et *οὐδεμία τοιαύτη κ. τ. λ. πόλις* accire subjectum. Holstenius in ep. ad div. p. 14 conjecturam, quamvis ipsi non sufficientem, hancce protulit: *ἀνεπαίσθητον λιμὸν καὶ λήθην ἐμποιοῦσα.*

τοῖς δημοτικοῖς. Ex adverso fortasse collocati sunt *οἱ ἐφόδια ἔχοντες*, ita ut significentur homines plebeji vilioris progeniei et minore utentes re familiari. Quem in sensum ita restitui posset locus: *ἔστι δὲ τοῖς μὲν δημοτικοῖς ἀνεπαίσθητος λιμός, ταῖς θέαις καὶ σχολαῖς λήθην ἐμποιοῦσα τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν* (*τοιαῦτα πρὸς ἡδονὴν καὶ ἕτερα ἡδέα ἔχει καὶ πολλά*?). Conjici quoque posset pro *ἔστι* legendum esse *ἔτι.* Naekius ita exhibuit: *ἔστι δὲ ταῖς μὲν θέαις καὶ σχολαῖς τοῖς δημοτικοῖς ἀνεπαίσθητος λιμός, ἡ πόλις λήθην ἐμποιοῦσα τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν.* Restat praeterea, ut pro neutro accipiamus atque copulandi particula interjecta de *ἱεροῖς δημοτικοῖς* cf. Boeckh Staatsh. d. Ath. I, 228. cogitemus. Similem in sensum Vulcanius *ταῖς δημοτικοῖς* exhibuit cum *σχολαῖς* nimirum conjungendum. *Ταῖς δημοτικαῖς* conjecturam Naekius primo quidem adspectu suavem attamen non admodum rectam esse censet. *οἱ δημοτικοί* homines esse plebejos, hodieque, ut in Italia, pauca habentes necessaria et otio potissimum delectantes atque spectando.

λήθην ἐμποιοῦσα τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς Gailius verborum: *ἀνεπαίσθητος λιμός* explicandorum causa in margine adscripta fuisse suspicatur. Pari modo ex *σχολαὶ πολλαί, θέαι συνεχεῖς* superioribus verba *ταῖς μὲν θέαις καὶ σχολαῖς* huc profecta esse conjicit. Ceterum *προσφορά* ipsum per se vocabulum de alimento, cibo et potione interdum usurpatur, sicut etiam verbum *προσφέρειν* de cibo afferendo Xenoph. Memor. Socr. III, 11, 14. *εἰ μὴ*

Δί᾽, ἔφη, πρῶτον μὲν τοῖς κεκορεσμένοις μήτε προσφέροις μήτε ὑπομιμνήσκοις, ἕως ἂν τῆς πλησμονῆς παυσάμενοι πάλιν δέωνται.

ἐφόδια δὲ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν. **Eum locum Marxius haud inelegantter ita restituit:** *καὶ ἕτερά τις πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά· ἐφόδια δ᾽ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαῦτα πρὸς ἡδονήν.* **Jacobsius autem ad Achill. Tat. p. 447 conjectura succurrere studuit hacce:** *ἐφόδια δὲ ἔχει, ὅσα οὐδεμία τις ἄλλη πρὸς ἡδονήν.* **At ante omnia in excerptore emendandi necessitas comprobanda est.** *ἐφόδια* **idem initio quod** *ἤϊα* **cf. Hom. Il. XIII, 103. Od. V, 266. 368. Nic. Alex. 412; quem in sensum Hesychius** *ἠϊώμεθα* **pro** *ἐπισεσιτίσμεθα* **usurpatum annotavit. Significabat igitur viaticum, etiam de exercitu, sicuti Dem. Olynth. 3, p. 34 R.; deinde autem omnibus de opibus ad aliquam rem perficiendam aptis in usu erat cf. Herod. IV, 203. VI, 70. Etym. M. p. 620** *πορεῖον τὸ διδόμενον τοῖς πρεσβευταῖς περὶ τοῦ πορευθῆναι εἰς τὴν πρεσβείαν, ὥσπερ ἐφόδιον.* **Etym. Gud. p. 225.** *ἐφόδια ἁρμόζοντα ἀναλώματα τῆς ὁδοῦ.* **Suid. t. I, p. 924.** *ἐφόδια τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ἐπιτήδεια ἀναλώματα. ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος.* **Zonar. p. 932. Phot. lex. p. 38. Pecuniam autem Athenis multum posse Xenophon de rep. Athen. testatur, de Atheniensium item, deliciis, epulis, gymnasiis, lavacris verba faciens. Item Thucydides primos Graecorum Athenienses memorat ad delicatius vivendi genus transiisse l. I, 6:** *ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν.* **Athenas enim varia luxuriae genera ex Sicilia, Cypro, Aegypto, Lydia, Ponto, Peloponneso aliisque terris propter maritimum earum imperium comportata sunt cf. Boeckh. Staatsh. t. I, p. 51.**

καὶ ἕτερα δέ **Hudsonus exhibuit** *δή.*

ἡδέα καὶ πολλά. **Ex vulgata dicendi ratione exspectabatur** *πολλὰ καὶ ἡδέα,* **quod nostro loco quod aliter**

se habet, inde fortasse repetendum est, quod major vis in ἡδέα adjectivo quam in πολλά posita fuerit.

Sequenti loco quomodo conjunctio per καὶ γάρ explicari vel excusari queat, aeque ac Buttmannus equidem nescio vixdum intelligens, quid jucunditatis ea in re positum sit, quod urbes prope Athenas sitae vices gerant suburbiorum Ceterum non plane absimilis locus Solini est polyhist. c. 9: multae quidem insulae objacent Atticae continenti, sed suburbanae ferme sunt, Salamis, Sunium, Ceos etc. Cogitavi aliquando ea verba καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν Ἀθηναίων εἰσίν adscripta esse explicandi causa, qua ratione Athenarum incolae etiam Attici dici possent.

ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτήν κ. τ. λ. Difficillimo hoc in loco Manzius vulgatam secutus adnotavit tamen pro πλινθίνων ζώων legendum videri λίθινον ζῶον (λιθίνων ζώων?) quod ita in Philemonis versu apud Athen. XIII, p. 606:

ἀλλ' ἐν Σάμῳ μὲν τοῦ λιθίνου ζώου ποτὲ
ἄνθρωπος ἠράσθη τις· εἶτ' εἰς τὸν νεὼν
κατέκλεισεν αὐτόν.

cf. etiam Alexidis vss. ex fabula Γραφή·

γεγένηται δ' ὡς λέγουσι κἀν Σάμῳ
τοιοῦ θ' ἕτερον. λιθίνης ἐπεθύμησεν κόρης
ἄνθρωπος. ἐγκατέκλεισέ θ' ἑαυτὸν τῷ νεῷ.

et notitiam ex Polemonis Helladico apud Athenaeum XI, 479 f. de duobus παισὶ λιθίνοις in θησαυρῷ πινάκων Delphico conservatam — reperiretur eodem modo quo apud Diogenem Laërtium in Aristotelis testamento animalia commemorarentur e lapide facta quatuor cubitorum ζῶα λίθινα τετραπήχη. Diog. Laërt. V, 1, 9 sqq. ἡμεῖς δὲ καὶ διαθήκαις αὐτοῦ ἐνετύχομεν οὕτω πως ἐχούσαις· — ὅπου δ' ἂν ποιῶνται τὴν ταφήν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ὀστᾶ ἀνελόντας θεῖναι, ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν ἀναθεῖναι δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα, ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ηὐξάμην, ζῶα λίθινα τετραπήχη Διὶ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σω-

τείρη ἐν Σταγείρῃ. Marxius pro ἐντυγχανομένοις quae est codicum lectio proposuit ἐὖ τυγχανομένοις, de reliquis autem verbis quid statuendum esset nescire se confessus est. Suspicatur quidem ἐκβαλόντες τὰς εὐημερίας significare posse: „iis (artificibus) festos et hilares dies benigna manu attribuentes“ et in postremis denique verbis adjici posse credidit: ὥστε ἡ πόλις εἶναι (τὴν πόλιν?) hunc in sensum: „urbem esse adeo refertam statuis et signis, ut sit homini admirabile διδασκάλιον animalium e lapide factorum.“ Creuzerus Ein alt-athen. Gefäss mit Malerei und Inschrift. Leipz. u. Darmst. 1832 p. 11 Athenienses artem figlinam maxime coluisse inde probari dicit, quod ejusmodi opera publice collocarentur populo et peregrinis congregatis *diebus festis* contemplanda. Samum quoque et alias Jonum urbes patriam aemulatas esse refert in efformandis ejusmodi operibus figulinis, collatis Paciandi monum. Pelop. II, p. 40 sqq. Arist. ἐκκλ. 535. 987 (— οὐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον — τὸν τῶν γραφέων ἄριστον. γρ. β. οὗτος δ' ἔστι τίς; νεαν. ὃς τοὺς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους) Meurs. Ceram. gem. c. 25. Welck. Prometh. p. 121. Mueller in Ephemer. Vienn. 1827. 38. p. 271. D'Agincourt recueil des fragmens de sculpture antique en terre cuite. Panofka rech. sur les noms des vases p. 34. Gerhard rapporto Volcente in Annali di corrisp. Archeol. III, p. 212. Gailius τοὶς ἐντυγχανομένοις neutrum genus habendum et pro διδασκάλιον fortasse διδασκαλεῖον Astio ad Plat. de legg. allato rescribendum esse ratus omnem locum ironiam et satyricum scribendi genus redolere existimat. „Neminem enim fugere, Athenienses totum diem in foro et in locis publicis degere solitos fuisse cf. Arist. Equit. 1260 ἐν τἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην cum scholio, Nub. 913 etc. Huc fortasse respicientem Dicaearchum Athenarum incolas bonos dicere, apud quos artifices omnis generis gloriam facile assequerentur, dummodo otiosis aliquid novi offerretur, eosque mox δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροατάς appellare. Adjicere Athenienses serenas dici horas consumentes praebere derisorias

se habet, inde fortasse repetendum est, quod major vis in ἡδέα adjectivo quam in πολλά posita fuerit.

Sequenti loco quomodo conjunctio per καὶ γάρ explicari vel excusari queat, aeque ac Buttmannus equidem nescio vixdum intelligens, quid jucunditatis ea in re positum sit, quod urbes prope Athenas sitae vices gerant suburbiorum. Ceterum non plane absimilis locus Solini est polyhist. c. 9: multae quidem insulae objacent Atticae continenti, sed sub urbanae ferme sunt, Salamis, Sunium, Ceos etc. Cogita aliquando ea verba καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλε προάστεια τῶν Ἀθηναίων εἰσίν adscripta esse explican causa, qua ratione Athenarum incolae etiam Attici d possent.

ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτήν κ. τ. λ. D ficillimo hoc in loco Manzius vulgatam secutus adnoti tamen pro πλινθίνων ζώων legendum videri λίθινον ζώ (λιθίνων ζώων?) quod ita in Philemonis versu apud Ath XIII, p. 606:

ἀλλ' ἐν Σάμῳ μὲν τοῦ λιθίνου ζώου ποτὲ
ἄνθρωπος ἠράσθη τις· εἶτ' εἰς τὸν νεὼν
κατέκλεισεν αὐτόν.

cf. etiam Alexidis vss. ex fabula Γραφή·

γεγένηται δ' ὡς λέγουσι κἀν Σάμῳ
τοιοῦ θ' ἕτερον. λιθίνης ἐπεθύμησεν κόρης
ἄνθρωπος. ἐγκατέκλεισέ θ' ἑαυτὸν τῷ νεῷ.

et notitiam ex Polemonis Helladico apud Athenaeum XI, de duobus παισὶ λιθίνοις in θησαυρῷ πινάκων Del conservatam — reperiretur eodem modo quo apud Diog Laërtium in Aristotelis testamento animalia commemo tur e lapide facta quatuor cubitorum ζῶα λίθινα τ πήχη. Diog. Laërt. V, 1, 9 sqq. ἡμεῖς δὲ καὶ διαβ αὐτοῦ ἐνετύχομεν οὕτω πως ἐχούσαις· — ὅπου ποιῶνται τὴν ταφήν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ἀνελόντας θεῖναι, ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν ἀνα δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα, ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ μην, ζῶα λίθινα τετραπήχη Διὶ σωτῆρι καὶ Ἀθη

τείρῃ ἐν Σταγείρῃ. Marxius pro ἐντυγχανομένοις quae est codicum lectio proposuit εὖ τυγχανομένοις, de reliquis autem verbis quid statuendum esset nescire se confessus est. Suspicatur quidem ἐκβαλόντες τὰς εὐημερίας significare posse: „iis (artificibus) festos et hilares dies benigna manu attribuentes“ et in postremis denique verbis adjici posse credidit: ὥστε ἡ πόλις εἶναι (τὴν πόλιν?) hunc in sensum: „urbem esse adeo refertam statuis et signis, ut sit homini admirabile διδασκάλιον animalium e lapide factorum.“ Creuzerus Ein alt-athen. Gefäss mit Malerei und Inschrift. Leipz. u. Darmst. 1832 p. 11 Athenienses artem figlinam maxime coluisse inde probari dicit, quod ejusmodi opera publice collocarentur populo et peregrinis congregatis diebus festis contemplanda. Samum quoque et alias Jonam urbes patriam aemulatas esse refert in efformandis ejusmodi operibus figulinis, collatis Paciandi monum. Pelop. II, p. 40 sqq. Arist. ἐκκλ. 535. 987 (— οὐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον — τὸν τῶν γραφέων ἄριστον. γρ. β. οὗτος δ' ἔστι τίς; νεαν. ὃς τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους) Meurs. Ceram. gem. c. 25. Welck. Prometh. p. 121. Mueller in Ephemer. Vienn. 1827. 38. p. 271. D'Agincourt recueil des fragmens de sculpture antique en terre cuite. Panofka rech. sur les noms des vases p. 34. Gerhard rapporto Volcente in Annali di corrisp. Archeol. III, p. 212. Gailius τοῖς ἐντυγχανομένοις neutrum genus habendum et pro διδασκάλιον fortasse διδασκαλεῖον Astio ad Plat. de legg. allato reprehendum esse ratus omnem locum ironiam et satyricum scribendi genus redolere existimat. „Neminem enim fugere, Athenienses totum diem in foro et in locis publicis degere solitos fuisse cf. Arist. Equit. 1260 ἐν τἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην cum scholio, Nub. 913 etc. Huc fortasse respicientem Dicaearchum Athenarum incolas bonos dicere, apud quos artifices omnis generis gloriam facile assequerentur, dummodo otiosis aliquid novi offerretur, eosque mox δρομεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροατάς appellare. Adjicere Athenienses serenas dici horas consumentes praebere derisorias

quasi imagines et figulis exercendae artis materiem.“ Longuevillius ad Gailium de hoc loco ita scripsit: „Locum vere desperatum et conclamatum sic interpungo: *ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν παντὶ τεχνίτῃ περιποιῆσαι δόξαν μεγάλην, ἐπὶ τοῖς ἐντυγχανομένοις ἐκβαλόντες τὰς εὐημερίας, θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων ἀνθρώπῳ διδασκάλιον.* „Illius urbis incolae magnam cuivis artifici famam conciliare praeclare valent, quippe qui obviis quibusque de causis prosperas fortunas evertentes homini (scilicet artifici) mira signorum lateritiorum disciplina sive schola fiunt.“ Hic Dicaearchus mihi et tibi videtur per ironiam traducere et exagitare Athenienses, qui saepius vel favore vel studio vel timore in transversum abrepti tam multos aeneos stare jusserunt; qua quidem levitate praesertim laborabant tempore quo noster scribebat auctor, quum trecentas Demetrio Phalereo statuas decreverint. Sed jam quibus meam, qualiscunque sit, interpretationem tuear argumentis, exponam: 1) *ἀγαθόν* in sensu dissimulandi Herodotus et Thucydides, ut noster, usurparunt, nam ille III, 80 *διαβολὰς ἄριστος ἐνδέκεσθαι.* Hic vero III, 38 *ἀπατᾶσθαι ἄριστοι.* 2) *τὰς εὐημερίας* est pro *εὐημεροῦντας* i. e. *εὐδοκιμοῦντας*, gaudentes popularibus auris. Nihil apud Graecos magis obvium, quam *sic* (?) abstracta pro concretis usurpari. 3) *ἐκβαλόντες.* Aoristus hic, ut alias sexcenties, morem agendi notat. 4) hoc loco *ζῶον* idem atque *ἀνδριάς* sonat. Quo sensu occurrit apud Diod. Sic. I, 98 s. fin. *διορίζειν τοῦ ζώου τὸ μέσον μέχρι τῶν αἰδοίων* Id. I, 47. *ζώδια πηχῶν ἑκκαίδεκα μονόλιθα.* Ubi *ζώδια* est parva signa. Ceteroquin in universum *ζῶον*, *ζώδιον*, quum de arte effingendi dicitur, effigiem, imaginem, signum declarare solet. 5) *πλινθίνων ζώων.* Vocem *πλινθίνων*, cui me judice nonnihil despicationis subest, auctor pro *πλαστικῶν* adhibuisse videtur.“ Buttmannus de omni eo loco restituendo nihil in medium protulit, pro *ἐντυγχανομένοις* autem egregiam quam dicit Bekkeri emendationem *ἐπιτυγχανομένοις* in textum recepit de operibus bene elaboratis

interpretandam, allato Budaeo in comment. p. 1073: „ἐπιτυγχανόμενον πρᾶγμα dicitur τὸ κατορθούμενον et quod successit et ex animi sententia evenit, hoc est ὁ ἐπιτυχῶς ἀποβαίνει“ et Josepho in altero contra Apionem: καλῆς οὖν αὐτῷ προαιρέσεως καὶ πράξεων μεγάλων ἐπιτυγχανομένων εἰκότως ἐνόμιζον ἡγεμόνα τε καὶ σύμβουλον θεὸν ἔχειν. — Paciaudi monum. Pelop. t. II, p. 41 sq. hunc locum ita rescribendum esse existimavit: ἀγαθοὶ δὲ κατοικοῦντες — ἐπὶ τοῖς ἐντυγχανομένοις, προβαλόντες τῆς εὐημερίας θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων καὶ ἀνθρώπων διδασκαλιον, et ita vertendum: „His vero qui eam habitant id bene evenit, ut omnibus suis artificibus (figulinis) magnam laudem ab adventantibus comparent, quum laeto die in publicum efferunt admiranda animalium et hominum exemplaria argillacea excellentissima.“ Qua in conjectura Osannus, ubi recensuit editionem Buttm. l. l., τῆς εὐημερίας intelligendum esse existimavit non de festo die, sed de sereno coelo et eam in sententiam corrigenda esse, quae Creuzerus l. l. de publica operum figlinorum elatione certis diebus festis solita exposuisset, nisi aliis ex locis demonstrari possent. Pro καὶ ἀνθρώπων autem, cujus notio etiam in ζώων inesse videretur, ἀνθρώπῳ retinendum esse arbitratus προβαλόντες quod ad sensum recte se habere judicavit, quamquam vulgatam ἐκβαλόντες verbi ἐκτιθέναι significatione defendere liceret. Simili ratione apud Polybium dici ἐκβάλλειν δόγμα, in publicum edere, apud quem eundem XXX, 7, 6 λόγον ἐν τῷ (ἀλλ' οὔτε λόγον ἐν τῷ μέσῳ τοιοῦτον ἐξέβαλον) μέσῳ ἐκβάλλειν legeretur. Bekkeri deinde conjectura plane rejecta Osannus hunc in modum locum emendari posse suspicatur: ἀγαθοὶ δὲ περιποιῆσαι δόξαν μεγάλην εἰσί, τοῖς ἐντυγχάνουσι(ν) (obviis, obvio cuique, ut in inscr. cf. Syll. p. 163. 234) ἐκβαλόντες τῆς εὐημερίας θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων ἀνθρώπῳ διδασκάλιον. Quod si quis in dativo duplici, τοῖς ἐντυγχάνουσι et ἀνθρώπῳ offenderetur, Paciaudi lectionem (καὶ ἀνθρώπων) non prohibuit quominus adsciscerem us. Quod

ad sensum universi loci, de quo restituendo et ex laciniis excerptoris recuperando non certam et quae mihi plane sufficiat habeo sententiam, similis Strabonis reperitur locus IX, 396: *οὕτω καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων ἐστὶν ἱστορεῖν πολλὰ καὶ εἰς τὸ Λεωκόριον καὶ τὸ Θησεῖον (οὓς ἔχει) καὶ τὸ Λυκεῖον — ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων καὶ τὸ ᾠδεῖον καὶ ἡ ποικίλη στοὰ καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἱερὰ ἔχοντα πάντα ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἀξίων.* Gailius Athenaei locum attulit XI, 464. e. *ἡμεῖς οὖν, ὡς παρ' Ἀθηναίοις ἐγίνετο, ἅμα ἀκροώμενοι τῶν γελωτοποιῶν τούτων καὶ μίμων, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ὑποπίνωμεν* et Xenophontem de republ. Athen. *τὸ πλῆθος τῶν τεχνῶν* quod Athenis esset praedicantem. Paus. V, 25, 13. *τὸν δὲ Ὀνάταν τοῦτον ὁμως καὶ τέχνης ἐς τὰ ἀγάλματα ὄντα Αἰγιναίας, οὐδενὸς ὕστερον θήσομεν τῶν ἀπὸ Δαιδάλου τε καὶ ἐργαστηρίου τοῦ Ἀττικοῦ.* Athen. I, 28. e. ex Critiae (ex *ἐλεγείοις*) *τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον εὗρε, Κλεινότατον κέραμον, χρήσιμον οἰκονόμον, Ἢ τὸ καλὸν Μαραθῶνι κατασήσασα τρόπαιον. καὶ ἐπαινεῖται ὄντως ὁ Ἀττικὸς κέραμος.* Adjicio Menandri de encomiis locum p. 96 *φασὶ γὰρ Ἀθηναίους μὲν ἐπὶ ἀγαλματοποιΐᾳ καὶ ζωγραφίᾳ καὶ Κροτωνιάτας ἐπὶ ἰατρικῇ μέγιστον φρονῆσαι καὶ ἄλλους ἐπ' ἄλλαις τέχναις.*

περιποιέω Etym. Gud. p. 472. *ποιεῖν τοῦ περιποιεῖν διαφέρει· ποιεῖν μὲν γάρ ἐστι τὸ κατασκευάζειν τί· περιποιεῖν δὲ τὸ περικτᾶσθαι ἢ κοσμεῖν. ποιεῖν* enim in universum significat aliquid facere, efficere, *περιποιέω* autem efficere, quod aegre exspectaveras, vel aliquid gloriandi facere atque exornandi causa. Simili ratione Gailius explicuit, allato Xenophonte de rep. Ath. init. *ὅτι ὁ δῆμός ἐστιν ὁ τὴν δύναμιν περιτιθείς*, Demosthene de corona p. 319 *οὗτος — τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε περιποιεῖ.*

τὰ ἐντυγχανόμενα fortuita esse videntur quaeque, quibus aliquis incidit.

ἐκβαλόντες. Graeci dicunt ἔπος ἐκβάλλειν, δάκρυα ἐκβάλλειν. Significat quoque interdum rejicere, itaque de fabulis reperitur recensitis. Ceterum fortasse non plane negligendum emendaturo hunc locum illud est, quod in codice Monacensi ἐκβαλῶντες exhibetur.

εὐημερία de Astydamante fabulam feliciter docente cf. Phot. p. 372; apud eundem p. 431 de die opportuno et festivo ἐπί τινος εὐημερίας συγχωρήσαντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως ὃ θέλει αἰτήσασθαι. De felicitate Plut. cons. ad Apoll. ed. R. t. VI, p. 396. cf. Wyttenb. ad Plut. de sentiend. prof. in virt. t. VI, 1, p. 570. Cf. Suid. I, 888 (ubi ad εὐημερεῖν Hyperides citatur). Hesych. I, p. 1502. 1500 (εὐκληρία per εὐημερία illustratur) p. 1490 (εὐημερία per θεοσημία explicatur). Athen. XIV, p. 632. XIII, 584 (de victoria usurpatum) Ἀνδρονίκου δὲ τοῦ τραγῳδοῦ ἀπ' ἀγῶνός τινος, ἐν ᾧ τοὺς Ἐπιγόνους εὐημερήκει, πίνειν μέλλοντος παρ' αὐτῇ καὶ τοῦ παιδὸς κελεύοντος τὴν Γνάθαιναν προαναλῶσαι·

ὁλόμενε παίδων, ἔφη, ποῖον εἴρηκας λόγον

καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δὲ τέλος ποιοῦνται τῆς τέχνης τὴν παρὰ τοῖς θεάτροις εὐημερίαν. Plut. Alcib. 16 (εὐημερεῖν de felici orationis successu) ἐπεὶ δὲ Τίμων ὁ μισάνθρωπος εὐημερήσαντα τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ προπεμπόμενον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπιφανῶς οὐ παρῆλθεν κ. τ. λ. Aristid. 3 (δυσημερία de infelicitate). Bekk. Anecd. I, p. 38. 89. Steph. thes. I, 1461. Principio autem idem quod εὐδία significabat. Cf. denique Phot. p. 28. Cic. ad Att. V, 21: „sed nullo nostro εὐημερήματι."

πλίνθινα ζῶα tropico fortasse sensu interpretanda sunt cf. Hesych. II, p. 981 πλινθεύεται, ἐξαπατᾶται· ἐπὶ ἀναισθήτων. Phot. πλινθεύεται ἐξαπατᾶται· ἀπὸ τῆς ἀναισθησίας τοῦ πηλοῦ. Etym. M. et Suid. v. ἐπλινθεύθησαν.

διδασκάλειον. Non plane adversor Gailio διδασκαλεῖον conjicienti etiamsi de sensu singularum hujus loci partium non satis certus sum. διδασκαλεῖον est ludus

ad sensum universi loci, de quo restituendo et ex laciniis excerptoris recuperando non certam et quae mihi plane sufficiat habeo sententiam, similis Strabonis reperitur locus IX, 396: *οὕτω καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων ἐστὶν ἱστορεῖν πολλὰ καὶ εἰς τὸ Λεωκόριον καὶ τὸ Θησεῖον (οὗς ἔχει) καὶ τὸ Λυκεῖον — ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων καὶ τὸ ᾠδεῖον καὶ ἡ ποικίλη στοὰ καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἱερὰ ἔχοντα πάντα ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἀξίων.* Gailius Athenaei locum attulit XI, 464. e. *ἡμεῖς οὖν, ὡς παρ' Ἀθηναίοις ἐγίνετο, ἅμα ἀκροώμενοι τῶν γελωτοποιῶν τούτων καὶ μίμων, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ὑποπίνωμεν* et Xenophontem de republ. Athen. *τὸ πλῆθος τῶν τεχνῶν* quod Athenis esset praedicantem. Paus. V, 25, 13. *τὸν δὲ Ὀνάταν τοῦτον ὅμως καὶ τέχνης ἐς τὰ ἀγάλματα ὄντα Αἰγιναίας, οὐδενὸς ὕστερον θήσομεν τῶν ἀπὸ Δαιδάλου τε καὶ ἐργαστηρίου τοῦ Ἀττικοῦ.* Athen. I, 28. e. ex Critiae (ex *ἐλεγείοις*) *τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον εὗρε, Κλεινότατον κέραμον, χρήσιμον οἰκονόμον, Ἢ τὸ καλὸν Μαραθῶνι κατασήσασα τρόπαιον. καὶ ἐπαινεῖται ὄντως ὁ Ἀττικὸς κέραμος.* Adjicio Menandri de encomiis locum p. 96 *φασὶ γὰρ Ἀθηναίους μὲν ἐπὶ ἀγαλματοποιΐᾳ καὶ ζωγραφίᾳ καὶ Κροτωνιάτας ἐπὶ ἰατρικῇ μέγιστον φρονῆσαι καὶ ἄλλους ἐπ' ἄλλαις τέχναις.*

περιποιέω Etym. Gud. p. 472. *ποιεῖν τοῦ περιποιεῖν διαφέρει· ποιεῖν μὲν γάρ ἐστι τὸ κατασκευάζειν τί· περιποιεῖν δὲ τὸ περικτᾶσθαι ἢ κοσμεῖν.* *ποιεῖν* enim in universum significat aliquid facere, efficere, *περιποιέω* autem efficere, quod aegre exspectaveras, vel aliquid gloriandi facere atque exornandi causa. Simili ratione Gailius explicuit, allato Xenophonte de rep. Ath. init. *ὅτι ὁ δῆμός ἐστιν ὁ τὴν δύναμιν περιτιθείς*, Demosthene de corona p. 319 *οὗτος — τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε περιποιεῖ.*

τὰ ἐντυγχανόμενα fortuita esse videntur quaeque, quibus aliquis incidit.

ἐκβαλόντες. Graeci dicunt ἔπος ἐκβάλλειν, δάκρυα ἐκβάλλειν. Significat quoque interdum rejicere, itaque de fabulis reperitur recensitis. Ceterum fortasse non plane negligendum emendaturo hunc locum illud est, quod in codice Monacensi ἐκβαλῶντες exhibetur.

εὐημερία de Astydamante fabulam feliciter docente cf. Phot. p. 372; apud eundem p. 431 de die opportuno et festivo ἐπί τινος εὐημερίας συγχωρήσαντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως ὃ θέλει αἰτήσασθαι. De felicitate Plut. cons. ad Apoll. ed. R. t. VI, p. 396. cf. Wyttenb. ad Plut. de sentiend. prof. in virt. t. VI, 1, p. 570. Cf. Suid. I, 888 (ubi ad εὐημερεῖν Hyperides citatur). Hesych. I, p. 1502. 1500 (εὐκληρία per εὐημερία illustratur) p. 1490 (εὐημερία per θεοσημία explicatur). Athen. XIV, p. 632. XIII, 584 (de victoria usurpatum) Ἀνδρονίκου δὲ τοῦ τραγῳδοῦ ἀπ' ἀγῶνός τινος, ἐν ᾧ τοὺς Ἐπιγόνους εὐημερήκει, πίνειν μέλλοντος παρ' αὐτῇ καὶ τοῦ παιδὸς κελεύοντος τὴν Γνάθαιναν προαναλῶσαι·

ὅλόμενε παίδων, ἔφη, ποῖον εἴρηκας λόγον

καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δὲ τέλος ποιοῦνται τῆς τέχνης τὴν παρὰ τοῖς θεάτροις εὐημερίαν. Plut. Alcib. 16 (εὐημερεῖν de felici orationis successu) ἐπεὶ δὲ Τίμων ὁ μισάνθρωπος εὐημερήσαντα τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ προπεμπόμενον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπιφανῶς οὐ παρῆλθεν κ. τ. λ. Aristid. 3 (δυσημερία de infelicitate). Bekk. Anecd. I, p. 38. 89. Steph. thes. I, 1461. Principio autem idem quod εὐδία significabat. Cf. denique Phot. p. 28. Cic. ad Att. V, 21: „sed nullo nostro εὐημερήματι."

πλίνθινα ζῶα tropico fortasse sensu interpretanda sunt cf. Hesych. II, p. 981 πλινθεύεται, ἐξαπατᾶται· ἐπὶ ἀναισθήτων. Phot. πλινθεύεται ἐξαπατᾶται· ἀπὸ τῆς ἀναισθησίας τοῦ πηλοῦ. Etym. M. et Suid. v. ἐπλινθεύθησαν.

διδασκάλιον. Non plane adversor Gallio διδασκαλεῖον conjicienti etiamsi de sensu singularum hujus loci partium non satis certus sum. διδασκαλεῖον est ludus

literarius cf. Xenoph. Sympos. IV, 23. Porphyr. vit. Pyth. p. 88 sq. Etym. M. p. 661. Suid. t. I, p. 573 (*διδασκαλεῖον τὸ σχολεῖον — διδασκάλιον δὲ αὐτὸ τὸ μάθημα*) Zonar. p. 528. Periz. ad Ael. v. h. III, 21. Apud Herodotum V, 88 Wesselingius codicis Sancroftiani lectione *διδασκαλεῖα* rejecta *διδασκάλια* recte retinuit: *διδασκάλιον* enim aut *δίδαγμα* est aut *δίδακτρον*. Plut. *γαμ. παραγγ.* ed. Reisk. t. VI, p. 547. cum Wyttenbachio et Reiskio, codicibus quoque nonnullis adjuvantibus, legendum est: *ὡς τοῦ θαλάμου αὐτῇ διδασκαλείου εὐταξίας ἢ ἀκολασίας γενησομένου* quum antea vulgatum esset *διδασκαλίου*. Contra *διδασκάλια* recte se habet Plutarch. v. Alex. M. ed. Reisk. t. IV, c. 7. p. 17 de mercede Aristoteli praeceptori data cf. Thes. Steph. t. III, p. 3310.

τῶν δὲ ἐνοικούντων οἱ μὲν αὐτῶν. Explicatu difficilius esset, nisi cum excerptore non satis accurato nobis res esset, quomodo factum fuerit, ut in tanta sententiarum perspicuitate *αὐτῶν* pronomen adderetur. Neque enim de posteriori apud poëtas potissimum obtinenti ratione, qua *αὐτῶν* genitivus post pronomina relativa additus *πλεονάζειν* videtur, sicuti *ὧν ὁ μὲν αὐτῶν* qua de re Jacobs. A. P. p. 757 exposuit, cogitari hocce loco potest, neque statuere licet cum gravitate quadam, ita ut incolae oppidi aliis ut circa habitantibus hominibus ipsi ex adverso positi sint, a scriptore prolatum esse. Conferre tamen haud inepte hosce locos fortasse licet ex Menandr. rhet. libr. de encomiis ed. Heeren p. 30. *αὐτῶν γὰρ δὴ τῶν ὑμνων οἱ μὲν κλητικοί, οἱ δὲ ἀποπεμπτικοί κ. τ. λ.* p. 40. *αὐτῶν δὲ τῶν φυσικῶν οἱ μὲν ἐξηγηματικοί, οἱ δὲ ἐν βραχεῖ προαγόμενοι.* p. 65. *αὐτῶν δὲ τῶν ὡρῶν αἱ μὲν ἐπὶ τὸ μᾶλλον θεωροῦνται, αἱ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον.*

οἱ μὲν Ἀττικοί, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι. Paucissimos scriptorum Graecorum credo inveniri locos, ubi Atticorum ab Atheniensibus tam accurate distinctorum mentio fiat: scholiastes quidem ad Aristoph. Nub. v. 1166 ubi verba sunt *ἐπὶ τοῦ προσώπου γ' ἔστιν Ἀττικὸν βλέπος* ab Henrico

Stephano allatus Atticis cum Atheniensibus aliquid commune esse, aliquid utrisque peculiare adnotavit, impudentiam illis, his impudentiam et garrulitatem: *τί λέγεις σύ; τοὺς μὲν γὰρ Ἀττικοὺς ἐπὶ ἀναιδείᾳ διέβαλλον, τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἐπὶ ἀναιδείᾳ καὶ τῷ δραστικοὺς εἶναι (καὶ τῷ ἱκανοὺς εἶναι λέγειν)*. Holstenius Atticos populum atque omne vulgus, Athenienses vero optimates intelligendos esse censuit, quamvis horum numero multi quoque natura quidem ex plebe oriundi, non plebeja tamen praediti indole comprehendi deberent, collato Xenophontis de republica Atheniensium libro. Praeterea conferens Cic. de orat. II. *Romanos* adduxit et *Romanenses* (seu Romanesios). Marxius, quanquam multi scriptores inter generosos et abjectos Athenarum cives saepe distinguerent, sicuti ab Athenaeo fieret XIII, 604: *τοιαῦτα πολλὰ δεξιῶς ἔλεγέν τε* (Sophocles cf. Lessing Opp. t. XIX, p. 212. Thudichum. vers. Soph. t. I, p. 275) *καὶ ἔπρησσεν, ὅτε πίνοι ἢ πράσσοι. τὰ μέντοι πολιτικὰ οὔτε σοφὸς οὔτε ῥεκτήριος ἦν, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἷς τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων*, non meminit tamen, ubi Atheniensium et Atticorum nomine inter se discernerentur. A Suida quidem viros *Ἀθηναίους* dici refert, feminas autem *Ἀττικάς*, non *Ἀθηναίας*, teste advocato Megaclide. Suidas enim I, p. 70 Megaclidem tradit *ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου* memorare feminas eam ob causam Atticas appellatas fuisse, ne dehonestaretur virgo *ἄγαμος* ipsius nomine ad mulieres translato. Eadem fere in scholio ad Arist. Av. 828 leguntur: *τί οὐκ Ἀθηναίαν. ὅτι τὴν θεὸν οὕτως ἔλεγον Ἀθηναίαν. διὸ καὶ τὴν πολῖτιν οὐκ Ἀθηναίαν, φεύγοντες τὴν ὁμωνυμίαν, ἀλλ' ἀστήν. φαίνονται μέντοι καὶ τὴν πολῖτιν Ἀθηναίαν λέγοντες πανταχοῦ* (videtur *πολλαχοῦ* legendum esse). Neque Suidas tamen neglexit, quod antiquiores quidem scriptores etiam *Ἀθηναία* vocabulum de feminis Atticis usurpaverint, ut Pherecrates *ἐν γραυσί· Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις*, Cantharus in Tereo: *γυναῖκ' Ἀθηναίαν καλήν τε κἀγαθήν* (sic enim scribendum esse videtur pro *καὶ ἀγαθήν*, licet

etiam hoc habeat, quo defendere possimus), Philemon *πτερυγι: τὰς Ἱππονίκας τάσδε καὶ Λυσιστράτας* (Steph. Byz. *Ναυσιστράτας*) *Καὶ Ναυσινίκας τὰς Ἀθηναίας λέγω*, Diphilus in Amastride de Themistoclis filia: *Ἀθηναία ξένη* et similem in usum Pindarus *ἐν σκολιοῖς*. In fine loci ex Suida allati ita legitur: *ὁ μέντοι Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν καὶ θαυμάζει, πῶς ὁ Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν χρῆται τῇ λέξει.* Hesychius denique eadem de voce t. I, p. 127 ex Alberti emendatione ita exponit: (*Ἀθηνᾶ, εἶδος αὐλοῦ*) *Ἀθηναία ἡ θεός, ἡ δὲ γυνὴ ἀστή* (An legendum *Ἀττική*, ut in scholio quoque Aristophaneo scribendum esse videtur) *Μεγακλείδη* (vel *παρὰ Μεγακλείδη* vel *Μεγακλείδης* vel *ὡς Μεγακλείδης*). Gailius autem, ut ad nostrum locum redeam, de Athenarum incolis in Atticos et Athenienses divisis exponentem Dicaearchum non aliud quam partem Atheniensium ingenuam et liberalem a plebecula distinguere censet neque id discrimen ex ingenio excogitasse, quum apud Platonem de legg. I, p. 626 ejus rei legatur testimonium: *ὦ ξένε Ἀθηναῖε· οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλομι' ἂν προσαγορεύειν.* Qui locus ad nostrum illustrandum mea quidem sententia a Gailio immerito allatus est. Colloquuntur enim Cretensis, Atheniensis et Lacedaemonius. Verbis de Cretensium republica factis quum Cretensis exposuisset, quam ob rem perutile esset urbem urbi opponi armatam, Atheniensis deinde per nonnullas quaestiones eo descendit, ut interrogaret, num viro eidem secum ipso bellum esset gerendum. Quod quaerendi specimen argutissimum habens Cretensis quae supra exscripsi verba protulit, causa tamen simul addita, cur singulari Atheniensis nomine nominaret, utpote a dea sapientiae derivato: *δοκεῖς γάρ μοι τῆς θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιος μᾶλλον εἶναι ἐπονομάζεσθαι.* Apud Dicaearchum autem gravius et universum magis obtinere apparet discrimen et statuendum fortasse est Atticos in numerum incolarum ipsius urbis ideo relatos esse, quod vicina Athenis oppida earum suburbia esse memorata sunt. Quem in sensum aliquando suspicatus

sum legi ita posse locum: *τῶν δὲ ἐνοικούντων αὐτῶν οἱ μὲν Ἀττικοί — καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν Ἀθηναίων εἰσίν — οἱ δὲ Ἀθηναῖοι*, illo tempore quo adhuc studebam excerpta Dicaearchiana ad normam accurati scriptoris revocare. Suspicari denique possemus eum locum ad Atticae universae descriptionem pertinuisse et capitis ea de provincia extremum fuisse.

περίεργος qui in aliquo labore multum studii et diligentiae collocat vel etiam nimium accurationis ei adhibet. Neque raro significat eum qui quae ad ipsum plane non attinent aliena curat vel tractat cf. Plat. Apol. Socr. c. 3: *Σωκράτης ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια κ. τ. λ.* Plutarch. de discr. adul. et amic.: *τὸ δὲ τοῦ κόλακος ἔργον οὐδὲν ἔχει δίκαιον — ἀλλ' — καὶ σύντασιν προσώπου ποιοῦσαν ἔμφασιν καὶ δόκησιν ἐπιπόνου χρείας καὶ κατεσπευσμένης· ὥσπερ ζωγράφημα περίεργον ἀναιδέσι φαρμάκοις καὶ κεκλασμέναις στολίσι καὶ ῥυτίσι καὶ γωνίαις ἐναργείας φαντασίαν ἐπαγόμενον* cf. Theophr. Char. XIII *περ. περιεργ.* Periz. ad Ael. v. h. II, 44. cf. Bekk. Anecd. I, 216. *ἄτακτοι, οἱ περίεργοι καὶ παρὰ τὸ προσῆκόν τι ποιοῦντες.* Qua ratione cum *μάταιος* collocatur Xenoph. Memorab. I, 3, 1. *τοὺς δὲ ἄλλως πως ποιοῦντας περιέργους καὶ ματαίους ἐνόμιζεν εἶναι.* Hoc autem loco *περίεργοι ταῖς λαλιαῖς*, quae quidem verba arcte inter se conjungenda sunt, homines sine dubio notantur in garriendo nimium operae collocantes. Ceterum iis de verbis Stephanus multus est explicandis, *ταῖς λαλιαῖς* existimans aut sermones lequacibus convenientes aut loquacitatem ipsam significari. Illam in rationem Plutarchum attulit *λόγον κενὸν καὶ φλυαρώδη* per *λαλιὰν ἄτακτον* deinde et *φλυαρίαν* interpretantem, huc vero Aristophanem facere adnotavit *λαλιάν* et *στωμυλίαν* conjungentem. Praeterea conferendam esse censet proverbialem dicendi rationem *Ἀττικὸς μυκτήρ*. Priorem autem Stephani explicationem eam potissimum ob causam equidem praetulerim, quod *λαλιά* vox legitur plurali numero prolata,

ita ut homines significentur in sermonum nugis nimis occupati, nimis curiosi. De garrulitate insignis est Theophrasti expositio char. ζ, qua in conscribenda Athenienses sine dubio ante oculos habuit. Ita quoque Eubulus ex Antiope apud Athenaeum l. X, p. 417: πονεῖν μὲν ἅμμες καὶ φαγεῖν μὲν ἀνδρικὰ Καὶ κατερῆσαι, τοὶ δὲ Θηβαῖοι μέγα. Lucianus navigio sive de votis: ᾧ τοσοῦτοι Ἀθήνησι καλοὶ ἔπονται, πάντες ἐλεύθεροι, στωμύλοι τὸ φθέγμα παλαίστρας ἀναπνέοντες. Cic. de orat. 1: „sine usu ibis alicui Graeco otioso et loquaci“ Eupolidis denique versus apud Gell. Noct. Att. I, 15 hic commemoratur λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν ibique adjicitur: quod Sallustius noster imitari volens *loquax*, inquit, *magis quam facundus*. Ceterum Phaedrus III, 58 non ineleganter garrulum describit et molestum intempestive, qui occupato alluserit. Ad universos vero Atheniensium mores cognoscendos inprimis Periclis orationem apud Thucydidem II, 34 sqq. pertinere Marxius recte adnotavit.

ὑπουλοι. Stephanus interpretatus est simultates occulte alentes, qui ont un gardederrière. Princeps autem hujus vocabuli usus de vulneribus fuit extrinsecus quidem clausis, sed sub cicatrice suppurantibus et non ita multo post iterum erupturis. Deinde de quovis malo usurpatur occulto, de hominibus tectis, fraudulentis atque de rebus et personis externa quidem specie bonis et sanis, intus autem perditis, malignis et semine vel materie vitiosa impletis. Quam in rationem dicitur etiam ὕπουλον εἶναί τινος ut κάλλος κακῶν ὕπουλον. Sophocles quoque ὕπουλον εἶναί τινι significatione alicui clam succensendi protulit. Praeterea hi scriptorum classicorum loci ad vocabulum illud etiam accuratius illustrandum aliquantum conferent: Thucyd. VIII, 64. ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἀντικρυς ἐλευθερίαν, τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον αὐτονομίαν οὐ προτιμήσαντες. Plat. Gorg. p. 518. e — ὅτι δὲ οἶδεῖ καὶ ὕπουλός ἐστι δι' ἐκείνους τοὺς παλαιούς, οὐκ ἐπαισθάνονται.

Demosth. περ. στεφ. p. 327 — οὐδέ γ' ἡσυχίαν ἄγειν ἄδικον καὶ ὕπουλον, ὃ σὺ ποιεῖς πολλάκις. Plutarch. de audiend. poët. ed. Reisk. t. VI, p. 63 καὶ νοσώδη μὲν ἄνθρωπον καὶ ὑπουλον (Xyl. *suspectae valetudinis.* Melius Wyttenb. *intus purulentum*) ὡς ἀτερπὲς θέαμα φεύγομεν. Apud Porphyrium de antro Nymphorum c. 34. ex Ruhnkenii conjectura τὰ ὑπουλα pro ἐπίβουλα legendum esse videtur: βουλεύεσθαι μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς καθεζόμενον σὺν αὐτῇ ὑπὸ πυθμένα ἐλαίας, ὅπως τὰ ἐπίβουλα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τέμῃ πάντα καὶ περικόψῃ. Cic. ep. ad Att. X, 11: interim venit Philotimus et mihi a te literas reddidit: quibus quae de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, sed habent nihil ὑπουλον, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil quod non quo velis uno sermone possis perducere." Schol. ad Nub. 1124. αἰγυπτιάζειν, τὰ ὕπουλα πράττειν. Etym. M. p. 711 — ὑπουλα γόνατα καὶ ὕπουλον πόδα καὶ ὕπουλον χεῖρα καὶ σῶμα τὸ φλεγμαῖνον διά τινας πληγὰς καὶ ἐγγὺς τοῦ ἀφίστασθαι ὄν. Consentiunt Etym. Gud. p. 545 et Suidas t. III, p. 563 qui praeterea affert ὕπουλα ἕλκη et Cratinum allegat. Hesych. II, p. 1477 ὑπουλος, ὑποπτος, δόλιος, ὑποκριτής, ὀλέθριος, ἀσυμφανής. ὑπουλα δὲ λέγεται τα μὴ φανερὰ τῷ ὀφθαλμῷ ἕλκη. A. Bekk. I, 68. Phot. p. 173. λυκοφιλίως, ὑπόπτως, ὑπούλως. οὕτως Μένανδρος. p. 462. Zonar. p. 510 v. διλόγους p. 646. v. εἰρωνεύσεται. p. 1769. 1786. Wyttenb. ad Plut. Mor. I, p. 292. II, p. 169.

συκοφαντώδεις. Sycophantae ex scriptoribus Atticis, inprimis oratoribus et poëtis comicis, satis noti sunt. Quanquam diversae ejus vocabuli etymologiae a veteribus traditae sunt, plurimorum tamen ex sententia nomen initio de iis hominibus, quibus cura imposita fuit ne fici ex Attica efferrentur providendi, valuisse refertur cf. Istri testimonium ex Atticis apud Athen. XIII, p. 74. ibidemque: Ἄλεξις δ' ἐν ποιητῇ φησίν· ὁ συκοφάντης (ea ratione comparandum foret cum παρασιτος, quod vocabulum et ipsum prin-

cipio in bonam partem usurpatum fuit) *οὐ δικαίως τοὔνομα Ἐν τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον. Ἔδει γὰρ ὅστις χρηστὸς ἦν ἡδύς τ' ἀνὴρ Τὰ σῦκα προστιθέντα δηλοῦν τὸν τρόπον. Νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἥδὺ προστεθὲν Ἀπορεῖν πεποίηκε, διὰ τί τοῦθ' οὕτως ἔχει. Φιλόμνηστος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων φησίν· ἐπεὶ καὶ ὁ συκοφάντης ἐντεῦθεν προσηγορεύθη, διὰ τὸ εἶναι τότε (τὰ) ἐπιζήμια κατὰ* (ita legendum videtur loco vulgati καί) *τὰς εἰσφορὰς σῦκα καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ἀφ' ὧν τὰ κοινὰ διῴκουν· καὶ τοὺς ταῦτα πράττοντας καὶ εἰσφαίνοντας ἐκάλουν, ὡς ἔοικε, συκοφάντας αἱρούμενοι τοὺς ἀξιοπιστοτάτους τῶν πολιτῶν.* Schol. ad Ar. Plut. 31. *λιμοῦ γενομένου ἐν τῇ Ἀττικῇ τινὲς λάθρα τὰς συκᾶς τὰς ἀφιερωμένας τοῖς θεοῖς ἐκαρποῦντο· μετὰ δὲ ταῦτα εὐθηνίας γενομένης κατηγόρουν τούτων τινὲς καὶ ἐκεῖθεν συκοφάνται λέγονται. ἄλλως. ἀπείρητο Ἀθήνησι μὴ ἐξάγειν ἐντεῦθεν ἄλλοσέ που σῦκα· βουλομένων οὖν τινων ἐξενεγκεῖν, ἱστάμενοι ἐν ταῖς τῶν πυλῶν ἐξόδοις ἄνδρες πανοῦργοι τὸ τούτων ἐξήλεγχον τέχνασμα ὃ περὶ τὴν ἐξαγωγὴν ἐποίουν. ἐκαλοῦντο οὖν οὗτοι συκοφάνται ὡς τὰ σῦκα φαίνοντες. ἐπεκράτησεν οὖν ἐξ ἐκείνου τοὔνομα πρὸς πάντας τοὺς πανούργους.* Schol. ad Arist. Plut. 874. loco Alexidis quem supra exscripsimus memorato haec leguntur: *οὕτω καλοῦνται οἱ ἐπηρεάζοντες ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. τὸ παλαιὸν ἀπειρημένον ἦν σῦκα ἐξάγειν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, τοῦ φυτοῦ κατ' ἀρχὰς θαυμαζομένου — ὅτι δὲ ἀπὸ τούτων γέγονεν, ἐκ τῶνδε δῆλον. συκαστὰς γὰρ τοὺς φιλεγκλήμονας ἔλεγον καὶ συκοβίους καὶ συκώρους καὶ συκολόγους καὶ φιλοσύκους καὶ συκώδεις καὶ συκόπαιδας, ἕως ἀπὶ τοῦ πάντας ἐγκλήματα ἐφέλκεσθαι.* Ceterum de illa lege ad ficos ex Attica non exportandas pertinente dubia admodum res est cf. Boeckh Staatsh. d. Ath. t. I, p. 45 sq., qui etiam aliam plane nominis *συκοφάντης* originem statuit. Sycophantarum autem malis ex artibus inprimis orta sunt crimina in optimates, animus ingratus in bene meritos et omnia omnino ea vitia, ex quibus *ἀττικὴ πίστις* aliaque ejusmodi proverbia effluxere.

παρατηρηταί observatores. Verbum unde descendit παρατηρέω infra legitur, μετ' οὐ πολὺ παρατηρηθείς eo loco quo de Thebanorum more sermo est lites dijudicandi.

τῶν ξενικῶν βίων. βίοι significare hoc loco videtur vivendi rationem, pluralis autem eam ob causam positus esse, quod de multis peregrinis atque etiam de diversis vitae generibus cogitatur. De vitae vero genere Strabo quoque plurali usus est l. III, p. 155. ὁμοειδεῖς γὰρ ἁπάντων οἱ βίοι. Etiam in nostro fragmento infra de Tanagraeis βίος numero plurali usurpatum est: τοῖς βίοις λιτοί. Stephanus παρ. τ. ξ. β. vertit *exploratores* vitae peregrinorum, quod cum sycophantia bene congruat: peregrinos enim urbis institutis non assuetos saepe aliquid commisisse, quod sycophantis indicandi daret occasionem. Haec quidem recte monuit, pro *exploratores* autem vocabulo maluerim *observatores* usurpatum fuisse, quippe quod cum tecta quadam speculatione quae in παρατηρητής inesse videtur melius conveniat.

μεγαλόψυχοι, magnanimi: hoc enim loco in bonam partem sine dubio accipiendum est, sicuti infra quoque de parte Thebanorum usurpatum; praecedenti vero loco οἱ δ' ἐνοικοῦντες μεγαλόψυχοι καὶ θαυμαστοὶ ταῖς κατὰ τὸν βίον εὐελπιστίαις non dubitandum est quin malo intelligendum sit sensu. Ita apud Platonem quoque seu quicunque fuit ejus dialogi auctor Alcib. II legitur p. 140, d. οὕτω μὲν οὖν καὶ τὴν ἀφροσύνην διειληφότες εἰσί· καὶ τοὺς μὲν πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἔχοντας μαινομένους καλοῦμεν· τοὺς δ' ὀλίγον ἔλαττον ἠλιθίους τε καὶ ἐμβροντήτους, οἱ δὲ ἐν εὐφημοτάτοις ὀνόμασι βουλόμενοι κατονομάζειν οἱ μὲν μεγαλοψύχους, οἱ δὲ εὐήθεις. Conferri potest Sall. de conj. Catil. c. 5: *vastus animus* immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat." Stephanus ab aliis quidem scriptoribus Atheniensibus accuratis verbis non tribui memorat μεγαλοψυχίαν, sed talia referri quae eam innuant, ut apud Heracl. Pont.: καὶ ἡ Ἀθηναίων πόλις, ἕως ἐτρύφα, μεγίστη τε ἦν καὶ μεγαλοψυχοτάτους ἔτρεφεν

ἄνδρας. Ceterum similis sententia de Athenis prolata est apud Platonem de legg. VI, p. 753 b: μέγα μέν, ὦ Κλεινία, φρονοῦσιν αἱ Ἀθῆναι, μέγα μὲν (δὲ) καὶ ἡ Σπάρτη καὶ μακρὰν ἀποικοῦσιν ἑκάτεραι. Gailius quoque ex Platonis de legg. hunc locum attulit, ubi Megillus Spartanus loquitur I, p. 642. c: ἀκούων γὰρ τῶν παίδων εὐθὺς εἴ τι μέμφοιντο ἢ καὶ ἐπαινοῖεν Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίους, ὡς ἡ πόλις ὑμῶν, ὦ Μέγιλλε, ἔφασαν ἡμᾶς οὐ καλῶς ἢ κακῶς ἔῤῥεξε. ταῦτα δὴ ἀκούων καὶ μαχόμενος πρὸς αὐτὰ ὑπὲρ ὑμῶν ἀεὶ πρὸς τοὺς τὴν πόλιν εἰς ψόγον ἄγοντας πᾶσαν εὔνοιαν ἔσχον. καί μοι νῦν ἥ τε φωνὴ προσφιλὴς ὑμῶν τό τε ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοί, διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι. μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης αὐτοφυῶς θείᾳ μοίρᾳ ἀληθῶς καὶ οὐτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί.

λογογράφοι qui accusandi studio dediti, si quis peregrinorum Athenis versantium προστάτην sibi non eligebat vel μετοίκιον non solvebat vel aliud ejusmodi aliquid peccabat, in judicium eum extemplo vocabant. Aliis in locis iidem dicuntur λογοποιοί, quod orationes coram judicibus habendas easque in aliorum quoque usum elaborabant. Qua de re classicus locus Platonis est Phaedr. p. 257 καὶ γάρ τις αὐτῶν, ὦ θαυμάσιε, ἔναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτὸ λοιδορῶν ὠνείδιζε καὶ διὰ πάσης τῆς λοιδορίας ἑκάλει λογογράφον· τάχα οὖν ἂν ὑπὸ φιλοτιμίας ἐπίσχοι ἡμῖν ἂν τοῦ γράφειν. Suidas t. II, p. 455 illo de vocabulo ita exposuit: λογογράφους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπὶ μισθῷ λόγους γράφοντας. ἦσαν γάρ τινες τῶν ῥητόρων λόγους τοῖς λέγουσιν εἰς τὰ δικαστήρια (γράφοντες). ῥήτορας δὲ ἔλεγον τοὺς δ' ἑαυτῶν λέγοντας. Schol. ad Plat. ed. Ruhnk. p. 63. λογογράφους γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπὶ μισθῷ λόγους γράφοντας καὶ πιπράσκοντας αὐτοὺς εἰς τὰ δικαστήρια· ῥήτορας δὲ τοὺς δι' ἑαυτῶν λέγοντας. Cf. praeterea Phot. p. 168 λογογράφος ὁ δίκας ἢ τοὺς δικανικοὺς γράφων Etym. Gud. p. 372. Hesych. t. II, p. 494. Stephanus λογογράφοι

vertit *rabulae*, causidicis Latinorum rabulis allatis cf. Cressol. theatr. sophist. p. 156. A. Boeckh l. l. p. 424. Hudsonus Theophrasti char. η allegavit, ubi haec leguntur verba: *ἡ δὲ λογοποιΐα ἔστι σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν.* Holstenius *λογογράφος* per *σοφιστής* interpretatus est Suida teste allato: *ἀπατῶν παρὰ τὸ σοφίζεσθαι, ὅ ἐστι λόγοις ἀπατᾷν.*

σείοντες verberantes, percutientes, tropico interpretandum sensu. Apud posteriores scriptores ut verbum *συκοφαντεῖν* de accusatione falsa vel maligna legitur contra aliquem instituenda, qui malarum artium metu litem solvere plerumque cogebatur. Conjuncta reperiuntur *σείειν* et *συκοφαντεῖν* apud Aristophanem et Antiphanem, cf. Phot. p. 373 *σεῖσαι τὸ συκοφαντῆσαι ἀπὸ τῶν τὰ ἀκρόδρυα σειόντων. Τηλεκλείδης Ἀμφικτυόσιν· ἀλλ' ὡς πάντων δε τῶν λῷστοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσαντες παύσασθαι δικῶν ἀλληλοφάγων. Ἀριστοφάνης Λαιταλεῦσιν· ἔσειον, ἤτουν χρήματ', ἠπείλουν, ἐσυκοφάντουν πάλιν.* Eadem apud Suidam leguntur t. III, p. 305, nisi quod priori poëtae comici loco *ἄλλων πάντων δέ* exhibetur, pro quo sine dubio *ἄλλων δὲ πάντων* rescribendum est. Aristophanis vero verba Kuesterus recte monuit ita restituenda esse: — *ἠπείλουν, πάλιν Ἐσυκοφάντουν.* Praeterea cf. Luc. Evang. III, 14 *μηδένα διασείσητε μηδὲ συκοφαντήσητε.* Hesych. I, 1257. II, 1163. 1165. *διασείειν.* Schol. ad Equitt. 66. 166. 259. 326. concutere, calumnia afficere. Ultimo loco: *τοὺς καρπίμους, τοὺς εὐπόρους τῶν ξένων διασείεις, τοὺς πλουσίους καὶ εὐπορουῦντας.* D. Heins. exerc. 5. p. 125. Vales. in Harpocr. v. *ἀνασείσας.* Stephanus nostrum ad locum Dicaearchianum *σείειν*, si pro *συκοφαντεῖν* positum testimoniis probari non posset, per *ἀνασείειν* explicari posse credidit, ad res novas sollicitare. Rectius idem doctissimus vir metaphoram *ἀπὸ τῶν τὰ ἀκρόδρυα σειόντων* ita illustravit, ut, quemadmodum arbori quoties succuteretur aliqua fructuum pars decideret, sic illi qui a sycophantis exagitarentur non solerent sine aliqua bonorum suorum jactura

eorum calumnias effugere. Ceterum Marxius quoque σείειν per συκοφαντεῖν, concutere interpretatus est: apud Latinos enim eodem plane sensu usurpata leguntur *concussio* et *concussor*. Sycophantarum ratio habita est plurimis locis, sicut apud Platonem Gorg. 521. c. ὡς μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, πιστεύειν μήδ' ἂν ἐν τούτων παθεῖν αἷς οἴεσθε ἐκποδὼν καὶ οὐκ ἂν εἰσαχθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ πάνυ ἴσως μοχθηροῦ ἀνθρώπου καὶ φαύλου. Athen. VI, p. 254 b. ὁ δυσμενέστατος Θεόπομπος, ὁ φήσας ἐν ἄλλοις, πλήρεις εἶναι τὰς Ἀθήνας διονυσοκολάκων καὶ ναυτῶν καὶ λωποδυτῶν· ἔτι δὲ ψευδομαρτύρων καὶ συκοφαντῶν καὶ ψευδοκλητήρων. De oratorum licentia quae Athenis obtinebat cf. Cleonis orat. apud Thuc. l. III, Xenoph. de rep. Ath., ubi item de poëtarum in theatro licentia verba fiunt.

εἰλικρινεῖς. εἰλικρινής sive εἰλικρινής eum significat, qui in solis lumine conspicitur ibique purus atque probus comprobatur. Ita legitur compluribus apud Platonem locis Phaed. p. 81 b — οὕτω δὴ ἔχουσαν οἴει ψυχὴν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἰλικρινῆ ἀπαλλάξεσθαι; Sympos. p. 781. d. καί τις ἂν γνοίη καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παιδεραστίᾳ τοὺς εἰλικρινῶς ὑπὸ τούτου τοῦ ἔρωτος ὡρμημένους atque loco ejusdem dialogi a Marxio allegato p. 29, ubi conjuncta reperiuntur εἰλικρινές, καθαρόν, ἄμικτον. Apud Xenophontem vero Cyrop. VIII, 5, 7 εἰλικρινής usurpatum esse videtur de exercitu per turmas seu catervas (εἴλη) disposito, quanquam etiam eo loco Passovio auctore de uno tantum eodemque cogitari potest vocabulo. Ceterum miram nostrae vocis etymologiam Zonaras protulit p. 632: εἰλικρινής, καθαρά. καὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ γράφεται. παρὰ τὴν ἕλην, ὃ σημαίνει τὴν θερμασίαν, καὶ τὸ κρίνω γέγονεν εἱλικρινής καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι εἰλικρινής. ὅτι ἐν τῇ ἕλῃ κεκριμένος. ἡ δὲ χρῆσις εἴρηται παρὰ Σοφοκλεῖ [Ἀριστοφάνει, ut videtur]· καὶ τῶν προσείλων (leg. πρὸς εἵλην) ἰχθύων ὠπτημένων. Addita deinde sunt quaedam de vocabuli ejus formatione, quod aut εἰληκρινής aut εἱλοκρινής fieri debuisse lexigraphus censuit. Illo eodem modo vox etymolo-

gice explicata est in Etym. M. p. 270 atque ita exposita: ἔστι γὰρ ὁ ἔχων λαμπρὰν καὶ καθαρὰν τὴν ψυχήν. Quocum Etym. Gud. p. 166 plane convenit, praeterquam quod in εἰλικρινής -ός -ή -ῶς plurima inter se mire confusa sunt. Cf. Suid. t. II, p. 24. εἰλικρινὲς τὸ καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς ἑτέρου. Hesych. I, p. 1107. εἰλικρινές, καθαράν, ἄδολον, ἀληθές, φανερόν. Ut ad locum vero Dicaearcheum redeam, Stephanum de εἰλικρινεῖς Gailius vana exposuisse existimat; sed quum Stephanus non aliud quam οἱ δὲ εἰλικρινεῖς Ἀθηναῖοι idem valere censeat ac si dixisset scriptor: ἐκείνου δὲ οἱ εἰλικρινεῖς Ἀθηναῖοι, Atticis antea generali Ἀθηναίων nomine comprehensis, cf. Strab. IX, c. 1 ἀλλ' Ἀθηναίους καλῶν τοὺς ἐν τῇ Ἀττικῇ πάντας κ. τ. λ., quanquam ii non fuerint Athenienses εἰλικρινεῖς i. e. sinceri s. puri Athenienses vel puri puti Athenienses: equidem plane nescio an haec ita sint absurda.

ἁπλοῖ τοῖς τρόποις. Apud Ciceronem simplex homo est purus, candidus atque sincerus et simplicis amicus. Similis significationis est quod apud Martialem legitur: „simplicibus dilectus ab amis."

παρεπιδημέω in verbo magna vis inesse mihi videtur in παρά praepositione, ab editoribus et interpretibus fere praetermissa. Significantur enim peregrini Athenis ita versantes, ut μετοίκια vel cetera sua officia negligant. Quam in rem conferri poterit Athen. XIII, 44. p. 581: Καὶ (Machon) Γναθαινίου τῆσδέ γε, τῆς θυγατριδῆς αὐτῆς, τάδε ἀναγράφει· εἰς τὰς Ἀθήνας παρεπιδημήσας ξένος Σατράπης πάνυ γέρων ὢν ἐνενήκοντ' ὡς ἐτῶν, Κρονίοις ἀπιοῦσαν εἶδε τὴν Γναθαίνιον Μετὰ τῆς Γναθαίνης ἐξ Ἀφροδισίου τινός. Τότ' εἶδος αὐτῆς τοὺς ῥυθμούς τε καταμαθὼν Ἐπυνθάνετο μίσθωμα πράσσεται πόσον Τῆς νυκτός;

δριμεῖς. Hesych. t. I, p. 1034. δριμεῖα μάχη· ἔνθερμος καὶ ἐνεργός. δριμύ, ὀξύ, σφοδρόν, θερμόν, ταχύ, δριμύς, ὀξύς, στυπτικός. Suid. t. I, p. 628. δριμέα, τὰ δριμύτατα. καὶ δριμεῖα, ἡ δριμυτάτη. Mira est ejus vo-

cabuli etymologia in Etym. M. p. 260 proposita: *περὶ τὸ τὰς ῥῖνας μύειν* (Hom. Od. ω, 319 *δριμὺ μένος προὔτυψε. ἢ παρὰ τὸ δόρυ καὶ τὸ μένος* schol. ad Il. σ, 322).

ἀκροαταί. Exspectabatur nomen quod universam magis haberet significationem. Sed sicut verba sensuum saepissime inter se confunduntur, cf. e. gr. Soph. Oed. Col. 138 *φωνῇ γὰρ ὀρῶ, τὸ φατιζόμενον*, Musaei v. 5 *νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω*, ita neque per se a veri specie absonum est idem in nominibus ejus significationis obtinere, et scriptorum usu satis comprobatur cf. Thucyd. III, 38 *αἴτιοι δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων*, quo quidem loco non sine causa in aperto est Cleonem verba ita usurpasse. B. Anecd. I, 87 *γεύεσθαι οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἐσθίειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ὀσφραίνεσθαι, ὡς ἐν τῷ βίῳ γεύεται μύριον. Εὐριπίδης Κύκλωπι.* (Post rectissimam Hermanni explicationem vereor ut hunc ad usum accurate quadret. Neque Horat. Carm. II, 1, 19 sqq. huc retulerim. Audire magnos jam videor duces Non indecoro pulvere sordidos Et cuncta terrarum subacta Praeter atrocem animum Catonis, — quem locum Mitscherlichius rectissime ita illustrat: „animo jam mihi fingo, qua vi, quo spiritu, quanto quum vocis tum orationis vigore res a ducibus in pugna fortiter ac strenue gestas expositurus sit, ut paene ipsos pugnam obeuntes bellique pulvere adspersos oculis videre sit.“) Ceterum illo de usu cf. Lennep. ad Coluth. 71. Abr. et Gottleb. ad Thucyd. II, 49. Brunck. ad Soph. Oed. Col. 138. Barth ad Stat. Theb. II, 101. III, 176. Passov. ad Mus. p. 172. Quod vero ad Atheniensium spectandi cupiditatem, locus conferri potest Athenaei XI, 13, p. 464. e: *ἡμεῖς οὖν, ὡς καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐγένετο, ἅμα ἀκροώμενοι τῶν γελωτοποιῶν τούτων καὶ μίμων, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ὑποπίνωμεν.*

διὰ τὰς συνεχεῖς. Cogitare licet de voce *ἑορτάς* aut a scriptore omissa, utpote intellectu facillima, aut temporum incuria ejecta, nisi forte statuere malumus verba

corrupta fuisse pro eo quod antea fuisset *διὰ τοῦ συνεχοῦς*, ita ut adverbialis notio efficeretur *συνεχῶς*. Quem in modum verbi causa apud Thucydidem I, 14 *διὰ πάσης* legitur. Stephanus aliquod deesse substantivum existimavit in eundemque sensum alius aliquis vir doctus, quem Rittershusius ad Porphyr. vit. Pyth. 18. deinde secutus est, vel *σχολάς* vel *ὁμιλίας* vel *ἀσκήσεις* intelligendum esse mente suspicatus est. In Zosimadum editione hoc de loco ita exponitur: *ἀναπληρωτέον ἔοικε τὸ χωρίον, προστιθεμένου τοῦ θέας ἢ σχολὰς ἢ ἀσκήσεις ἢ ἄλλου τοῦ παραπλησίου τούτοις.* Casaubonus *θέας*, Gronovius autem *στοάς* addendum esse censuit, quippe in quibus omnis artificii experimenta patuissent, picturae, statuae etc. (sed tunc aptius futurum fuisse mihi videtur *διὰ τὰς συχνὰς στοάς*). Hoeschelius ea verba *διὰ τὰς συνεχεῖς*, quum a libro manuscripto abessent, asterisco notavit. Quum igitur in l. ms. absint ea verba, eo magis prona est conjectura, qua verba *διὰ τὰς συνεχεῖς* ut videtur *θέας* ex praecedentibus ad hunc locum explicandi causa adscripta fuisse conjiciamus. Marxius ex praecedentibus verbis *τέχνας* fortasse mente repeti posse conjecit. Jacobsii conjectura ad Ach. Tat. p. 593 prolata haecce est elegantissima: *δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἐρασταὶ διὰ τὰς συνεχεῖς ἀκροάσεις*, cujus tamen emendationis de necessitate Osannus merito dubitavit. Buttmannus denique rationem quae certa esset aegre inveniri posse statuit.

Locus omnis a Gailio ita versus est: „ex incolis alii sunt Attici, alii Athenienses. Attici quidem curiose loquaces, vafri, sycophantae, exploratores vitae peregrinorum: Athenienses vero magnanimi, simplices moribus, amicitiae sinceri cultores. Quidam autem rabulae per urbem discurrunt, mendaciis exagitantes *hospites* et peregrinos divitiores. Quos simulac populus prehendit, gravi multa opprimit. Sed puri puti Athenienses acres artium auditores propter (spectaculorum) frequentiam.“

τὸ καθόλου κ.τ.λ. Locus ab Hemsterhusio laudatus est ad Luc. Nigr. p. 246 Bip., illustratus uberrime a Creu-

zero in oratione de civ. Athen. p. 59, qui quidem vir doctissimus comparationis fundum apud Herodotum I, 60 positum esse arbitratur: *εἰ καὶ τότε γε οὗτοι ἐν Ἀθηναίοισι τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισιν εἶναι Ἑλλήνων σοφίην μηχανῶνται τοιάδε.* Athenarum laudes a plurimis scriptoribus celebratae sunt, verbi causa a Platone in Protagora p. 337. d: *ἡμᾶς οὖν αἰσχρὸν τὴν μὲν φύσιν τῶν πραγμάτων εἰδέναι, σοφωτάτους δὲ ὄντας τῶν Ἑλλήνων καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο νῦν συνεληλυθότας τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας καὶ αὐτῆς τῆς πόλεως εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον τόνδε.* Athenaeus (V, p. 187. d. conf. VI, p. 254. b.) Athenas dicit *τὸ τῆς Ἑλλάδος Μουσεῖον, ἣν ὁ μὲν Πίνδαρος Ἑλλάδος ἔρεισμα ἐφη, Θουκυδίδης* (auctor vitae Euripidis *Θουκυδίδης ὁ ξυγγραφεύς* Jacobs ad Anthol. I, 1, 335. vel Thugenides potius, ex aliorum autem sententia Timotheus, aliorum denique judicio Theophilus cf. vit. Thucyd. in ed. Goell. p. 3) *δ' ἐν τῷ εἰς Εὐριπίδην ἐπιγράμματι Ἑλλάδος Ἑλλάδα, ὁ δὲ Πύθιος ἑστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων.* cf. Athen. I, p. 20. b. *προσέτι τε τὴν λαμπροτάτην πόλεων πασῶν ὁπόσας ὁ Ζεὺς ἀναφαίνει, τὰς Ἀθήνας λέγω.* Judaei hominis dictum hocce est: pupilla quod in oculo est, hoc sunt in Graecia Athenae; quod in animo mens (*ἡ ἐν ψυχῇ λογισμός*), in Graecia Athenae.“ Menandr. rhet. de encom. p. 71. *καὶ εἰ μὲν ἀπ' ἀρχῆς τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ὅτι προβέβληται ἀντ' ἄλλου φυλακτηρίου, ὥσπερ ὁ Ἀριστείδης· τοῦτο γάρ φησιν περὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων.* Ceterum reliquorum quoque Graecorum elegantia satis comprobata est testimoniis Ciceronis, Nepotis aliorumque scriptorum.

ἔνι. Quam maxime falsae sunt veterum grammaticorum et lexigraphorum sententiae de *ἔνι, ἔπι, πάρα* et *μέτα* ex *ἔνεστι, ἔπεστι, πάρεστι* et *μέτεστι* per apocopen efformatis, quum satis perspicuum sit eum particularum usum inde repetendum esse, quod copula utpote intellectu facillima a scriptore omittebatur. Cf. Etymol. M. p. 701. Etym. Gud. p. 189. Zonar. p. 194. 748.

τὰς ἑταίρας. Meretricum multitudo Athenis longe maxima fuit, ex Isocrate urbem ipsam cum meretrice comparante, Aeliano, Athenaeo cf. v. c. XIII, p. 583, et aliis auctoribus satis nota. Singularibus libris de Athenarum meretricibus quae in *Χρείαις* quoque Machonis amplum locum habuerunt Apollodorus, Aristophanes, Ammonius, Antiphanes (Callistratus XIII, 591. d) et Gorgias Atheniensis egisse memorati sunt, cf. Athen. XIII, p. 567. a. Apollod. bibl. ed. Heyne t. I, p. 451. Quorum Aristophanes Byzantius centum triginta quinque meretrices enumerasse relatus est, Apollodorus etiam plures commemorasse cf. Athen. XIII, p. 583. d. Jons. script. hist. phil. I. 6. p. 34. Quae iidem ἑταιρογράφοι de meretricum cognominibus exposuerunt, inprimis apud Athenaeum conservata, eorum nonnulla exscribere hocce loco non alienum est. Phanostraten Apollodorus tradidit *Φθειροπύλην* cognominatam fuisse, *ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς πύλης ἑστῶσα ἐφθειρίζετο*, Etym. M. p. 714. Athen. XIII, 586. Harpocrat. Phot. p. 467, Stagonium et Anthin sorores *Ἀφύας* vocatas esse, *ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον* cf. Athen. l. l., Phrynarum vero meretricum alteram appellatam esse *κλανσιγέλωτα*, alteram *σαπέρδιον* cf. Athen. XIII, 591. c. Idem Apollodorus ex Harpocrationis testimonio Nannium Capram dictam esse retulit, quam eandem Antiphanes minor *προσκήνιον* nuncupatam esse prodidit Photio auctore p. 210 *διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐπορωτέραν εἶναι.*

ὁ στίχος Ἀνσίππου. Stephanus Dicaearchum dicit non alia utentem praefatione testes comicos ita citare solere, dicentem tantummodo *οἱ στίχοι* vel *ὁ στίχος*. Rectissime contra Buttmannus: „sic nullus scriptor locos ex aliis scriptoribus laudare solitus est. Hoc compilatorem redolet.“ Stephanus et in schediasm. VI, 17 et in thes. Gronov. vol. XI *οἱ στίχοι* exhibuit, quam lectionem Marxius, Graevio quoque auctore, et ex more Dicaearchi, in contextum recepit. Eandem Buttmannus comprobavit. Singularis vero *ὁ στίχος* in editionibus Hudsoni, Holstenii et Zosimadum legitur pro-

latus neque non apud Rittershusium ad Porphyr. l. l. eumque Naekius, si vetus esset lectio, id quod veri specie non caret, retineri posse rectissime censuit, quum ad primos tantum tres versus referendus esse videretur, quorum unusquisque nihil aliud quam eandem sententiam vario modo expressam contineret. Lysippi comici poëtae, de quo Meinekius quaest. scen. II, p. 50 sq. exposuit et de cujus aetate incerta etiam Osannus in recensione Quaestionum Dicaearchearum Buttmanni conferendus est, praeter alias fabulas Bacchae et Thyrsocomus memorantur. Cujus hic fortasse est versus ab Hesychio I, 747 servatus: *κύων δέ τις ἐβόα δεδεμένος ὥσπερ Βούδιος*, quod posterius nomen Seleucus per *ἄφρων, ἀνόητος* explicuisse adnotatus est. (Animadversu vix opus fuerint, illi nomini *Βούδως* cum Budiis Medorum generi ab Herodoto I, 101 proditis nihil commune intercedere videri. cf. C. Halling de flava gente Budinorum dissertatio Berolini 1834. 8.) Cf. Suid. II, p. 476 v. *Λύσιππ. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Βάκχαι· ὡς Ἀθήναιος λέγει ἐν γ' τῶν δειπνοσοφιστῶν καὶ ἐν τῷ η'* (Ath. III, 124. d. VIII, 344. e) *καὶ ἕτερα αὐτοῦ δράματα ὡς Θυρσοκόμος.* Hesych. I, 747 *Ἀγερσικυβῆλις. Κρατῖνος ἐν Δραπέτησιν ἐπὶ Λάμπωνος τὸν αὐτὸν ἀγυρτὴν καὶ κυβηλιστὴν εἶπεν, οἱονεὶ θύτην καὶ μάντιν. κύβηλιν γὰρ ἔλεγον τὸν πέλεκυν. ὅθεν καὶ Λύσιππος ἐν Βάκχαις τὸν αὐτὸν ἀγυρτὴν κωμῳδεῖ.* An vero Photii loco de Lysippo comico cogitandum sit, magnopere dubium est cf. p. 368. *σάμακα. Ἐρατοσθένης ἐπέδωκε τὸν φορμόν. ἄμεινον δὲ τὸν τοξικὸν κάλαμον. οὕτως Λύσιππος.* Vossius P. Gr. p. 227 et Fabricius bibl. Gr. II, 310 inter tragicos falsissime retulerunt. Qui proximi sequuntur tres versus saepe memoratos et explicatu satis faciles ab iis qui excipiunt plane separandos esse jam Casaubonus intellexit. Eandem Naekius l. l. protulit sententiam, quum in posterioribus versibus de sola Rhodo sermo esse videretur, in illis vero urbs Athenarum praedicaretur. Postremos vero novem versus idem vir doctissimus perturbatione quadam nostrum in locum irrepsisse

suspicatur atque adeo dubitari posse conjicit, num in Dicaearchi opere extiterint. Quanquam enim veri simile esset eos versus ejusdem esse Lysippi, minime tamen inde consequi statuit, ut hunc ad locum adscripti fuissent, sed quod utrique a Lysippo confecti fuissent eam ob causam a quodam librario fortasse inter se conjunctos fuisse. Etiam Osannus tres priores a versibus qui sequuntur omnino segregandos esse existimavit, sed num hi quoque versus Lysippo adscribendi essent, in dubio reliquit. Quam eandem jam Hudsonus protulerat sententiam, posteriores versus item arbitratus loco suo dimotos neque ad Athenas, sed ad Rhodum referendos esse. Stephanus non aliud quam cogitari posse statuit eundem comicum scripsisse atque illis subjunxisse. Buttmannus inde quoque apparere censuit tres illos versus a sequentibus plane sejungendos esse, quod in iis esset diversum dicendi genus: cujus quidem rationem me nondum percepisse confiteor. Ceterum excerpendo factum esse statuit, ut inter se conjungerentur. Stephanus priores tres versus ita vertit: „tu truncus es, si non Athenas videris, Si visae Athenae non inescant, asinus es; Si non grave has relinquere, es cantherius.“ Rittershusius l. l. hunc in modum: Si nunquam Athenae sunt tibi visae, truncus es, Sin visa ea urbs te haud cepit, asinus es morus. Visam relinquis curriculo? mihi mulus es.“

στέλεχος vocabulum cum στελεός, στελεόν cognatum caudicem, truncum significat. Etym. M. p. 658 v. στέλεχος. εἰ μὲν ὁ κορμὸς ἦγουν ἡ ῥίζα, παρὰ τὸ τέλος ἔχειν ἢ παρὰ τὸ στερεόν· εἰ δὲ οἱ ἄνω τῆς κορυφῆς κλάδοι, παρὰ τὸ εἰς τέλος ἔχεσθαι. p. 618. πολυστέλεχος ὁ πολύπρεμνος· ἀπὸ τοῦ στέλεχος. Etym. Gud. p. 510 eadem exhibet quae in priori Etymologici Magni loco leguntur, nisi quod sub finem haec adjiciuntur: τοῦτ' ἔχειν ἔχεσθαι Hesych. II, 1263 στελέχια, πρέμνα, alio loco: πρέμνα τα· ἰσχυρὰ στελέχη τῶν καταβλαστημάτων. στέλεχος, κορμὸς ξύλου, κλάδος, cujus postremae vocis loco Heinsius καυλός legendum esse conjecit. Sed cf. Zonar. p. 1676

στελέχη οἱ κλάδοι. καὶ στέλεχος ὁ κορμὸς τοῦ δένδρου (*ὁ στέλεγχις*). Cf. praeterea Suid. III, p. 370. H. Steph. thes. III, 992. b. A Stephano hunc ad locum ex orationibus Ciceroni aliquando adscriptis de arusp. resp. et in Pisonem haecce prolata sunt: „non plus quam stipitem illum qui quorum hominum esset nesciremus“ et: „sed qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo“, ex Terentio Heautontim. act. V, sc. 1: „in me quidvis harum rerum convenit, Quae sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.“ Ceterum Stephanus Dicaearchum censet etiam majus aliquid significare voluisse, quem in modum Persius de quodam dixerit: „cui cornea fibra est“: ad eum enim pertinere qui quamvis ejus aures infinitis urbis laudibus quotidie personarent nulla tamen ejus visendae cupiditate tangeretur.

ὄνος. Stephanus non in universum dici existimat, sed *ὄνου λύρας* respici sive *λύρας ἀκούοντα* cf. Gell. noct. Att. III, 16: „hodie quoque in Satira forte M. Varronis, quae inscribitur testamentum, legimus verba haec: „si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus genuntur, ei si erunt *ὄνοι λύρας*, exheredes sunto etc.“ Stob. serm. ed. Schow t. I, p. 116. *παροιμία· ὄνος λύρας ἦκουε καὶ σάλπιγγος ὗς*. Mart. Capell. VIII, 807. „Saltem Prieniae ausculta nihilum gravate sententiae: *μὴ ὄνος λύρας καιρὸν γνώτω!*“ illud de asino notissimum: *ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει*. Qui enim Athenis versatus voluptatum sensu non affectus fuerit, cum ejusmodi asino a Lysippo comparari.

εὐαρεστῶν. Mira ejus vocabuli etymologia proposita est in Etymologico Magno p. 352. *ἐκ τοῦ εὖ καὶ τοῦ ἀρετῶ, πλεονασμῷ τοῦ σ· τοῦτο παρὰ τὸ ἀρετή· τοῦτο παρὰ τὸ ἐρῶ, ἐρατὴ καὶ ὑπερβεβασμῷ ἀρετή*. Cf. Etym. Gud. p. 216. Hesychius contra I, 1491 nihil aliud quam *εὐάρεστον* per *πάνυ ἀρέσκοντα* explicat et Suidas t. I, p. 881 ita exponit: *εὐάρεστος, εὐαρεστῶ δοτικῇ*.

καυθήλιος. Stephanus *καυθήλιον* exhibuit et asinum

clitellarium significari censuit, quanquam is *κανθήλιος* potius diceretur quam *κανθήλιον*, quod clitellum innueret, ita ut mendi oriri posset suspicio. In textis editionis Manzianae et Zosimadeae legitur *κανθήλιον*, quanquam in hac adnotatum est: *γραπτέον ἴσως κανθήλιος*. Marxius *κανθήλιον* vulgo legi memorat quod clitellam significet, quum *κανθήλιος* Suida teste *ὄνος μέγας* indicetur coll. Fisch. ad Plat. Symp. c. 37. Schaef. ad Lamb. Bos. de ellips. p. 353. Gailius *κανθήλιος* jam ab Hudsono conjiciendo prolatum exhibuit collat. Arist. Vesp. v. 170. *μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ', ἀλλ' ἀποδόσθαι βούλομαι Τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις* (?). *κανθήλιος* a *κάνθων* repetendum est vocabulum et cum *κάνθαρος* cognatum, *κάνθων* vero magnum significat asinum atque *κάνθαρος* Zonarae lexico p. 73 per *μέγας* illustratur, abs qua significatione locus Aristophaneus Pac. v. 119 plane alienus est: *αἶρ' αἶρε μάζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ*. Quanquam etiam antecedentibus verbis nescio an ea explicatio recta existimanda sit: *Αἰτναῖοι κάνθαροι, οἱ μεγάλοι*, pocula Aetnaea, magna. *Κανθήλιος* autem asinus magnus est, onerarius, Latinis cantherius dictus cf. Xenoph. Cyrop. VII, 5, 6. Memorab. IV, 4, 6. Plat. Sympos. p. 221. e. *ὄνους γὰρ καινθηλίους λέγει καὶ χαλκέας τινὰς κ. τ. λ.* Gorg. p. 299. b., tropico autem deinde sensu stultum quoque vel brutum significat. Cf. Schol. ad locum Platonis adscripta: *καινθηλίους τοὺς βραδεῖς νοῆσαι ἢ ἀφυεῖς· ἀπὸ Κάνθωνος ὃς ἐστιν ὄνος εἰρημένοι· ὃς πάλιν ἀπὸ τῶν καινθηλίων, τῶν ἐπιτιθεμένων αὐτῷ ἐπικαμπῶν ξύλων, τουτέστι σαγμάτων, ὀνομάζεται οὕτως.* Schol. ad Arist. Vesp. v. 170 *καινθηλίοις, ὄνοις μεγάλοις. καινθίς, ὀνίσκη, ὄνος. καινθήλια — καὶ τὰ σάγματα τῶν ὄνων καὶ τὰ τούτοις ἐπιτιθέμενα λύγινα πλέγματα.* Schol. ad Avv. 1563 — *ὡς Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισιν· ἐνέβαινε σιγῇ Πείσανδρος μέγας αὐτὸς ὥσπερ Διονυσίοισιν οὐπὶ τῶν ξύλων, ἐλαίας ἔρεισιν ὄνον καινθήλιον.* Suid. t. II, p. 238. *καινθήλιος, βραδὺς νοῆσαι ἢ ἀφυὴς ἢ ὄνος μέγας. Ξενοφῶν λέγει· ἐν Βαβυλῶνι οἱ φοίνικες οὐ μεῖον ἢ*

πλεθριαῖοι τὸ μέγεθος γίνονται. οἳ δὴ πιεζόμενοι ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ ὄνοι κανθήλιοι. καὶ Πολύβιος· ἐν γὰρ τοῖς ἐπιδεδεμένοις φορτίοις τὰ κανθήλια λαβόντας ἐκ τῶν ὄπισθεν προθέσθαι πρὸ αὐτῶν ἐκέλευσε τοὺς πεζούς. οὗ γενομένου συνέβη παρὰ πάντας χάρακας ἀσφαλέστατον γενέσθαι τὸ πρόβλημα. Photii quoque locus lex. p. 98 conferri potest: καινθήλιοι, τοὺς βραδεῖς καὶ νωθεῖς οὕτως λέγουσιν μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ὄνων. καινθήλιοι, ὄνοι. καὶ τὰ ἐπὶ τῇ πρύμνῃ σκηνώματα τῶν στρατηγῶν. καινθήλιος, βραδὺς νοῆσαι ἢ ἀφυής. κάνθων, ὄνος. Mira vocis καινθήλιος etymologia legitur in Etym. Gud. p. 297: καινθ. ὁ ὄνος παρὰ τὸ ἐλεῖν τὰς ἀκάνθας. Sed ut illuc redeam, unde abii, versum nostrum Stephanus duobus modis explicari posse credidit, aut ita: „si, quum earum spectator fueris, aequo animo discedis, non jam es asinus tantum vocandus, sed asinus clitellarius," aut hoc modo: „si earum spectator fueris et tibi contigerit, ut irretireris, aequo tamen animo discedis, dignus es qui asinus clitellarius appelleris." Posteriorem autem rationem praetulit. Idem verbis postremis meretrices respici suspicatus est, quae jugum suum quantumvis durum ferre cogerent.

Jam accedimus ad eos versus explicandos, quos difficillimos quondam et fere desperandos haud immerito Osannus praedicaverat. Naekius autem jam Casaubonum a vero eorum intellectu quam proxime abfuisse statuit, ut ex plurimis ejus lectionibus colligere liceret ab Hudsono p. 10 viri docti et κριτικωτάτου nomine allatis.

v. 1. Stephanus ita exhibuit: αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνίς, ἦ, ῥόδοις ἴσον et sequenti deinde versu ἔχει proposuit. Vulcanius δι' ἴσην legit, Holstenius ἴσην scripsit atque Manzius δισσὴν ἴσην protulit. Graevius pro ῥόδοις scribendum esse censuit ῥόδων idemque, ut ex loci natura veri simile efficitur, pro ἴσην vel δισσήν intulit δίχην. Quem de hoc loco Marxius consulerat Hermannus hoc et sequentibus versibus Athenas censuit a Rhodio praedicari

nec non tamen ita, ut de peregrinorum et inprimis Rhodiorum contemtu Athenis obtinente verba interjicerentur. Quam ad sententiam reliquorum versuum argumento multo magis crediderim virum doctissimum adductum esse, quam facilitate ῥόδοις vocabuli in primo versu cum Ῥοδίοις commutandi. Quanquam Stephanus ridiculum esse existimaverat, si cui ῥόδοις vox suspecta ansam praeberet de Rhodiis vel de Rhodo cogitandi. Ceterum Buttmannus, qui eandem cum Hermanno habet sententiam de Rhodio quodam his versibus verba faciente, illam conjecturam minime necessariam arbitratur, quod celebre Solis festum commemoratum Rhodium quendam loqui satis accurate significet. Etiamsi vero luce clarius apparet de Rhodiorum Solis cultu, qui ceteris Graecis fortasse nimius videretur, sermonem esse eamque ob causam iis irrideri, in eam tamen potius decedo sententiam, qua Atheniensem vel alium quendam Graecum Rhodi commorantem istud Solis majus studium sale perfricare cogitamus. Pro certissimo enim statuendum esse videtur hosce quos illustramus versus forte fortuna hunc in locum reliquiarum Dicaearchianarum immigrasse, ita ut nobis nulla necessitas imposita esse appareat de Athenarum urbe cogitandi. Cujus sententiae de veritate Naekius atque Osannus mihi satis persuaserunt, quanquam alter alteram in ipso versu constituendo secutus est rationem. Namque Naekius quae viri docti de omni hoc loco exposuissent eorum nihil sibi plane placere professus versum primum talem exhibuit: αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνὶς ἡ ῥόδων δίκην, sequenti autem versu, sicuti antiquiores quoque, quantum equidem scio, praeter Stephanum omnes editores, ἔχουσα in medium protulit. Per αὕτη vocabulum Rhodum significari statuit, quod nomen etiam per ῥόδων respiceretur. Quanquam vero ἡ ῥόδοις ἴσην Εὐωδίαν explicari atque optime defendi posset et simplicior verborum existeret conjunctio quam Homericum quod suspicione non careret κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, cf. Hom. Il. ρ, 51., simpliciorem tamen et elegantiorem Naekius censuit scripturam vulgatae lectioni ἡ ῥόδοις

δισσήν non minus propinquam: *ἡ ῥόδων δίκην*. Osannus contra in recensione editionis Buttmannianae versum qualem ipse legendum proposuit *αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνὶς ἡ ῥόδοις ἴσην* vulgatae lectioni multo propiorem esse existimavit, quam a Naekio ita emendatum: *ῥόδων δίκην*. Quam autem conjecturam censor musei Rhenani Ephemerr. scholast. 1833. II, 85 in medium protulerat, *Ἑλληνική* pro *Ἑλληνὶς ἡ* scribendum, optime eo refutavit, quod in adjecto articulo aliquid solemne inesset affectui loci accommodatum, allata simul inscriptione in Athenarum porta superstite Stuart. Antiq. Ath. II, p. 411: *αἵδ' εἰσ' Ἀθῆναι, Θησέως ἡ πρὶν πόλις*. Gailius denique *ἡ ῥόδοις δισσήν* exhibuit. Sed equidem non dubitaverim, quum antiqua et genuina exstaret lectio *ἡ ῥόδων δίκην*, eam a librario quodam verbis *ἡ ῥόδοις ἴσην* explicatam fuisse, posteriori autem tempore factum esse, ut alii *ῥόδοις ἴσην* exhiberent, alii falsam cum vera commixtam lectionem in medium proferrent *ῥόδοις δίκην*, et hujus postremae vocis loco aut fortuito aut consulto, quum *δίκην* ita conjunctum non admitteret explicationem, *δισσήν* efformatum fuisse.

v. 2. Pro codicum lectione aliquando vulgata *εὐωδίαν ἔχουσα καὶ ΑΜΑΛΗΔΙΑΝ* jam Vulcanius restituendum esse censuit: *εὐωδ. ἔχ. καὶ ἅμ' ἀηδίαν*. Stephanus talem exhibuit versum: *εὐωδίαν ἔχει τε χ' ἁμ' ἀηδίαν*. Contra Graevius loco vocis sine dubio corruptae scribendum proposuit *ἁμ' ἀηδέα*, Gronovius autem demonstrare studuit pro *αμαληδιαν*, cui vocabulo superscripta duo puncta codex exhibet ab eo collatus, *ἀμαληχίαν*, quod refrigerium significaret, emendandum esse. Quam conjecturam ut omni ab parte comprobaret, ad Valesium provocavit qui ad Harpocrationem doceret de frigido praeter *μάλκη* etiam *ἀμάλκιον* in usu fuisse. Eo vero loco pro *μάλκαι* Gronovius suspicatus est scribendum esse *ἀμαλακίαι*, quod vocabulum explicare liceret per *αἱ μαλακίαι καὶ δυσκινήσεις*. Vulcanii, Stephani, Holstenii et aliorum lectionem *ἀηδίαν* Hermannus merito retinuit, quamvis a ceteris in eo recedens, quod pro

καὶ ἅμ' scribendum esse existimavit χἄμ'. Quem deinde Naekius secutus est, ad ἀηδίαν comprobandum ejusque significationem demonstrandam allato Posidippi fragmento item in reliquiis Dicaearchianis superstite hocce: τί προσδιατρίβων συλλαβαῖς καὶ γράμμασι Τὴν εὐτραπελίαν εἰς ἀηδίαν ἄγεις; Quod autem ad comparationem cum rosis factam, idem doctissimus vir proverbium nostrum, quo nullam esse sine spinis rosam significamus, allegavit quanquam his versibus majorem injucundi, quod cum suavitate junctum esset, quam jucundi rationem haberi rectissime adnotavit. Neque tamen praetermisit, quod apud veteres scriptores rosae spinarum mentio non frequentissima fieret ad injucundi aliquid significandum, accuratissime animadvertere. Sed non plane alienos ab illa cogitandi ratione scriptores classicos exstitisse aliquot locis comprobavit allatis, quorum non inelegantissimus hicce ex Claudiano est XIV, 7: Non quisquam fruitur veris odoribus, Hyblaeos latebris nec spoliat favos, Si fronti caveat, si timeat rubos. Armat spina rosas, mella tegunt apes." Ex nostra denique lingua rimam hancce attulit satis antiquam: „Daß man der Dornen acht, Das haben die Roſen gemacht; ſind aber die Roſen gefallen, aus dem Dornſtrauch macht ſich niemand etwas mehr." Buttmannus quoque χἄμ' ἀηδίαν pro vera emendatione habendum esse existimans καὶ ἅμ' ἀηδίαν scribi posse suspicatus est, quod nihilo minus per synizesin non secus pronuntiandum esset atque χἄμ' ἀηδίαν. Qua de ratione Osannus haud immerito dubitavit, χἄμ' ἀηδίαν neque vero ut a ceteris factum esset χἄμ' ἀηδίαν exhibendum esse arbitratus.

v. 3. Vulgata exstiterat lectio: τὰ γὰρ ΑΛΙΕΙΤΑ μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει, quam enim sententiam de versu, ita ut ἄγει defuisset, olim manco Naekius proposuerat, postea immutavit quum Stephanum et Hudsonum haud aliter atque supra factum est versum exhibere et ἄγει in editione Marxii omissum nonnisi typographorum vitio adscribendum esse videret. H. Stephanus pro αλιειτα et αλιαχον

non magnopere arridere existimavit ἁλιευτικά et ἁλιευτικόν, quod quidem posterius etiam ad sequentem versum non quadraret. Piscium enim venditores a comicis haud raro exagitari dicit, qua de re conferas si libet Athen. VI, 3 sqq. p. 224 sqq., non item piscatores. Neque bene cogitari de ἡλιαίᾳ, ita ut ἡ λευκή deinde significaretur ἡ σώζουσα, ἡ λευκὴ ψῆφος, neque de Rhodiorum festo, quod Ἅλια vocarentur. Ceterum ipse varias emendandi rationes, quanquam explicatione non addita, in medium protulit: ita enim exhibuit: τὰ γὰρ Ἁλίειά μ' εἰς μεγάλην σχολὴν ἄγει, sed pro σχολὴν legi posse χολὴν suspicatus est. Graevius autem, ut vocabulum quod plane non intelligeret de medio tolleret, hunc in modum rescribendum esse conjecit: τὰ μεγάλ' ἀνεὶς vel τὰ μεγάλ' ἐν οἷς: ita vero vereor ne, quum vitare vellet Charybdin, in Scyllam inciderit. Gronovius versum ita corrigendum esse censuit: τὰ γὰρ ἁλεεινὰ μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει, quae verba quum de magno Solis aestu interpretanda essent sequenti quoque versu τὸ δὲ ἁλιακὸν ἔτος etiam accuratius illustrari confidebat. In Holstenii editione versus talis propositus fuit: τὰ γὰρ ἁλίεια μεγάλην μ' εἰς χολὴν ἄγει, in ea dico quam novis curis Manzius emisit, quum in antiquiori talis hujus loci lectio exstare referatur: τὰ γὰρ ἁλίειά με μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει. Pronomine plane omisso Gailius in contextis hanc lectionem proposuit: τὰ γὰρ ἁλίεια μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει. Hermannus, cujus sententiam de omnibus his versibus ad Athenas referendis jam supra attuli nescio an satis rectam, difficultates removere studuit ita emendando: τὰ γὰρ Ἁλιεῖ' ἐκεῖ μεγάλην σχολὴν ἄγει, quibus verbis hunc inesse statuit sensum: „de solis enim festo ibi nemo cogitat.“ Naekius quum initio scribendum esse censuisset τὰ γὰρ Ἁλιεῖα τὰ μεγάλ' οὐ σχολὴν ἄγει in appendice deinde ita emendandum esse arbitratus est: τὰ γὰρ Ἁλιεῖα τὰ μεγάλ' εἰς σχολὴν ἄγει. Praestare enim existimat, si non solum de injucundis quae Rhodi exstarent, quem quidem ad modum in priori conjectura fieret,

sed etiam de suavitate, qua Rhodi versantes fruerentur, verba fierent. Quanquam enim cogitari posset, jucunda praecedentibus verbis exposita aut a poëta silentio praetermissa fuisse, quippe qui satis cognita judicaret atque principi consilio moveretur Rhodo irridendi: concedendum tamen sine dubio existimavit, multo elegantiorem evasurum esse locum ratione jucunditatis quoque aliqua habita. *Τὰ μεγάλ'* autem, quod jam a Graevio quamvis in verborum conjunctione explicatu difficillima propositum fuisse vidimus, eam ob causam Naekius statuit in *μεγάλην* abiisse, quod apostrophus non observaretur aut quod ex *ἁλιεῖα τά* factum fuisset *αλιειτα*, ita ut simplicius esse videretur adjectivum ad *σχολήν* quod sequeretur grammatice accommodare. Ceterum Casaubonum de nostro omni loco universam sententiam satis rectam habuisse confessus est quum rescribendum versum ita proponeret: *τὰ γὰρ Ἁλίειά μ' εἰς μεγάλην σχολὴν ἄγει*, quem in sensum Hudsonus quoque sermone latino reddidit. Rectissime idem Naekius Rhodios hoc loco propterea irrideri statuit, quod nimio Solis colendi studio ducti quaecunque obvia essent a sole repeterent atque voce *ἁλιακόν* vel simili modo appellarent. Qua in re etiam Dorismum animadvertendum esse, *ἁλιεῖα*, media forma inter vulgarem *ἡλιεῖα* et Rhodiacam *ἅλεια* prolata et *ἁλιακόν* bis deinceps usurpato: cui simile illud fore Naekius censuit, si quis vernacula lingua vel ejus quadam potius dialecto proferret: Sunne, ſunnig. *Ἁλίεια* autem sive *Ἁλιεῖα*, quomodo plurimos viros doctos emendasse adnotavimus, satis comprobata esse dicit locis Athenaei l. XIII, p. 561. e., Aristidis Rhod. vol. I, ed. Dind. p. 808 et Eustathii in Odyss. VI, 266. p. 1562. Quod ad dicendi rationem attinet *εἰς σχολὴν ἄγειν*, conferenda *εἰς δάκρυα ἄγειν*, *εἰς ἐλπίδα ἄγειν* et similia proposuit. *σχολή* vero rectissime monuit ab ipso Dicaearcho in eundem sensum usurpatum esse, quo Lysippus ea voce usus esset: significari enim diem festum, festum, sicut apud Aristophanem quoque fieret Thesmoph. v. 377 *ἐκκλησίαν ποιεῖν ἐωθεν τῇ μέσῃ Τῶν*

Θεσμοφορίων ἢ μάλισθ' ἡμῖν σχολή. Denique quum emendaret *τὰ μεγάλ'* Naekius de magnis Panathenaeis, magnis Dionysiis, magnis mysteriis cogitavit neutiquam tamen statuens quo Athenis magna et parva Dionysia fuissent eodem modo Rhodi quoque magna et parva Haliea exstitisse. Collatum potius cum aliis censuit Solis festum magnum praedicari, quem ad modum Romani *ludos magnos, maximos* commemorarent neque non nos multa festa diceremus hohe. Neque aliter apud Aristophanem fieri Pac. v. 418 *τὰ μεγάλα Παναθήναια*, quo loco non e contrario parvorum Panathenaeorum, sed praedicandi potius causa magna appellari scholiastes recte adnotasset. Quae quidem sententia loci connexui ita accommodata et ab omni parte ita comprobata est, ut mente vixdum assequar, quo modo censor musei Rhenani magna Haliea conjectura tantum niti potuerit contendere, falsissime intelligens Naekii sententiam; cujus emendationem: *τὰ γὰρ Ἁλιεἰά μοι μεγάλην χολὴν ἄγει* quanquam de vocabulis *σχολή* et *χολή* inter se saepe commutatis cf. v. c. Arist. Ran. vs. 4. et de eo loco *Franckium* in ephemeridd. Jahnii 1837. spec. 3. p. 250 minime omnium dubito, nostro loco nescio an potius dicam corruptionem. Neque majorem sibi vindicat veri speciem quam Buttmannus proposuit emendatio: *τὰ γὰρ Ἁλιεῖα μεγάλα μ' εἰς χολὴν ἄγει*: quod enim de tribus stomachi gradibus nostro loco expositis disseruit, quorum infimus versu tertio contineretur, major verbis *με μαίνεσθαι ποιεῖ* et summus per *πνίγομαι οὕτως* et quae sequuntur significaretur, magnopere vereor ne cum omni ejus sententia de Rhodio Athenis versante et his versibus exagitato plane concidat. Neque miror quod non perspexerit, quid illud demum sit, quod stomachum excitet: in dialecto enim sola inesse negavit, inprimis quum ita res eadem ter proferretur. Sed Naekii nondum noverat explicationem. Osannus denique, sententiam de toto nostro loco ab Hermanno et deinde a Buttmanno prolatam argumentis longe gravissimis refutans, qua in re haud immerito extremi inprimis versus, quem quidem

Buttmannus scriptori in oratione pedestri pergenti reddendum esse suspicatus est, maximam habuit rationem, elegantissimam quidem Naekii praedicavit emendationem et particularum *γάρ* et *δέ* distributione egregie firmatam, sed quanquam nunc ipsum retinuit *τὰ μεγάλ'* an satis recte se haberet dubitavit. Equidem in Naekii emendatione versus et explicatione acquiescendum plane esse existimans ad *σχολήν* illustrandum Photii locum adjicio p. 414. *οὐχὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ σχολάζουσι καὶ διατρίβουσι περὶ παιδείαν οὐδὲ αὐτὴ ἡ ἐν λόγοις καὶ διατριβή, ἀλλὰ ἣν οἱ πολλοὶ ἀκύρως καλοῦσιν εὐκαιρίαν. τὸ δὲ εὐκαιρεῖν βάρβαρον. ἀλλ' ἀντὶ μὲν τούτου σχολὴν ἄγειν λέγουσιν. ἡ δὲ κ. τ. λ.* et Etymologici Magni in nonnullis haud congruum p. 671: *οὐχ ὁ τόπος — εὐμουσία καὶ διατριβή — τὸ δὲ εὐκαιρεῖν βάρβαρον· ἀντὶ δὲ τοῦ σχολὴν ἄγειν λέγουσιν Ἀττικοὶ σχολάζειν.* De Haliis denique Rhodiorum locus Athenaei supra citatus hic est: *Θεσπιεῖς τε τὰ Ἐρωτίδια τιμῶσιν, καθάπερ Ἀθήναια Ἀθηναῖοι καὶ Ὀλύμπια Ἠλεῖοι, Ῥόδιοί τε τὰ Ἅλεια* (edd. *Ἄλια*), quem ad locum Dalecampius *ἅλια* ad *ἅλς* retulerat, quoniam Rhodii maris imperio aliquando potiti fuissent, Casaubonus contra ab *ἅλιος* recte repetiit, cujus cultum apud Rhodios insignem exstitisse prodidit, collat. Strab. l. XIV et Aristide Rhod., Rhodum vocante *τὴν ἱερὰν τοῦ ἡλίου πόλιν*. Eustathius ad Odysseam templum apud Rhodios scribit Soli sacrum fuisse, *Ἄλειον* s. *Ἁλίειον* vocatum. Zonar. p. 131. *ἄλειον, τὸ τοῦ ἡλίου ἱερὸν κατὰ Ῥοδίους.*

v. 4. Stephanus hunc versum talem exhibuit: *τὸ δ' Ἁλιακὸν ἔτος με μαίνεσθαι ποιεῖ*, quanquam pro *ἔτος* legi fortasse posse *ἔθος* suspicatus est. Hudsonus quoque *ἔτος* protulisse memoratus est, Holstenius *ἔπος* induxisse atque Manzium in editione Holsteniana: *τὸ δὲ ἁλιακὸν ἔθος με μαίνεσθαι ποιεῖ* recepisse video. Hermannus lectionem Stephani retinens Rhodium queri existimavit, quod Rhodii Athenis commorantes etiam ob dialectum, quam Athenienses imitarentur, salibus perstringerentur. Sed hoc

loco rem potius esse cum Atheniensi Rhodi versante Rhodiisque non solum ob plateasmum Doricum, sed et ob nimium Solis cultum irridente, a Naekio atque Osanno jam supra didicimus. Gailius de hoc loco nihil protulit certi judicii atque viros doctos incusavit, quod eo loco singula vocabula ut aliquid inde lucis affulgeret in omnes facies verterent. Naekius quum initio de ἐτός, vocabulo apud poëtas comicos satis usitato et *profecto* significante, cogitasset restituendo — quam rationem ut missam faceret, verborum collocatio non admodum solita permovit — in lectione postea Stephaniana substitit. Anni enim solaris significationem Rhodi satis antiquo tempore in usu fuisse conjiciens, quanquam plerumque ἐνιαυτὸς σεληνιακός, ἡλιακός diceretur, locos tamen exstare adnotavit, quibus ἔτος ita usurpatum comprobaretur. Dicendi autem rationem μαίνεσθαι ποιεῖ, sicuti πνίγομαι quoque et quae sequerentur, comice affectatam esse monuit: poëtam enim anno solari minime omnium delectari, sed irridere potius, quemadmodum poëtae comici haud raro personas proferrent rebus ridiculis, curiosis quas nos dicimus burleske et omnino novis gaudentes. Namque ita simul fieri arbitratur, ut vigor loci dramaticus quam maxime augeatur. μαίνεσθαι autem ambiguam laudem continere adnotat, ut apud Aristophanem quoque Ran. v. 103 σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει; μὴ ἀλλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι (Schol. ad h. l. τουτέστιν, ὑπερβαλλόντως μοι ἀρέσκει.) et v. 751, ubi Berglerus eo de verbo exposuerit. Quam Naekii explicationem utpote comici loco aptissimam omnem amplector neque Osannum sequor statuentem, in versu quarto nihil ambiguae laudis inesse, sed certam et justam vituperationem. Ut enim haud negaverim μαίνομαι eum in sensum usurpari potuisse, ita elegantiorem multo nostrum locum evasurum esse censeo Naekii illustratione. Conjectura vero Osanni pro ἔτος legi posse ἕδος statuentis quanquam acutissima nec non elegantissima esse apparet eam tamen ob causam minus probabilis esse mihi videtur, quod adjectivi ἀλιακόν loco eum in sensum magis ex-

spectaverim genitivum *ἁλίου* positum fuisse. Cetera accurate firmata sunt. Quod enim pro *ἕδος* auribus librarii facillime *ἕτος* excipi potuisse atque *ἐδος* statuam eamque potissimum, quae magno fundamento niteretur, significare dicit, quam rectissime habet. Ad colossum autem Rhodium illud egregie quadravisse testatur libro de Midae inscriptione citato III append. p. 71. Suae deinde conjecturae etiam majorem veri speciem accedere censuit, si Lysippus hos versus tum conscripsisse statueretur, quum colossus vixdum perfectus fuisset vel in eo erigendo cf. Phil. Byz. de sept. orb. mir. 4. occupati essent Rhodii. Quod ut accurate comprobari posset, aetatem Lysippi certo efficiendam esse adnotavit. Meinekium quaestt. scen. II, 50, quo Lysippus vixisset tempus ex Athenaei loco definiise l. VIII, p. 344: *Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις κωμῳδοῦσι Καλλίας Πεδήταις καὶ Λύσιππος Βάκχαις.* Unde Meinekium effecisse, Lysippum Calliae aequalem fuisse, poëtae veteri comoediae adscribendi et ante Olympiadem XCIII collocandi. Quod contra argumentum Osannus rectissime monuit fieri quoque potuisse, ut poëta Calliae superstes Lamponis mentionem faceret, ita ut inde, sicut omnino, nullum de Lysippi aetate quod certum esset testimonium exstaret. Neque a veri specie longe discessurum esse arbitratus est, si quis comicum poëtam cum Lysippo Arcade, qui in monumento choragico Attico Olympiadis CXXVII auctor cyclici chori nuncuparetur coll. Tayl. ad marm. Sandv. p. 70. Boeckh Corp. inscr. nr. 226. t. I, p. 349, eundem fuisse suspicaretur. Animadvertens autem deinde perquam dubium esse, an posteriores quoque novem versus Lysippo adscribendi atque an iidem a Dicaearcho ipso allati essent, de incertitudine temporis, quo colossus Rhodius erectus fuisset, nec non de Dicaearchi aetate exposuit. Vulgarem enim sententiam, ex qua Chares Lindius artifex post laborem duodecim annorum Olympiadis CXXV primo anno opus suum perfecerit, cum Polybio, quo auctore priori paulo aetate absolutum fuerit, non congruam esse dicit, quamvis

hac in re aliquot annorum discrimen non magni momenti esse confiteatur. Dicaearchi autem aetatem a plerisque circa Olympiadem CXV collocari dicit, sed eam ipsam rationem neque firmatam esse neque satis certo firmari posse. Aequalem Aristoxeni commemorari, cujus ejusdem aetas non accurate cognita fuerit. Theophrastum autem Olympiade priorem statui Dicaearcho, eumque Olympiadis CXXIII anno tertio obiisse. Sed non male conjici Dicaearchum etiam posteriori aetate vixisse et vitam Graeciae, magnum et copiosum opus, senem demum absolvisse. Celidonio, ut ex additamentis editionis Gailianae perspicio, ἀλιακὸν ἔτος comprobavit non tamen de anno, sed de festo Solari intelligendum esse existimans. Verbo denique commemoranda est quam protulit censor musei Rhenani suspicio, versum talem fuisse: τὸ δ' ἁλιακὸν ἔπος με μαίνεσθαι ποιεῖ eumque sequentis versus glossema extitisse.

v. 5. Graevius pro τὴν λεύκην scribendum esse suspicatus est τῶν λευκῶν, Vulcanius exhibuit τὴν λευκήν et Hudsonus ita protulisse traditus est: λευκή τις αὐτῶν. Holstenius vero supposuit λέσχην. λεύκη autem quid hoc loco sibi velit, ex scholio ad Pind. Olymp. VII, 147 (ὁ δὲ στέφανος [παρὰ Ῥοδίοις] λευκὴ δίδοται) patet ab Hudsono vel alio aliquo viro docto apud Hudsonum allato. Ubi λεύκη commemoratur apud Rhodios in agone Tlepolemi vel Solis victoribus coronas suppeditasse cf. Pind. l. l. v. 36. 141. 147, ita ut Naekii conjectura λεύκην patri Tlepolemi sacram fuisse suspicantis veri specie non destituta esse appareat. Conferri quoque poterit Photii locus p. 158: Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ· ἐστέφοντο δὲ οἱ τὰ Βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτόν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον. τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φησὶν πρὸς τῷ Ἀχέροντι, ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖσθαι αὐτὴν παρ' Ὁμήρῳ. Hermannus hunc versum cum parte sequentis ita transtulit: „wenn einer ſo gnädig iſt, die Pappel ἁλιακὸς στέφανος zu nennen."

πραέως denique recte se habere, vel adverso Photii praecepto apud Lob. Phryn. p. 404, Naekius bene monuit. Buttmannus contra πρᾳέως edidit.

v. 6. Quod ad sensum hujus et sequentis versus, in editione Manziana hic Alexidis comici poëtae locus ex Athenaeo allatus est l. VI, p. 224 f.: τοὺς δ' ἰχθυοπώλους τοὺς κάκιστ' ἀπολουμένους Ἐπὰν ἴδω κάτω βλέποντας, τὰς δ' ὀφρῦς Ἔχοντας ἐπάνω τῆς κορυφῆς, ἀποπνίγομαι et mox deinde: ταῦτ' οὐχὶ πικρότερ' ἐστιν αὐτῆς τῆς χολῆς; Naekius ex Aristophanis fabulis nonnullos allegavit locos Ran. v. 11. μηδ' ὅτι τοσοῦτον ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρων Εἰ μὴ καθαιρήσει τις, ἀποπαρδήσομαι; Διόν. μὴ δῆθ', ἱκετεύω, πλήν γ' ὅταν μέλλω Ξεμεῖν. Acharn. 15. τῆτες δ' ἀπέθανον καὶ διεστράφην ἰδών. Equit. 175. εὐδαιμονήσω δ', εἰ διαστραφήσομαι. Ex nostra denique dicendi ratione haecce adscripsit: „ich wurde ſchwach, der Schlag rührte mich, die Augen vergingen mir, ich verdrehte die Augen."

v. 7. ἐπ' αὐτοῖς. Graevius legi voluit ἐπ' αὐτῶν. Celidonio ἐπ' αὐτούς proposuit ἐπί particulam significatione *contra* accipiens et Isocratis verba conferens haecce: ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν.

v. 8. ἀποκαρτερεῖν. Cujus vocabuli loco Marxius sine causa satis justa ἀποθανεῖν legendum esse conjecit, quod ob metricam rationem ferri non posse in propatulo est. Ad sensum enim quod attinet parum differre apparet ἀποθανεῖν ab ἀποκαρτερεῖν et simili ratione usurpatum est apud Athenaeum XII, p. 518 de Sybarita super Spartanorum victu verba faciente: τὸν ἀνανδρότατον μᾶλλον ἂν ἐλέσθαι ἀποθανεῖν ἢ τοιοῦτον βίον ζῶντα καρτερεῖν. Sed ἀποκαρτερεῖν optime se habet ab Hermanno, Naekio, Buttmanno, atque Osanno et, quod equidem sciam, ab antiquioribus quoque editoribus et interpretibus comprobatum. Cf. Herod. loc.: ἐκείνη δὲ ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων ὁμοίαις συμφοραῖς εἴτε ἐκοῦσα εἴτε κελευσθεῖσα ἀπεκαρτέρησε. Lucian. μακρόβιοι §. 19. φῦμα δὲ ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους·

καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων καὶ προσενεγκάμενος τροφὴν καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς ἐξέλιπε τὸν βίον. Plutarch. Symp. 6: διὸ καὶ πολὺν ζῶσιν ἔνιοι τῶν ἀποκαρτερούντων χρόνον, ἂν ὕδωρ μόνον λαμβάνωσιν. Locus a Suida allatus hic est t. I, p. 275 v. ἀποκαρτερήσαντα, ἑαυτὸν λιμῷ ἢ ἀγχόνῃ τοῦ βίου ἐξαγαγόντα. Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμόνιον νομοθέτην μετὰ τὸ θεῖναι τοὺς νόμους ἐλθόντα εἰς Κρήτην ἀποκαρτερῆσαι, ὅπως μὴ αὐτοὺς ἀναγκασθείη λῦσαι. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ καὶ ἀποκαρτερήσας τὸν βίον καταστρέφει. Ἀποκαρτερῶν Apollodori comici exstabat fabula cf. Athen. XI, 472, Stob. serm. ed. Schow t. I, p. 332. atque item Hegesiae ἀποκαρτερῶν a Cicerone commemoratur Tusc. quaest. I. Illa autem Apollodori Geloi fabula a Photio plurali numero allegata est p. 392.

v. 9. Stephanus ita edidit: τοιοῦτο τῶν ξένων τι κακχεῖται σκότος, qua in lectione quod exhibetur κακχεῖται loco vulgati olim vocabuli καλεῖται, in Manziana adhuc editione quamvis metro respuente prolati, Casauboni sagacitati debetur. Graevius pro τοιοῦτο protulerat τοιούτων. Casauboni vero conjecturam ab Hermanno in καταχεῖται commutatam Naekius quoque comprobavit. Buttmannus denique dubitans annon ea verba pedestri orationi reddenda essent pro σκότος legi posse κότος suspicatus est.

Omnem autem comici locum Naekius ita vertit:

Das iſt die Stadt der Hellenen, die nach Roſenart
So Süßigkeit mitführet, wie Verdrießlichkeit.
Das Sonnenfeſt, das große, Muße gibt es ſchön
Und das Sonnenjahr nun lieb' ich bis zur Raſerei.
Wenn aber ſtatt Weißpappel dort gemüthlich wem
Der Sonnenkranz zu ſagen beigeht, würg' ich mich
So ſehr darüber, daß ich mein', ich wollte gleich
Verenden lieber, als zu Ende hören das.
Mit ſolchem Unſinn wird der Fremde dort bedient.

Post Athenarum descriptionem ante eum locum, quem accuratius jamjam examinaturi sumus, non pauca in his operis Dicaearchiani reliquiis excidisse Stephanus suspicatus est eamque in sententiam nescire nos adnotavit, unde ea via, de qua proximis in verbis disseritur, Oropum ducere cogitanda esset. Quod ut statuere possumus, ita neutiquam necessario conjiciendum esse censuerim: illa enim via non minus ab Athenarum inde urbe attollebatur quam ab alio quovis Atticae loco, sicut intervallum quoque quod commemoratum est prope diurnum de Athenis cogitari minime omnium vetat. Ceterum ego quoque ab ea opinione non longe abhorreo, qua in ipso olim Dicaearchi opere genuino post Athenas expositas etiam de aliis Atticae oppidis sermonem fuisse statuamus.

p. 142. *διὰ ΔΑΦΝΙΔΟΝ.* H. Stephanus, quanquam *Δαφνοῦς* et *Δάφνη* urbium nomina satis nota essent, *διὰ Δαφνοῦντος* tamen vel *Δάφνης* restitui posse atque omnino, quem ad modum locus sanandus esset, compertum se habere negavit: *Δελφίνιον* autem litus prope Oropum vix videri huc pertinere. Casaubonus, quum ceteris hujus loci verbis medelam afferre studeret, ipsum tamen istud vocabulum intactum reliquit. Vossius contra cf. adnot. ad Mel. p. 151 *Δαφνοΐδων* vel *δαφνοειδῶν* rescribendum, reliqua vero non mutanda esse arbitratus est. Similem in sensum Politus olim ad Eustath. in Homer. t. II, p. 534 *διὰ Δαφνίδος* emendandum esse suspicatus est eundemque vicum in Strabonis locum l. IX, p. 399 conjectura intulit. Quo quidem Strabonis loco quanquam minime dubitaverim quin ex codicum et inscriptionis auctoritate *Psaphis* retinendum sit cf. Tzschucke ad eum locum et Grosskurd in Strabonis versione t. II, p. 138, Stuart et Revett Ath. Alterth. Teutsch. Bearb. t. II, p. 254., nostro tamen Dicaearcheo loco *διὰ Ψαφίδος* seu, ut Salmasius ad Solinum p. 146 legendum proposuit, *διὰ Ψωφίδος* obtrudendum esse haud credideriim, quum quod ad palaeographicam rationem justo longius recedat. Marxius *Δελφινίου* restituendum esse censuit,

collato Strabonis loco IX, p. 403. *ἀρχὴ δ' ὁ Ὠρωπὸς καὶ ὁ ἱερὸς λιμήν, ὃν καλοῦσι Δελφίνιον, καθ' ὃν ἡ παλαιὰ Ἐρέτρια ἐν τῇ Εὐβοίᾳ διάπλουν ἔχουσα ἑξήκοντα σταδίων. μετὰ δὲ τὸ Δελφίνιόν ἐστιν ὁ Ὠρωπὸς ἐν εἴκοσι σταδίοις· κατὰ δὲ τοῦτόν ἐστιν ἡ νῦν Ἐρέτρια· διάπλους δ' ἐπ' αὐτὴν στάδιοι τεσσαράκοντα.* Eadem in Holstenii editione Manziana reperitur emendatio et a Buttmanno neque minus a Gailio comprobatur. In Zosimadum editione codicum scriptura, nullo tamen modo illustrata, retinetur. A Jacobsio autem ad Philostrati sen. imagg. I, c. 27, ubi nostrum locum attulit, nescio an vitio typographico exhibetur *διὰ δαφνίδιον*. Equidem denique nihil plane mutandum esse crediderim, quum fieri potuerit, ut egregius compilator, si qua Dicaearchus de lauris in via aut de laurorum nemore prope aliquod fortasse templum sito exposuisset, iis nequissimo modo abuteretur. Ceterum perquam faciles essent tres hae correctiones: *διὰ δαφνῶν* aut *διὰ δαφνιδίου*, ita ut laurorum silva significaretur, aut *διὰ δαφνιδίων*, quod minores lauros indicaret; quanquam nullus mihi adest locus, quo *δαφνίδιον* hoc illo sensu vel omnino vocabulum *δαφνίδιον* exstitisse efficiam.

τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ. Διός vocem Casaubonus neque, ut mihi quidem videtur, sine justa aliqua causa e contextu ejecit. Quod enim vir praeclarissimus Welckerus ad Philostr. sen. imagg. I, c. 27, quem locum deinde exscripturus sum, cum Amphiarao Jove dicto ex Sophocle collocavit Electr. v. 839 *ἄναξ Ἀμφιάρεως — νῦν ὑπὸ γαίας — πάμψυχος ἀνάσσει*, magnopere vereor, ut eodem explicationis modo contineatur, quum *ἄναξ* non solum de multis minorum ordinum numinibus, sicut saepissime de Castore et Polluce geminis, sed etiam de hominibus regia potentia praeditis in usu fuisse inter omnes constet. Reliquum igitur est, ut *Διός* originis genitivum esse suspicemur aut excerptorem, quae a Dicaearcho de aliquo quoque Jovis sacro fortasse prolata fuerint, ad Amphiaraum simul accumulasse conjiciamus aut denique *Διός*

in locum vocabuli θεοῦ immigrasse cogitemus. De ipso autem illo sacro vel oraculo, quod Suida teste t. I, p. 149 communi dialecto Ἀμφιαρεῖον, ab Atticis vero, nisi forte Ἀμφιάρειον scribendum esse censemus, Ἀμφιάρεων dicebatur, conferas Strabonem l. IX, p. 399. εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιάρειόν ἐστι τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὡς φησι Σοφοκλῆς, ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις Λύτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ — Paus. I, 34. ἀπέχει δὲ δώδεκα τῆς πόλεως (Oropi) σταδίους μάλιστα ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου. λέγεται δὲ Ἀμφιαράῳ φεύγοντι ἐκ Θηβῶν διαστῆναι τὴν γῆν καὶ ὡς αὐτὸν ὁμοῦ καὶ τὸ ἅρμα ὑπεδέξατο· πλὴν οὐ ταύτῃ συμβῆναί φασιν, ἀλλά ἐστιν ἐκ Θηβῶν ἰοῦσιν ἐς Χαλκίδα Ἅρμα καλούμενον. θεὸν δὲ Ἀμφιάραον πρώτοις Ὠρωπίοις κατέστη νομίζειν, ὕστερον δὲ καὶ οἱ πάντες Ἕλληνες ἤγηνται. καταλέξαι δὲ καὶ ἄλλους ἔχω γενομένους τότε ἀνθρώπους, οἳ θεῶν Ἕλλησι τιμὰς ἔχουσι, τοῖς δὲ καὶ ἀνάκεινται πόλεις, Ἐλεοῦς ἐν Χερρονήσῳ Πρωτεσιλάῳ, Λεβάδεια Βοιωτῶν Τροφωνίῳ· καὶ Ὠρωπίοις ναός τε ἐστιν Ἀμφιαράου καὶ ἄγαλμα λευκοῦ λίθου. παρέχεται δὲ ὁ βωμὸς μέρη — ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν — δοκῶ δ' Ἀμφιάραον ὀνειράτων διακρίσει μάλιστα προσκεῖσθαι· δῆλον δέ, ἡνίκα ἐνομίσθη θεὸς δι' ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος — προεξειργασμένων δὲ τούτων, κριὸν θύσαντες καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος. IX, 19. ἐξῆς δὲ πόλεων ἐρείπιά ἐστιν Ἅρματος καὶ Μυκαλησσοῦ. καὶ τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐγένετο ἀφανισθέντος, ὡς οἱ Ταναγραῖοί φασιν, ἐνταῦθα Ἀμφιαράῳ τοῦ ἅρματος καὶ οὐχ ὅπου λέγουσιν οἱ Θηβαῖοι. Philostrati locum citatum ὡς μαντεύοιτο ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ ἀληθεύοι σοφὸς ἐν πανσόφοις — γράφει δὲ καὶ τὸν Ὠρωπὸν νεανίαν ἐν γλαυκοῖς γυναίοις· τὰ δέ ἐστι Θάλατται. γράφει καὶ τὸ φροντιστήριον τοῦ Ἀμφιάρεω, ῥῆγμα ἱερὸν καὶ θειῶδες. αὐτοῦ καὶ ἀλήθεια λευχει-

μονοῦσα· αὐτοῦ καὶ Ὀνείρου πύλη. δεῖ γὰρ τοῖς ἐκεῖ μαντευομένοις ὕπνου. καὶ Ὄνειρος αὐτὸς ἐν ἀνειμένῳ τῷ εἴδει γέγραπται καὶ ἐσθῆτα ἔχει λευκὴν ἐπὶ μελαίνῃ, τό, οἶμαι, νύκτωρ αὐτοῦ καὶ μεθ' ἡμέραν. ἔχει καὶ κέρας ἓν ταῖν χεροῖν ὡς τὰ ἐνύπνια διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων — Diog. Laërt. II, 142 (de Menedemo) διὰ ταῦτα δὴ καὶ τὴν ἄλλην φιλίαν ὑποπτευθεὶς προδιδόναι τὴν πόλιν αὐτῷ, διαβάλλοντος Ἀριστοδήμου, ὑπεξῆλθε· καὶ διέτριβεν ἐν Ὠρωπῷ (ad Oropum) ἐν τῷ τοῦ Ἀμφιάρεω ἱερῷ et quem Stephanus Byzantinus commemorat Euphorionem ita scribentem: Ὠρωπός τε καὶ Ἀμφιάρεια λοετρά. Doctissime autem eo de oraculo Welckerus ad locum Philostrati exscriptum p. 366 sqq. editionis Jacobsianae exposuit.

ὁδόν in codicibus et omnibus fere editionibus quartus casus exhibitus est, cujus loco Stephanus et Casaubonus nominativum restituendum esse censuerunt. Quam conjecturam Buttmannus etsi approbavit in contextum tamen non recepit. Sed equidem neutiquam necessariam esse crediderim, quum nihil plane obstet, quo minus ὁδὸν βαδίζοντι inter se conjungentes sequentibus deinde in verbis ad πρόσαντα vel quod Casaubonus suspicatus est προσάντης nominativum ὁδός supplendum esse statuamus et, fac ea ratio, quanquam similia talis verborum conjunctionis exstent exempla, non ab omni parte firma esse videatur, excerptori vitio vertamus.

ἐλευθέρῳ. Stephanus, nisi forte ea scriptura pro mendosa judicanda sit, eum intelligendum existimat, qui omni vacet onere. Casaubonus pro ἐλευθέρῳ rescribendum esse censuit Ἐλευθερῶν idque cum particula διά conjungendum. Quam urbem quum ex Pausaniae l. IX capite primo, quamvis in confiniis Atticae et Boeotiae sitam ita ut posteriori tempore Atticae adscriberetur cf. Paus. I, 38, *proximam Plataeis* fuisse comperiamus, Buttmannus eam conjecturam a nemine virorum doctorum, quantum equidem scio, adscitam judicavit rejiciendam esse. Neque ulla, ut

de meo aliquid adjiciam, adest corrigendi necessitas, et vulgatam plerique editores, Zosimades, Manzius, Marxius, Gailius et Buttmannus retinuerunt. Quorum Marxius ἐλευθέρῳ a Wassio ad Thuc. II, 97 defendi et idem significare dicit, quod εὐζώνῳ sive, ut scholion Thucydideum proferat, ἀνδρὶ εὐσταλεῖ καὶ κούφῳ καὶ μηδὲν ἔχοντι ἐμποδίζον. Quem in sensum Gailius quoque vertit: *viro expedito*, neque aliter Buttmannus, quanquam eam vocabuli ἐλεύθερος significationem, alio verbo non addito, miram esse professus est. Hanc vero viri docti sententiam, etiamsi ἐλεύθερος per se solum reperiatur, minime omnium amplector; nostro autem praeterea loco vocabulo βαδίζοντι accuratissime illustratur satis arcte apposito. ἐλεύθερος enim vocabulum, quod a verbo αὐθυποτάκτῳ ΕΛΕΥΘΩ repetendum esse in aperto est quamque in rationem Zonaras p. 682 rectissime explicuit ἀπὸ τοῦ ἐλεύθειν ὅπου ἐρᾷ (quanquam cavendum nobis est credamus istud posterius ἐρᾷ in ipsa formatione ἐλεύθερος inesse) viatorem significat nostro loco neque graviori vestimento neque ulla alia re, quominus iter celeri pede carpat, impeditum. Eandem in rationem εὔζωνος alioquin usurpatur, sicuti Thucydidis loco ex Marxio supra allegato: ὁδῷ δὲ τὰ ξυντομώτατα ἐξ Ἀβδήρων ἐς Ἴστρον ἀνὴρ εὔζωνος ἐνδεκαταῖος τελεῖ. Zonarae autem locum I, 762 huc non advoco, quippe quo, quum aliquando cogitassem οὐκ ante ἐλεύθερος delendum idque ipsum de amiculo bene commodo intelligendum esse, persuasum mihi nunc sit οὐκ ἐλεύθερος de vestimento servis usitato proferri: ἐξωμίς, χιτὼν εὐτελὴς καὶ οὐκ ἐλεύθερος, οὐκ ἐπισκεπάζων τοὺς βραχίονας, cf. Gell. noct. Att. VII, 12. Xenoph. Memor. II, 7, 5. καὶ χιτωνίσκοι καὶ χλαμύδες καὶ ἐξωμίδες. Jacobsius denique ad citatum Philostrati locum pro ἐλευθέρῳ fortasse ἐλευθέρως legendum esse pronuntiavit.

προόσαντα, codicum scripturam, Stephanus ἄναντα conferens et κάταντα retinuit. In editionibus Manzii, Zosimadum, Marxii, Gailii et Buttmanni item exhibetur, quorum

editor Gallus verbis *praerupta quidem et ardua* illustravit, Buttmannus autem Casauboni conjecturam ex parte comprobavit et in contextu tantum ad instar cauti critici vulgatam servavit. Casaubonus enim quum pro πρόσαντα conjiciendo προσάντης πᾶσα protulisset, ille προσάντης quidem arcessivit, πᾶσα autem valere jussit utpote minime necessarium. Vossius ut ex Gailii testimonio perspicio προσάντη rescribendum esse suspicatus est. προσάντης adjectivi, quod praecipitem proprio cf. Xenoph. Memor. Socr. III, 5, 25. ὄρη — δι' ὧν εἰς τὴν χώραν εἴσοδοι στεναί τε καὶ προσάντεις εἰσὶ καὶ ὅτι μέση διέζωσται ὄρεσιν ἐρυμνοῖς. et tropico sensu adversarium significat cf. Etym. M. v. σιμά p. 114. v. πρόσαντες p. 634. Suid. III, p. 194. Hesych. II, p. 1041. Phot. p. 339. Zonar. p. 1582 et adeo de sermone metaphorice usurpatur cf. Herod. VII, 160 ὑμῖν ὁ λόγος οὕτω προσάντης κατίσταται, adverbium exstat προσάντως. πρόσαντα autem quum nullo scriptorum Graecorum loco reperiatur, quod quidem adhuc sciamus, facillima emendandi ratio videri possit, qua πράσαντες sensu adverbiali interpretandum vel adeo adjectivum προσάντης restituendum esse censeamus, quum quod ad palaeographiam terminationes α et ες inter se saepissime confusas esse satis constet. At codicum auctoritas πρόσαντα vocabulum aliquatenus tuetur, et praeterea magnopere considerandum est, quo usque audaciae progressuri simus, si ἅπαξ λεγόμενα, quamquam formationis et analogiae ratione satis firma, omnia ubicunque mutandi facilitas in promtu est eam ob causam corrigamus, quod sint ἅπαξ λεγόμενα. Neque esse insuper credo, quod de adverbiis ἄναντα, κάταντα, πάραντα analogis, quae versus Homericus Il. ψ, 116 elegantissime conjuncta omnia exhibet πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντά τε, δόχμιά τ' ἦλθαν, accuratius disseram. Ceterum mihi persuadeo in suo ipsius opere Dicaearchum vocem πρόσαντά in apta verborum conjunctione protulisse, excerptorem autem qua fuerit ineptia in compage verborum haud admodum recta reliquisse. Omnem locum Celidonio

exhibuit huncce: ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν διὰ Δελφινίου καὶ τοῦ Ἀμφιαράου ἱεροῦ ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας προσαντής. Amphiarai sacrum, Pausania teste I, 34, Oropo duodecim stadiis distabat; quod quum in ipso Atticae et Boeotiae confinio conditum fuisse videatur, Manzius Oropum a finibus Atticae duodecim stadiorum intervallo abfuisse recte inde effecit. Muellerus Orchom. et Miny. p. 486 discernit inter quatuor Amphiarai sacra, quorum unum prope Thebas situm erat, alterum ἄφμα erat Ἀμφιαράου, tertium nostrum et quartum denique locus Atticus ἅρμα in Parnethe.

πολυπλήθεια utpote ἀττικώτερον, id quod de multis ejusmodi compositis nominibus, quorum forma communis in ία terminatur, praedicari potest, eo magis recipiendum esse censui, quod haec et proxima verba, sicut externa quoque typorum forma indicavi, ex genuino opere Dicaearchi fere integra repetita esse non dubito. In Etymologico quidem Magno p. 139 et p. 581 non mirandum est, quod communis terminatio prolata est ἵνα διὰ τὴν πολυπληθίαν τῶν ἐνοικούντων εἴργοιντο τοῦ κακουργεῖν (loco ut videtur posterioris scriptoris) — ἤτοι πολυπληθίας χάριν, nostro autem loco in omnibus praeter Manzianam editionibus πολυπλήθεια exhibitum est.

κόπος de lassitudine usurpatum inde repetendum est, quod Graeci eundem in sensum de membris caesis loquuntur cf. v. c. Anytes fragmentum in Anthiolog. Planud. 228 Ξεῖν' ὑπὸ τὰν πέτραν τετρυμένα γυῖ' ἀνάπαυσον. Quod ad sensum hujus Dicaearchei loci, Marxius similia in descriptione τῶν Τεμπῶν apud Aelianum v. h. III, 1 legenti occurrere adnotavit.

Pro τῶν Ὠρωπῶν, quod in editionibus Manzii et Zosimadum adhuc exhibetur, jam Stephanus τῶν Ὠρωπίων in medium merito protulit: fieri enim plane non potest, ut ejusmodi ignorantiae hominem fingamus excerptorem, qui a vocabulo Ὠρωπός gentile nomen Ὠρωπός — fac enim Ὠρωπεύς obversatum fuerit, desiderabatur Ὠρωπέων — mira novitate repetierit. Confirmatur τῶν Ὠρωπίων, ut

Gailius recte adnotavit, sequentibus quoque Xenonis versibus, quorum posterior hic est: *κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις*. Praeterea forma exstabat *Ὠρωπιεύς* ab Apollodoro in libro primo de navium catalogo usurpata (*ἐστὶ δ' ἡ Γραῖα τόπος τῶν Ὠρωπιέων*) cf. Steph. Byz. v. *Ὠρωπός*.

οἰκία Θηβῶν ἐστί. Codicum auctoritate confirmata lectio hujus loci est *οἰκία*, quam ut cum rerum veritate temporumque ratione concinnarent vel ad eam emendarent viri docti vario modo tentavere. Quum autem fieri nullo modo possit, ut nostro de loco constituendo accuratum efficiatur judicium, nisi cognoverimus Oropi historiam, breviter adumbrare eam Dodwelli atque Meieri rationes maxime sequentibus nobis placuit cf. Dodwell. dissert. de Dicaearcho §. 4. Encyclop. Hal. v. Orop. De urbibus in confinio provinciarum sitis inter vicinos populos lites atque bella orta fuisse, neque per se mirandum et gravibus quibusdam historiae exemplis confirmatum est, quale illud Argivorum et Lacedaemoniorum de Thyrea certamen extitisse inter omnes satis constat cf. Strab. I, p. 65. 66. Hermann. Antiq. Gr. p. 66 et locos ibi allegatos. Ita de Oropi quoque possessione, quod oppidum in confinio Boeotiae vel Tanagricae regionis et Atticae medium situm cf. Strab. IX, p. 399. Paus. I, 34. Plato Criti. p. 210. e. Tim. lex. Plat. 281 *idque* ad Euripum Chalcidicum conditum ad imperium Eretriae et Euboeae obtinendum et ad victum ex Euboea Athenas comportandum magnae gravitatis erat cf. Antiq. Ath. per Stuart et Revett. traduct. Germ. t. II, p. 271, inter Thebanos et Athenienses bella saepissime intercesserunt cf. Strab. l. l. Neque alia re per historiae cursum clarior ea urbs facta est: praeter ea enim quae in hocce fragmento relata sunt atque inde colligi queunt memoriae fere nihil proditum est, nisi forte quae incolarum tradita est sermonis proprietatem huc allaturi sumus cf. Etym. M. 732. *χαίρω σε ἐληλυθότα. Ὠρώπιοι* (ita legendum pro vulgato *Ὁρωπικοί*) *οὕτω λέγουσι καὶ Εὐριπίδης Σισύφῳ*. 354. *ὡς γὰρ οἱ Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες καὶ Παμφύλοι καὶ Ἐρετριεῖς*

καὶ Ὠρώπιοι, ἐνδειαν τοῦ σ ποιοῦντες, δασεῖαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήεσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι ποιῆαι. Etiamnunc aliquot Oropi rudera conspiciuntur, marmorum fragmenta et arcis moenium fundamenta et vicus qui in oppidi locum successit Ropo appellatur cf. Dodw. t. II, 1, 255. Antiquissimis quidem, quorum ad nos hac in re notitia perlata est, temporibus, primo bello Persico Oropum Atheniensium fuisse Herodotus accuratis verbis docet VI, 100 *προσεδέετό τε ἀπαλλάσσεσθαί σφεας ἐς τὴν σφετέρην, ἵνα μὴ προσαπόλωνται. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῦτα Λίσχίνῃ συμβουλεύσαντι πείθονται· καὶ οὗτοι μὲν διαβάντες ἐς Ὠρωπὸν ἔσωζον σφέας αὐτούς.* Num enim Graea, quod oppidum Homer. Il. *β*, 498 inter Boeotica commemoratum est, cum Aristotele cf. Eustath. ad l. l. pro Oropo accipienda sit *) et, sicut viri docti inde effecerunt, apud Thucydidem l. II, c. 23 agri Oropiorum, quem ipsi Atheniensibus concesserant, nomen *Γραϊκή* neque vero quod vulgo legitur *Πειραϊκή* **) statuendum sit cf. O. Mueller Orchom. p. 212. 492 ***), aeque incertum est atque tempus, quo Oropus — quam Meierus ab initio Boeotorum fuisse non solum ex Pausaniae testimonio I, 34 *Βοιωτίαν τὸ ἐξ ἀρχῆς οὖσαν* sed etiam ob majorem qui olim fuit Boeotiae ambitum, contraria a Dodwello de

*) Pausan. IX, 20 Tanagram narrat a Poemandri conditoris uxore nominatam fuisse, postea autem, quum illa consenesceret, ab *Γραῖα* nomen accepisse itaque apud Homerum commemorari et aliquo demum tempore interjecto pristinum nomen recepisse.

**) Piraeeum conferas non de solo Athenarum portu usurpatum Thuc. VIII, 10. Xenoph. Ages. 2, 18. Hellen. IV, p. 305. Strab. XII, p. 547. Steph. Byz. s. v. (Piraeeus Corinthius utrum in sinu Crissaeo an in Saronico collocandus sit, dubitari potest. Duplex fortasse extitit, antiquior in Saronico, in Crissaeo sinu recentior) et tantum non appellativum fortasse nomen, cum *πέραν* adverbio cf. Strab. I, p. 59 vel cum *περαιόω* collocandum.

***) Ceterum hic doctissimus vir Graeam inter Tanagram et Oropum exadversus Eretriae sitam fuisse conjicit.

origine ejus Boeotica dubitante sententia, recte argumentatur — in ditionem Atheniensium venerit, quanquam C. O. Muelleri conjectura cf. Orchom. p. 411 magnam veri speciem habet Oropum post Atticam a Clisthene divisam bello contra Chalcidenses et Boeotos felicissimo circa Olymp. 68. ann. 3. ab Atheniensibus occupatam fuisse suspicantis. Agro Oropiorum primo belli Peloponnesiaci anno a Lacedaemoniis devastato, octavo deinde ejus belli anno Atheniensium pars post calamitosam apud Delium pugnam Oropum (Atheniensibus erat *ὑποτελής*, *φόρου ὑποτελής* Thuc. II, 23. Boeckh I, p. 443) se receperunt cf. etiam Athen. V, 215 f. 216. a. *τότε γὰρ οἱ μὲν πρὸς τὸ Δήλιον τῶν Ἀθηναίων ἔφυγον, οἱ δ' ἐπὶ θάλατταν, ἄλλοι δὲ ἐπὶ Ὠρωπόν, οἱ δ' εἰς Πάρνηθα τὸ ὄρος. Βοιωτοὶ δ' ἐφεπόμενοι ἔκτεινον καὶ μάλιστα οἱ ἱππεῖς, οἵ τε ἑαυτῶν καὶ Λοκρῶν.* ibique per magnam belli partem praesidia collocata reliquerunt, donec Olympiadis nonagesimae secundae anno primo Oropiorum nonnullorum et Eretriensium proditione, Quadringentis quoque viris fortasse adjuvantibus, Boeotorum facta est cf. Thuc. IV, 96. VIII, 60. Lys. pro Polystr. p. 669. §. 6, quorum sub imperio etiam per triginta virorum dominationem Athenis permansisse statuenda est cf. Lys. in Phil. p. 875. §. 9 sq. Utrum autem deinde, sicut jam antiquissimis temporibus, integram foederis Boeotici partem effecisse cum Cluetzio et Crusio conjiciamus an cum Meiero et qui facem praetulisse videtur Boeckhio cf. Staatsh. t. II, p. 370. *ὑπήκοον* tantum urbem extitisse statuamus, in dubio versamur, quanquam in horum potius sententiam inclino et Meiero in eo quoque assentior, quod Oropum a Thebanis Olympiadis nonagesimae quartae anno tertio occupatam et a mari aliquanto longinquius translocatam posteriori deinde tempore in numerum quatuordecim urbium Boeoticarum nonnisi *σύμμορον* relatam fuisse et apud Diodorum Siculum XV, 30 pro *Ὠρωπίων*, *Ὠρωπίοις* facillima emendatione *Ὠρειτῶν*, *Ὠρείταις* legendum esse censuit. Ex Isocratis deinde oratione Plataeensi circa Olympiadis centesimae

primae quartum annum habita colligere licet Oropum iterum Atheniensium fuisse cf. c. 9. 15; quanquam autem quo in Atheniensium potestatem redierit tempus accurate constitui nequit, Winiewskii tamen suspicio commemoranda est cf. comment. hist. in Dem. de corona p. 28 factionem Oropiorum victricem, altera ex urbe expulsa, civitatem Atheniensibus inter Ol. 100, 4 et Ol. 101, 4 ultro tradidisse conjicientis. Anno deinde Olympiadis centesimae tertiae tertio Themiso (Themesio) Eretriensis et Theodorus item Euboeensis Atheniensibus in Peloponneso distentis Oropum occupaverunt, Atheniensibus autem cum magno exercitu Charete quem ex Peloponneso revocaverant duce aggredientibus Thebanos arcessivere, qui aequum arbitrium simulantes Oropum sibi vindicaverunt cf. Xenoph. Hell. VII, 4, 1. Aeschin. de leg. p. 327. in Ctesiph. p. 479. Demosth. de cor. 259, 10. Isocrat. ad Philipp. XXI. p. 133. L. §. 53. Quod quum Athenis compertum esset, Chabriam in judicium vocaverunt aut quod auctor extitisset arbitrii de Oropi possessione Thebanis committendi aut quod Thebanos tantopere tunc ipsum ingratos ante complures annos beneficiis cumulasset: qua in causa celeberrima Callistrati oratione, qua Demosthenes adolescens ad oratoriam artem amplectendam commotus est cf. Libanii vita Demosth. initio, Suid. t. II, p. 768, coram judicio non sine successu admodum felici defensus est. Accusaverat inprimis Philostratus Coloneus cf. Demosth. in Mid. 535. §. 64. Quae quidem ut pro plane certis et indubitatis venire nequeunt, ita magnam veri speciem habent a Meiero egregie exposita, viro doctissimo Callistrati orationem patrocinantis, non accusantis fuisse ex Plutarchi, Gellii et Marcellini verbis *ἀγωνίζεσθαι τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν μέλλοντος, τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην dicentem, causam perorantem* et ex Xenophontis loco VI, 2, 39 *τὸ προσελέσθαι κελεῦσαι ἑαυτῷ Καλλίστρατόν τε τὸν δημηγόρον οὐ μάλα ἐπιτήδειον ὄντα καὶ Χαβρίαν* efficiente et quod ad Demosthenis orationem audientis aetatem Hermippi testimonium apud Gellium

III, 13 *) contra Hegesiae auctoritatem apud Plutarchum vit. Demosth. 5 et Pseudoplutarchum vitt. dec. oratt. t. XII, p. 259 merito approbante. Ceterum Athenienses Oropi jacturam quam aegerrime ferentes a partibus populi Spartanos foventibus Olympiadis centesimae sextae anno quarto spe alebantur recuperandae illius urbis, dummodo ad Thebas deprimendas et ad Arcadiam subjiciendam cum Spartanis societatem inirent. Demosthenes quoque Oropum in Atheniensium ditionem iterum redigendam esse judicabat cf. orat. *ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν* p. 204. A Philippo deinde, Macedonum rege, Amphipolin sibi vindicaturo aliquamdiu spe detinebantur Oropum recipiendi cf. Dem. de fals. leg. 348. 409. 446, donec astutissimus rex Atheniensium studia sibi addicturus post pugnam Chaeronensem Ol. 110, 3, quum Thebanis gravissime succenseret, Oropum sociis ipsorum ereptam Atheniensibus tradidit cf. Demad. *ὑπὲρ δωδεκαετ.* p. 268. Paus. I, 34. **) Ulpian. ad Dem. de cor. 259. Ex quo inde tempore Oropus Atheniensium erat atque id spatium a Dicaearcho respectum est ex Meieri quidem sententia. ***) Post paucos tamen annos Athenienses Oropum denuo amisere idque, Grauerto Anal. Phil. p. 283 et Schornio histor. Gr. p. 21 auctoribus, per pacem post pugnam La-

*) Hermippus hoc scriptum reliquit, Demosthenem admodum adolescentem ventitare in Academiam Platonemque audire solitum. Atque is, inquit, Demosthenes — cognoscitque currere eos auditum Callistratum — Visum est paulum devertere experirique an ad digna auditu tanto properatum studio foret. Venit, inquit, atque audit Callistratum nobilem illam *τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην* dicentem: atque ita motus et demulctus et captus est, ut Callistratum jam inde sectari coeperit, Academiam cum Platone reliquerit.

**) *τὴν δὲ γῆν τὴν Ὠρωπίαν μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ Ταναγρικῆς, Βοιωτίαν τὸ ἐξ ἀρχῆς οὖσαν, ἔχουσιν ἐφ' ἡμῶν Ἀθηναῖοι, πολεμήσαντες μὲν τὸν ἅπαντα ὑπὲρ αὐτῆς χρόνον, κτησάμενοι δὲ οὐ πρότερον βεβαίως πρὶν ἢ Φίλιππος Θήβας ἑλὼν ἔδωκε σφίσιν.*

***) Muellerus quoque Orchom. p. 411 sq. Dicaearchi descriptionem refert ad Ol. 110, 3 et *ἀπῳκία* legit, *οἰκεία* lectione rejecta.

miensem Ol. 114, 3 cum Antipatro initam factum esse probabiliter conjicitur: Dodwello enim hac in re minus accurate eloquuto nemo assentietur. Tum anno Olympiadis centesimae quintae decimae tertio Oropiis conditio libertatis illa, ut videtur, pace comparata Polysperchontis decreto confirmata est cf. quae hac de re apud Diodorum Siculum XVIII, 56 leguntur verba: *Ἀθηναίοις δ' εἶναι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἐπὶ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου, Ὠρωπὸν δὲ Ὠρωπίους ἔχειν καθάπερ νῦν.* Olympiadis vero centesimae septimae decimae anno primo Cassander oppugnando cepit, sed a Polemone Antigoni duce inde expulsus est, qui Boeotis deinde reddidit cf. Diod. Sic. XVIII, 18. XIX, 77 sqq. Ita sub Demetrio quoque Poliorcete Oropus cum Amphiareo Boetorum erat cf. Diog. Laërt. II, 142 ubi ex Hermippi testimonio Menedemus narratur ex Amphiarai sacro decedere jussus esse *δόγματι κοινῷ τῶν Βοιωτῶν.* Reliquum quod superest temporis quum ad nostri loci explicationem minime pertineat silentio praetermittimus sub imperatoribus Romanis Atticae adscriptam fuisse adjicientes cf. Plin. h. n. IV, 11. Pausan. I, 34. VII, 11, 4. *ὁ μὲν δὴ τὰ ἐντεταλμένα ἐποίει, Ἀθηναίων δὲ ὁ δῆμος ἀνάγκῃ πλέον ἢ ἑκουσίως διαρπάζουσιν Ὠρωπὸν ὑπήκοόν σφισιν οὖσαν.* Sed his omnibus quae secundum doctissimorum virorum sententias quam brevissime exposita sunt magnam veri speciem habentibus, quum tempus quo Dicaearchus egregium de Graeciae vita opus composuerit certo definiri nequeat, quanquam Dodwelli rationes ei conficiendo spatium ab Olympiadis centesimae sextae decimae anno primo usque ad Olympiadem centesimam vicesimam tertiam tribuentis non omni probabilitate destitutae sunt: fieri vix potest, ut nostro de loco critice constituendo accurate decernamus. Accedit, quod ut in sexcentis aliis nostri fragmenti locis ita hic quoque excerptoris potius quam philosophi reliquias deprehendimus: quam ob causam quae vulgata est lectio *οἰκία Θηβῶν* a Zosimadibus exhibita, ex sententiarum connexu evulsa et aut de domo Thebarum, ita ut Oropi exiguitas cum

Meiero significaretur, aut *οἰκία* vocabulo pluraliter intellecto de domiciliis, sedibus Thebanorum aut plane non interpretanda, retineri et, ut in laciniis male divulsis, defendi potest. Quanquam facillima adest emendandi ratio a Stephano in medium prolata et a Vulcanio, Casaubono, Gailio et Buttmanno approbata rescribentibus nobis *οἰκεία*: quod ut ab omni parte etiam aptius efformaremus, pro *Θηβῶν* cum Casaubono *Θηβαίων* restituere liceret. Ceterum hac in conjectura non libet aut refutanda aut confirmanda noctuas Athenas comportare ob temporum hoc loco et hoc universo opere significatorum incertitudinem atque ob textorum ipsorum pessimum habitum. Quare interpretum argutias rideo Oropum Dicaearchi opus componentis aetate revera Atheniensium fuisse, sed a Dicaearcho de jure Thebanis adscriptam esse conjicientium. Graevii autem suspicio pro *οἰκία* legendum esse *ἀποικία* existimantis Pausaniae loco allegato, quo Oropus initio Boeotorum fuisse perhibetur, aliquatenus confirmatur, licet Gailius ad eam rejiciendam Raoul-Rochetti librum de coloniis Graecorum non ab omni parte tutum auctorem afferat. Profitens equidem libentissime quum ad medelam nostri loci parum conferre videatur me nunc ipsum de Oropi origine nondum accuratius inquisivisse, illam conjecturam a Marxio, C. O. Muellero et Meiero collaudatam esse refero.

μεταβολῶν ἐργασία, quae vulgata existit lectio, magnopere vereor, ut explicari vel defendi satis queat: quanquam enim plurali vocabuli *μεταβολή* usurpato minime offendor, *ἐργασία* tamen quod hoc loco aut de quaestu aut de collegio interpretandum est cum nomine personas neque vero actiones significante jungendum fuisse censeo; qua quidem in re etsi excerptorem peccavisse cogitemus, proximis tamen ipsius verbis, ubi summa portitorum avaritia commemoratur, equidem commoveor, ut cauponum quaestum denotatum hic esse non dubitem. Quem in sensum facillima vel adeo nulla mutatione quod a Stephano et Casaubono prolatum Buttmannus comprobavit *μεταβόλων* vel *μετα-*

βολέων restituere licet: μετάβολος enim et μεταβολεύς a μεταβάλλεσθαι cf. Xenoph. ἀπομν. l. III, 7 ἢ τοὺς ἐμπόρους ἢ τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ μεταβαλλομένους. Bekk. Anecd. I, 51 repetita quum principi sensu merces mercibus commutantem significarent, eandem deinde cum κάπηλος habuerunt notionem de homine merces a mercatore, ἐμπόρῳ, emente cf. Boeckh Staatsh. d. Ath. I, 326 not. 60 de discrimine ἐμπόρων et καπήλων et minores per portiones venumdante cf. Demosth. ap. Eustath. ad Il. p. 480. Etym. M. p. 352. p. 444 v. κάπηλος p. 588 v. παλιγκάπηλος (cf. Aristoph. Plut. vs. 1156). Schol. ad Plut. 1156. πέντε δέ εἰσιν αἱ διαφοραὶ τῶν πωλούντων, αὐτοπώλης, κάπηλος, ἔμπορος, παλιγκάπηλος, μεταβολεύς — μεταβολεὺς ὁ κατὰ τὴν κοτύλην πωλῶν, ὥσπερ οἱ νῦν λεγόμενοι κάπηλοι· εἴρηται δὲ παρὰ τὸ συνεχὲς μεταβάλλειν. Etym. Gud. p. 389. Suid. t. II, p. 538. Hesych. t. II, p. 580 (p. 1444 ὑδραλής, μετάβολος?) Phot. lex. p. 98. 192. Zonar. p. 169 v. ἀνδροκάπηλος (leg. ἀνδραποδοκάπηλος?) p. 1341. Quae, Hudsono teste, aliquando Casaubono in mente fuisse dicitur necnon Marxio et Gailio aliqua ex parte arrisit conjectura μετάλλων, de metallis ex Euboea adversa advectis intelligenda, minus probabilis esse apparet eadem maxime de causa, qua vulgatam supra impugnavi lectionem. ἐργασία autem et quod statim excipit πλεονεξία quod nulla verborum grammatica conjunctione inter se et cum praecedentibus et subsequentibus continentur, inde explicandum, quod excerptor quae Dicaearchus accuratius exposuisset brevissimis tantum lineamentis enotata protulit, stylo plane pessumdato, ut Buttmannus quoque omnium rectissime arbitratus est. Fac enim benevolentiorem de indole hujus magni fragmenti et ratione habentes sententiam ad correctam vel elegantem adeo styli formam revocare atque emendare studeremus lacinias, confiteremur necesse esse censeo aquam nobis haerere hunc ipsum aegrotum locum curaturis. Namque quod Casaubonus ἐργασία et πλεονεξία, quos nominativos Zosimades, Marxius, Manzius

et Buttmannus in editionibus exhibuere, in dativos commutandos esse suspicatus est, ita ut ab *ἀνυπέρβλητος* uterque casus penderet aut, quum ea de re vir sagacissimus accuratius non disseruerit, *ἀνυπέρβλητος* fortasse cum Vulcanio in *ἀνυπερβλήτῳ* efformato, *ἐργασίᾳ* et *πλεονεξίᾳ* ut *τῇ πονηρίᾳ* quoque ad *συντεθραμμένῃ* referantur, medicinam ipso morbo periculosiorem esse existimo. Praestaret sine dubio cogitare Oropum ipsam *μεταβόλων ἐργασίαν, τελωνῶν ἀνυπέρβλητον πλεονεξίαν* dici et quod postremum est *ἀνεπιθέτῳ τῇ πονηρίᾳ συντεθραμμένῃ* aut ad ipsam iterum urbem aut ad avaritiam exagitatam referri. Neque Gailii approbanda est sententia, verba *μεταβολῶν ἐργασία, τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία* judicantis ideo interpolata esse, tum quod nominativus casus male in mediam phrasin desiliret, tum quod *συντεθραμμένη* a *πλεονεξία* vix pendere posset. Vana praeterea *τελωνοῦσι γάρ* et quae sequuntur esse existimavit post ea quae interpolata suspicatus est verba. Aliquem fortasse librarium conjecit in margine addidisse *μετάλλων ἐργασίαν* avaritiae causam esse et inde ortam *ἀνυπέρβλητον πλεονεξίαν*. Contra equidem verbis *τελωνοῦσι γὰρ κ. τ. λ.* optime explicari judico, quomodo portitorum avaritia insuperabilis dici queat, et melius se habere crediderim, si jam praecedentibus portitorum avaritia commemorata fuerit accuratius deinde explicanda, quam si in universum tantum de Oropiorum nequitia verba fiant. Ceterum tantum abest, ut arctum sententiarum connexum vel correctam styli formam esse censeam, ut hunc locum sicut hujus fragmenti plurimos excerptori parum accurato deberi mihi persuadeam. Nihilo minus de interpolatione cogitari non potest.

τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, portitorum summa avaritia, quae quidem verba Vulcanius hunc in modum scripta protulit *τελῶν ἀνυπερβλήτῳ πλεονεξίᾳ*, ut quae antea memorata fuit cauponum lucrandi cupido, *μεταβόλων ἐργασία*, ab Holstenio collocatur cum iis quae Theophrastus in characterum capite XXIII et Plutarchus in

libello *περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι* disseruerunt. Quae huc pertinent Theophrasti verba haecce sunt: *ὁ δὲ ἀλαζὼν τοιοῦτός τις, οἷος ἐν τῷ δείπνατι ἑστηκὼς διηγεῖσθαι ξένοις, ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐστὶν ἐν τῇ θαλάττῃ· καὶ περὶ τῆς ἐργασίας τῆς δανειστικῆς διεξιέναι, ἡλίκη καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε* [et, de quibus Astius non immerito dubitavit, ex codice Palatino *καὶ ἀπολώλεκε· καὶ ἅμα ταῦτα πλεθρίζων πέμπειν τὸ παιδάριον εἰς τὴν τράπεζαν, δραχμῆς αὐτῷ κειμένης*] *ἀνυπέρβλητος* vocabulum nostro loco de re legitur, de persona verbi causa apud Apollodorum bibl. I, 1 *οἳ μεγέθει τε ἀνυπέρβλητοι καὶ δυνάμει ἦσαν.*

ἀνεπιθέτῳ τῇ πονηρίᾳ. Marxius *τῇ* articulum ejiciendum esse arbitratus est; mitiori equidem suffragio, quum istius exilii ne minimam quidem quae justa sit causam perspiciam, retinendum et optime se habere censuerim, sicut in omnibus ejusmodi sententiis, ubi adjectivum praedicati potius quam attributi vicibus fungitur, hocce adjectivum substantivo cum articulo conjuncto praecedere vel succedere sine articulo solet cf. Matth. Gr. Gr. t. II, §. 277. b. Ut vero talem rationem hocce loco non admittendam esse judicemus, totius fragmenti indolem et habitum ejusmodi esse existimo, qui nos vetet cogitari, fieri posse ut reliquiae ita dilaceratae hic illic conjiciendo vel expoliendo ad conditionem vere Dicaearcheam restituantur. Danaidum praeterea labores esse dixerim, scriptorem tam levem tamque securum, qualem excerptor noster ubique se praestitit, grammaticas regulas vel elegantiae notiones docere bene invitum. Quare non est quod metuam, ne quis Gailio assentiatur *ἀνεπιθέτῳ* potius additum quam *τῇ* ejiciendum esse suspicanti. Neque magis intelligo, quam ob causam *πονηρία*, ut Gailius, Theophrastum tamen *τὴν φιλοπονηρίαν* et *τὴν πονηρίαν* ab *αἰσχροκερδείᾳ* distinxisse adnotans, nostro de loco existimavit, ad sensum avaritiae referendum, ac non potius significatione plane universa interpretandum sit.

ἐπίθετος adjectivum saepissime legitur alias alibi habens notiones, quemadmodum de hominibus aliquid simulantibus vel affectandi causa fingentibus a Strabone usurpatum est l. III, p. 158 ἐπίθετοι καὶ λησταρχοὶ ὄντες, quam quidem loco dubitare possumus, annon cum Corayo, Schneidero et qui sequitur Grosskurdo pro ἐπίθετοι emendari debeat ἐπιθετικοί insidiosos, promtos ad invadendum significans cf. Xenoph. Memorab. Socr. III, 1, 6. καὶ γὰρ — τὸν στρατηγὸν εἶναι χρὴ — καὶ ἀσφαλῆ καὶ ἐπιθετικόν, IV, 1, 3. τῶν κυνῶν τῶν εὐφυεστάτων φιλοπόνων τε οὐσῶν καὶ ἐπιθετικῶν τοὺς θηρίους. Certus autem et plane indubitatus ejus vocabuli est usus de adscita quadam et fallaci corporis praestantia vel animi virtute, quo Callistrat. stat. c. 11 οὐ γὰρ εἰς κάλλος ἐπίθετον ἐσχημάτισται et, quem locum Jacobsius allegavit, Themist. or. IV, p. 55 d. οὐκ ἐπίθετον κεκτημένοι εὐνοιαν ἀλλ' ἀναγκαίαν quam maxime faciunt. ἀνεπίθετος vero quod inde efformatum est adjectivum, in thesauro Stephaniano, auctario lexicorum Graecorum Osanni et Passovii lexico desideratum, cum Stephano hunc locum commentante de eo intelligendum esse videtur, quod summum fastigium attigit, ita ut jam nihil adjici possit, nisi forte avaritiam significari malueris, cui nullum praedicatum, nullam ἐπίθετον tribui queat.

τελωνοῦσι γὰρ καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς αὐτοὺς εἰσάγεσθαι. His verbis Boeckhius de oeconomia Atheniensium p. 342 haud compertum se habere professus est, utrum vectigal in confinio modo a Boeotis modo ab Atheniensibus sumtum an, quum Oropus mari quoque adjacuisset et res ex Euboea illatae olim per Oropum in Atticam invectae fuissent, portitorium significatum fuerit. Sed non male fortasse haberet, quum non intelligatur, qua de causa Oropii vituperentur ob vectigalia importatis mercibus imposita, quae etiam Athenis sicut vectigalia exportatorum locum habebant cf. Boeckh Staatsh. I, p. 337 et quum non simpliciter dicatur τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, si quis

Dicaearchum, cui ea verba ipsi adscribenda esse conjicio, de Oropiis ironica exaggeratione utentem praedicasse conjiceret, quod non modo eorum quae in urbem inveherentur sed etiam mercium quae futuro tempore importatum iri viderentur portitoria exigerent, ita ut summa vis in τὰ μέλλοντα voce posita esse appareret. Meierus utrumque conjunxit apud Oropios portitoria Attica mercium mari vel terra importatarum et evectarum exigi solita fuisse observans.

τοὺς συνετοὺς ἐπανελόμενοι. Ad συνετός vocis notionem, si quis est qui de ea dubitet, accurate perspiciendam afferri potest locus a Marxio ex Aristotel. Ethic. Nicomach. VI, 10 allegatus, quo quidem loco, quo modo σύνεσις ab ἐπιστήμη et a φρόνησις secundum Aristotelis sententiam differat, egregie docemur, nihil tamen ad locum nostrum lucramur interpretandum. Universus autem verborum sensus, ut interpretibus quoque fere omnibus placuit, non alius esse posse videtur, quam sapientes et meliores ab Oropiis minimi fieri. Quo cum sensu ut verba τοὺς συνετοὺς ἐπανελόμενοι concinnaret, Jacobsius ad Philostr. sen. imagg. II, 24 interpunctione quae plerumque obtinet commutata locum ita exhibuit: οἱ πολλοὶ αὐτῶν τραχεῖς, ἐν ταῖς ὁμιλίαις τοὺς συνετοὺς ἐπανελόμενοι atque hunc in modum illustravit: „asperi homines, qui absurdis sermonibus cordatiores enecant.“ Equidem ut Jacobsium quod ad significationem adjectivi τραχύς cum Philostrateo loco: Θεωδάμας. τραχὺς οὗτος καὶ νὴ Δί' ἐν τραχείῃ τῇ γῇ Luciani Timonem c. 35 t. I, p. 104 τὸ πάνυ τοῦτο ἄγριον καὶ τραχὺ καταβάλειν, Suid. v. Ἀργοβάστης· κατὰ ἀλκὴν σώματος καὶ θυμοῦ τραχύτητα φλογοειδὴς ἦν. τραχὺς εἰς ὀργήν, Synes. Calv. encom. p. 81. b. et nostrum fragmenti Dicaearchiani locum bene composuisse atque ἀπαναιροῦμαι, sicut ἀναιροῦμαι, de delendo, necando, tollendo de medio intelligi posse libentissime concedo, ita tropicum istum quem Jacobsius statuit verbi ἐπαναιρεῖσθαι usum valde vereor ne ipsa verbi ratione et aliis quae analoga sint exemplis confirmare non possimus. Adjici praeterea

posset, quod eum in sensum *ταῖς ὁμιλίαις* exspectare malimus quam *ἐν ταῖς ὁμιλίαις*. Marxius autem certam emendandi rationem sibi obversari negans variarum quae ipsi in mentem fuerant conjecturarum hasce duas memoriae prodidit: *τὴν συνουσίαν ἐπανελόμενοι*, omne humanae vitae commercium tollentes, atque: *τὰ συνετὰ ἔπη ἀνελόμενοι*, sapienter dicta in exilium abigentes. Equidem denique, quanquam excerptorem ineptissimo modo verba ex genuino opere repetita inter se consarcinasse statuere possem, misellum tamen hominem ubi librariorum peccata vindicanda esse videntur eundem ibi quoque immeritis criminibus non plane obruturus pro *ἐπανελόμενοι* facillima mutatione *ἐξανελόμενοι* restituendum esse conjecerim et locum ita exponendum: plurimi asperi in consuetudine viros sapientes inde removentes: ex verbis enim *ἐν ταῖς ὁμιλίαις* ad *ἐξανελόμενοι* mente supplendum esse *ἐκ τῶν ὁμιλιῶν* sive *ἐξ αὐτῶν*, *αὐτόθεν*, *ἐντεῦθεν* in aperto est.

ἀρνούμενοι τοὺς Βοιωτοὺς Ἀθηναῖοι εἰσι Βοιωτοί, quae verba cum praecedentibus nullo sententiarum connexu vel sermonis vinculo conjuncta esse perspicuum est, ex Dicaearchianis ab excerptore nude exprompta, alium sensum continere vix posse videntur, quam Oropios, licet origine et genere Boeoti essent, mente tamen vel agendi ratione Atheniensium partes fovere, sicut infra de Plataeensibus Athenienses etiam magis amplectentibus eodem modo praedicatur *εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί*. Hudsonus *Ἀθηναῖοί εἰσι Βοιωτοί* verba nostro loco e margine in texta irrepsisse suspicatus qua id fieri potuisset rationem non exposuit. Contra Stephanus et Gailius vulgatam quam exhibui lectionem tuendam esse existimaverunt, atque hic doctissimus vir eodem quo supra indicavi modo rectissime explicuit: cujus sententiam quum Osannus comprobandam esse dixerit, illud tamen praeceptorem pie reverendum exemisse non dubito, quod interpres Gallus Dicaearchum, *utpote contraria sectatum*, Oropios *increpasse* conjecerit. Marxii emendationem *Ἀθηναίοις εἰσὶ βοηθοί* Buttmannus

nostro et quem jam allegavi posteriori loco eo minus approbare debuerat, quod nulla corrigendi necessitas demonstrari potest et quod eum in sensum *Ἀθηναίοις* (*Ἀθηναίων*) *εἰσὶ σύμμαχοι* potius quam *Ἀθηναίοις εἰσὶ βοηθοί* desiderabatur. Equidem denique, quanquam utroque loco nihil mutandum esse censeo causis jam saepius expositis commotus, suspicionem tamen quae aliquando mentem occupavit silentio penitus praetermittere nolui. Ejus loci, ubi de Plataeensibus sermo est, et hujus nostri natura diversa esse mihi videbatur, quum altero *ἀρνούμενοι τοὺς Βοιωτούς* praecesserit et *Ἀθηναῖοι* a voce *Βοιωτοί* separatum sit, altero utrumque arctissime inter se conjungatur, nulla plane alia re adjecta, ita ut dubitare liceat, an uterque locus eundem sensum habeat. Praeterea inquirendum esse cogitabam, annon dicendum potius fuisset *Ἀθηναιο — Βοιωτοί* atque, ut etiam illud locum habere potuisset, annon collocanda ita fuissent verba *Βοιωτοὶ Ἀθηναῖοι*. Ita factum est, ut Dicaearchum atque adeo ejus excerptorem priori loco dixisse suspicarer *ἀρνούμενοι τοὺς Βοιωτοὺς Ἀθηναῖοί εἰσι*, posteriori autem de Plataeensibus *εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι* idque, ut cum Gailio statuere libuit, cum aliqua contemtus nota, uti si de incolis Hassiae Rhenanae seu jocantes seu revera credentes vernacula diceremus: „es ſind Franzoſen." Librarium denique aliquem, Dicaearchi sententia parum perspecta, corrigendi vel etiam dubitandi tantum causa alterutro vel utroque loco ad marginem *Βοιωτοί* adscripsisse itaque hoc vocabulum in texta irrepsisse conjiciebam.

οἱ στίχοι Ξένωνος. Quibus de verbis Buttmannus rectissime eandem quae jam supra animadversa esset orationis deformitatem esse judicavit compilatorem clamantem, particulis quoque omissis orationi necessariis. Xenon penitus ignotus est, nisi quod comicus poëta fuisse conjicitur cf. Grot. in excerptt. et ad Luc. III, 13 et H. Steph. l. VI. schediasm. c. 17, neque, ut mihi quidem videtur, immerito eam potissimum ob causam, quod ceteri in hac Dicaearchiana

farragine allegati poëtarum loci fere omnes e comicis repetiti sunt et versuum ipsorum argumentum cum ea sententia quam maxime congruum est.

Per τέλος vocabulum Stephanus simul ad τελωνῶν vocem alludi censuit, ita ut poëta in ambiguo ejus sensu luderet. Quae sententia ut satis apta atque optima esse videtur, ita, id quod idem doctissimus Gallus statuit, minime dubito apud Xenonem Oropiorum mentionem praecessisse, quum alioqui versuum duorum sedes inter se commutari necesse sit hunc in modum: κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις. Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες. Quod vero ad horum versuum, quos Casaubonus ad Theophr. char. VI allegavit, sensum Marxius ex Aristophanis Equitibus vs. 247 sqq. attulit: παῖε, παῖε τὸν πανοῦργον καὶ ταραξιππόστρατον Καὶ τελώνην καὶ φάραγγα καὶ Χάρυβδιν ἁρπαγῆς Καὶ πανοῦργον καὶ πανοῦργον, quem ad locum scholiasten ita adnotasse video διεβέβλητο τὸ τοῦ τελώνου ὄνομα, ὡς καὶ τοῦ Κλέωνος ὄντος τελώνου καὶ ὑπὲρ τὸ τέλος τελωνοῦντος. Ad explicandos autem Oropiorum mores idem Marxius Platonis locum de legg. IV, 1, p. 705. A. egregie facere animadvertit huncce: πρόσοικος γὰρ θάλασσα χώρᾳ τὸ μὲν παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδὺ μάλα γε μὴν ὄντως ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα. ἐμπορίας γὰρ καὶ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα ἑαυτὴν ἤθη παλίμβολα καὶ ἄπιστα ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα αὐτήν τε πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν ἄπιστον ποιεῖ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὡσαύτως.

ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ'. Quae Oropi ab urbe Tanagraeorum distantia quum Vulcanio nimia esse videretur, rescribere ei placuit στάδια λ', itaque ab Hudsono versum est: *stadia triginta*. Quod quum Gailius initio approbasset, in additamentis tamen, vulgatam retinens lectionem, rejiciendum esse censuit idque, ut videtur, optimo jure: vereor enim equidem ne minor sit stadiorum numerus quam pro itineris longitudine cf. Dodwell. II, 1, p. 257 Tanagrae reliquias adhuc exstare memorantem, Grematae

nomine, sex milliarium distantia ab Oropo ex septentrione occidenti contiguo separatas. Meierus autem encyclop. Hal. l. c. vulgatam codicum lectionem, nulla de ea dubitatione pronuntiata, secutus est.

παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ κλοπῶν φόβου. Stephanus κλοπαί de furtis potius quam de latrociniis interpretandum esse arbitratus scriptorem quae exhibui verba eo consilio addidisse censuit, ut oliveta dominis suis utilissima esse simul demonstraret, collata de qua Isocrates verba fecit κλοπείᾳ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς κατοικούντων. Quam sententiam Gailius argutiorem esse merito judicavit: nihil enim aliud scriptor quam, quum viam per terram oleis consitam et silvestrem ducere eamque ob causam jucundam esse memoravit, accedere dicit quod latrones in ea minime timendi sint. Nulla mihi innotuit necessitas, qua κλοπαί vel κλοποί, de quo vocabulo statim infra expositurus sum, de furtis neque vero de latrociniis intelligi debeat. Ut vero inde, quod latrones in iis agris plane nulli metuendi erant, terrae ἐλαιοφύτῳ καὶ συνδένδρῳ magnum emolumentum accesserit, scriptorem tamen, si quidem eum sensum accurate indicare voluisset, ad χώρας potius παντὸς καθαρευούσης τοῦ ἀπὸ κλοπῶν φόβου quam ad ὁδός verba παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ κλοπῶν φόβου relaturum fuisse conjicio. κλοπῶν, quod Marxius cum Stephano a κλοπή nominativo repetiit, contrario tamen modo cum Gailio de furtis sive latrociniis intellexit, a Buttmanno silentio penitus praetermissum, mihi quidem a κλοπός vocabulo repetendum esse videtur, quod in hymno Homerico in Mercurium vs. 276 legitur μήτε τιν' ἄλλον ὄπωπα βοῶν κλοπὸν ὑμετεράων ibique idem denotare in propatulo est quod κλοπεύς sive κλώψ, quae posterior vox num ex κλοπός contrahendo efformata esse cum Passovio statuenda sit, dubitaverim sicuti σκώψ quoque, quod egregius lexigraphus utpote ἀνάλογον attulit, ex σκοπός effictum esse mihi nondum persuasi. Potissima autem causa, quae me commovet ut κλοπῶν ad nomen personam neque

vero actionem significans referendum esse censeam, φόβος vocabulum dico cum particula ἀπό conjunctum, Hemsterhusium quoque impulisse videtur, ut pro κλοπῶν legendum esse suspicaretur κλώπων cf. adnot. ad Lucian. dial. mort. t. II, p. 535 ed. Bip.

ἡ δὲ πόλις τραχεῖα μὲν καὶ μετέωρος verbis Stephanus significari recte statuit, ad urbem Tanagraeorum nonnisi arduo et difficili ascensu perveniri potuisse.

λευκὴ δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδης. Urbi ipsi hoc loco adscribuntur, quae regioni circa eam sitae vel regionis solo conveniunt, sicuti infra in describendis Thebis ad πόλις subjectum haec omnia referuntur: στρογγύλη μὲν τῷ σχήματι, τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος — καὶ ἱπποτρόφος δὲ ἀγαθή· κάθυδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος. Quo loco, ubi μελάγγειος non ita multo post κάθυδρος et χλωρά vocibus excipitur, ut Etymologico quoque Magno p. 629, 32, ubi ἔνυδρος καὶ μελάγγειος γῆ conjunctum legitur v. ὀργάς, commotus Gailius λευκή hic idem fere significare statuit quod *sicca* collatis ex stadiasmo duobus locis non satis aptis hisce: §. 56. παράκειται δὲ βράχη μετέωρα· φυλάσσου παραπλέων· ὄψει δὲ νησίον ταπεινὸν μελανόν. 291. ἀπὸ Φιλεοῦντος ἐπὶ τὰ ἄκρα — ὅρμοι εἰσὶ δύο, ὁ μὲν ἐπιχαρωπός, ὁ δὲ λευκός· ἔχοντες ἑκάτεροι ὕδωρ. Qua quidem de sententia Osannus eam ob causam suo jure dubitavit, quod τῇ ἐπιφανείᾳ adjectum esset, quanquam idem doctissimus vir album solum, sicut ἀργιλλώδης quoque vocabulo indicaretur, plerumque etiam siccum esse videri libentissime concessit. Neque aliter Muellerus interpretatus est Orchom. et Miny. p. 26. Quod autem ad conjunctionem vocabulorum λευκή et ἀργιλλώδης et ad hujus posterioris vocis significationem, si quis est qui eam cognitam non habeat, cf. Etym. M. 124 v. ἄργιλος, 653 v. Σκύρος, Suid. t. I, p. 312, ubi quam etiam Zonaras p. 288 exhibet glossa ἀργιλλώδης ὁ ῥυπαρός aliqua ex parte mira est, et thes. Steph. t. II, p. 2230.

τοῖς δὲ κ. τ. λ., quae vulgata est lectio a Gailio quo-

que comprobata, quam ob rem cum Marxio, quem Buttmannus secutus est, in τοῖς τε commutanda sit, mente equidem non assequor. Particula enim τε arctior sententiarum connexus externus quidem efficeretur, internus autem qui hoc loco ut aliis nostri fragmenti permultis quam maxime desideratur non restitueretur. Verum enim vero quae adversativa est conjunctio δέ omnia haec verba ex loco bene composito, ubi sententiae quæ de Tanagra aliquid in pejus praedicatum fuerat ex adverso posita fuisse videntur, evulsa ab excerptore esse satis demonstrat.

πρόθυρα, quae Latinis sunt vestibula cf. Vitruv. VI, c. 7. ed. Schneid. (Gell. noct. Att. XVI, 5. vestibulum ita definit: locus inter fores domus et viam medius) a Graecis varie ornari solita fuisse inter omnes satis constat cf. Cratinum quem Pollux testem allegavit πρόθυρα πολυποίκιλα praedicantem. Quo aliqua quoque ex parte pertinet quod jam in carminibus Homericis legimus ἐνώπια παμφανόωντα, quanquam Manzius nostrum ad locum, ἐνώπια idem quod πρόθυρα indicare suspicatus, sine dubio erravit, quum eum in sensum non ἐνώπια, sed προνώπια usurpandum fuisset. Neque crediderim Hesychium ἐνώπια Homerica τὰ κατ' ἀντικρὺ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παριόντων interpretantem rectius explicuisse, quam Eustathium ita exponentem: ἐνώπια πολλοὶ μὲν τοὺς παροδίους τῆς οἰκίας λέγουσι τοίχους, τουτέστι τοὺς ἀντικρὺ τῆς εἰσόδου οἳ ἐν ὀφθαλμοῖς εἰσι τῶν παροδευόντων ἔξωθεν, sed duas eas rationes fere in unam concidere existimaverim. Manzio praeterea forte fortuna evenisse video ut minime omnium quae Eustathio ea de re fuit sententiam perspexerit cf. Eustath. comment. in Iliad. et Odyss. p. 722, 7. p. 1921, 7.

ἐγκαύμασιν ἀναθεματικοῖς. Quod Vulcanius exhibuisse refertur ἐν καύμασιν ab errore repetendum est: dubitare enim hoc loco plane non possumus, quin ut jam Stephanus intellexit de pictura encaustica, cf. Etym. M. p. 281 ἐγκεκαυμένη, ἐζωγραφημένη· ἐπεὶ ἐγκαυταὶ

λέγονται οἱ ζωγραφοι οἱ διαγράφοντες τοὺς τοίχους et quos Marxius allegavit Salmasium ad Solin. p. 241 et Stephani thesaurum v. ἔγκαυσις et qui ea de re recentissimo tempore disseruerunt archaeologos, cogitari debeat. Qua autem de causa Marxius vulgatam lectionem ἀναθεματικοῖς, quam Stephanus et Buttmannus retinendam esse censuere, emendaverit ἀναθηματικοῖς rescribendo idque ipsum Gailius et, ut videtur, etiam Osannus comprobaverint, mihi nondum liquet. Quod enim inter ἀνάθημα et ἀνάθεμα statui queat discrimen aliud esse non videtur, quam quod ἀνάθημα de dono diis dicato in bonam tantum partem, ἀνάθεμα autem etiam malo sensu de aliqua re diris devota usurpatum fuerit. Hanc igitur in sententiam, quam jam Suidas t. I, p. 164 ἀνάθεμα καὶ τὸ ἀνατιθέμενον τῷ θεῷ καὶ τὸ εἰς ἀφανισμὸν ἐσόμενον et Zonaras p. 188 ἀνάθεμα τὸ τῷ θεῷ ἀνατιθέμενον· λέγεται καὶ ἀνάθημα atque, si recte percipio, thesaurus Stephanianus ed. Lond. t. VII, p. 9400 sq. praeiverunt, intelligenda erunt quae Etymol. Gud. p. 51 nos docet: ἀνάθημα ἀναθέματος διαφέρει· ἀνάθημα μὲν γάρ ἐστι τὸ διὰ τοῦ η γραφόμενον τὸ ἀνιερούμενόν τε καὶ ἀνατιθέμενον ἱερῷ τινὶ τόπῳ, ἀνάθεμα δὲ διὰ τοῦ ε ἐκφωνούμενον τὸ ὕβρεως ἐχόμενον καὶ ἀναθεματιστοῦ. Eodem qaoque modo, quo nomina substantiva ἀνάθημα et ἀνάθεμα pari passim significatione leguntur, adjectivum ἀναθεματικός in Etymologico Magno p. 506 v. λέβης — ἐπὶ δὲ τῶν ἀναθεματικῶν Αἴθωνας δὲ λέβητας et, quem locum Osannus attulit, in scholiis Venetis ad Iliadem ι, 122 τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους, ἀλλ' ἀναθεματικούς, καινουργεῖς, τοῦ κόσμου χάριν τιθεμένους ἐν τῷ οἴκῳ quanquam scholia brevia eo loco ἀναθηματικούς proferre memorantur, bono sensu usurpari video iisque satis analogis commotus exemplis in vulgata lectione consisto.

καρποῖς σιτικοῖς de omni frumentorum genere, quod apud Theophrastum vocabulo τὰ σιτηρά et alibi nomine τὰ σιτώδη significatur cf. Stephan. ad h. l. et Passov.

v. σιτηρός, interpretandum est cf. Phot. lex. p. 380 σῖτος, πᾶς ὁ σιτικὸς καρπός, οὐχ ὁ πυρὸς μόνον, καὶ αὐτὰ τὰ σιτία κ. τ. λ.

οἴνῳ δὲ τῷ γινομένῳ κατὰ τὴν Βοιωτίαν πρωτεύουσα. Stephanus quum quod praecessit οὐ λίαν ἄφθονος consideraret in dubio versari existimavit, utrum ad abundantiam an ad praestantiam vini pertinerent praedicandam. Equidem de egregio inprimis vino, fortasse etiam satis largo, intelligenda esse ea verba eamque ad rem, quae viri docti hunc ad locum adnotaverunt, capita Bacchi hedera cincta in Tanagraeorum numis expolita cf. Rasch. lex. numism. t. V, p. 1, p. 501 et quod a Pausania memoratur Dionysi templum Tanagraeum Asopo fluvio proximum referenda esse censuerim. οἴνῳ autem τῷ γινομένῳ eandem in rationem explicandum est, ac si nos vernacula diceremus: durch den Wein aber, den es daſelbſt gibt. Quod in Manziana denique editione οἴνῳ δὲ τῷ γινομένῳ τὴν Βοιωτίαν πρωτεύουσα exhibitum est, quum fieri plane non possit ut πρωτεύειν quarto cum casu conjungi animum inducamus, typothetae vitio duxerim.

οἱ δ' ἐνοικοῦντες ταῖς μὲν οὐσίαις λαμπροί, τοῖς δὲ βίοις λιτοί. Codicum hoc loco nulla plane discrepantia prodita est, nisi quod in codice Hervartiano, si cui forte aliquid momenti ea in re collocare libet, teste Hoeschelio λιτοί cum sequenti vocabulo πάντες arcte conjunctum legitur. Verborum sensum universum Manzius rectissime ita illustravit, ut Tanagraei divitiarum quas haberent non ostentatores, non sumtuosi esse itaque divitiae apud ipsos nullam luxuriam parere dicerentur. Quid enim sit quod οὐσίαι cum Stephano ad praedia potius quam ad pecunias atque omnino opes referri debeat, non intelligo: quippe Tanagraei, quanquam sequentibus statim verbis agriculturae studere referuntur, frumentorum tamen et praecipue vini mercatura magnopere auxisse rem familiarem cogitari possunt. Ceterum οὐσίαις cum λαμπροί non sine aliqua elegantia compositum esse conjecerim, quum ejus

rei quae alioqui saepissime observatur, ut cives *ταῖς μὲν οὐσίαις λιτοί, τοῖς δὲ βίοις λαμπροί* existant, ejus dico rei contrarium apud Tanagraeos inveniamus *ταῖς μὲν οὐσίαις λαμπρούς, τοῖς δὲ βίοις λιτούς*. Ita fit, ut Osanni conjecturam *θυσίαις* pro *οὐσίαις* rescribendum esse existimantis, quanquam per se elegantissimam et quod ad sensum multis scriptorum locis, ut Athen. Deipnos. V, p. 194. a de Antiocho Epiphane *ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βεβασιλευκότας*, haud aegre confirmandam, minime tamen necessariam esse judicem, etiamsi vulgata lectio satis apte explicari nequeat. *τοῖς βίοις* quod jam supra allegatum illustravi a Gailio ita bene versum est: *in victu et cultu*. De *λιτός* vocabulo, cujus ad sensum accuratius explicandum Manzius Phocylidis *λιταὶ τράπεζαι*, Epicureum *λιτοὶ χυλοί* et Hesychiana *λιτοβόρος* et *λιτοδίαιτος* attulit, cf. Etym. M. p. 510. Etym. Gud. 371. 373. Hesych. t. II, p. 488. Zonar. p. 1309. Stephanus denique *ταῖς οὐσίαις* de praediis interpretatus quod Tanagraeorum *αὐτάρκεια* et *λιτότης* et *φιλεργία* praedicaretur, inde repetendum esse censuit, quod eorum solum teste ipso Dicaearcho parum fertile fuisset: *καρποῖς δὲ τοῖς ἐκ τῆς χώρας σιτικοῖς οὐ λίαν ἄφθονος*.

οὐκ ἐργάται simili modo post *γεωργοί* appositum est, quo in hujus fragmenti initio *ξηρά* vocem *οὐκ εὔυδρος* excipiebat. Ceterum Stephanus *ἐργάται* minime idem quod *φίλεργοι*, sed opifices *δημιουργούς* significare rectissime statuit, ita ut *οὐκ ἐργάται* et quod infra legitur *φίλεργοι* sibi invicem minime repugnare appareat.

ξενίαν cur Stephanus de hospitii jure, quam de hospitalitate intelligere maluerit, nostri hujus loci ratio me nondum docuit.

ἀγαθοὶ διαφυλάξαι, de qua verborum conjunctione non est quod accuratius disseram cf. v. c. Xenoph. *ἀπομν.* II, c. 6 *ἀγαθοὺς δεῖ γενέσθαι λέγειν τε καὶ πράττειν*, Gailium non satis apte cum versu Sophocleo Electr.

vs. 316 θάρσει· πέφυκεν ἐσθλός, ὥστ' ἀρκεῖν φίλοις composuisse video: aliud enim ἐσθλός est, aliud ἀγαθός, aliud infinitivus sine particula adjectus, ita ut adjectivum et infinitivus unam notionem efficiant, aliud adjectivum plenae notionis, ut nobilis, ἐσθλός et infinitivus per ὥστε adjunctus, quo aliquid significatur ex adjectivi notione repetitum.

τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς στειχοπλανήταις τῶν ἀποδημητικῶν ἀφ' ὧν ἔχουσιν ἀπαρχόμενοί τε καὶ ἐλευθέρως μεταδιδόντες. τοῖς στειχοπλανήταις, pro qua vulgata lectione in codice Hervartiano secundum Hudsonum στιχοπλανήταις prolatum est, jam Casaubonus et Holstenius mendosum ejusque in locum ille τοῖς πτωχοπλανήταις, hicce autem τοῖς οἰκοπλανήταις emendandum esse censuerunt. Neque Passovius, seu immemor fuit seu corruptum existimavit, vocabulum in lexicon recepit et Buttmannus in τειχοπλανήτης commutandum esse conjecit, quo homo ab alio ad aliud oppidum victus causa migrans indicaretur. Contra Zosimades, Manzius, Marxius et Gailius retinuerunt, quorum Marxius simul optime tuitus est explicando: „den in der Irre herumwandelnden der Ausländiſchen" et Dicaearchum, ut Theophrastum quoque aequalem et amicum in libello inprimis de characteribus aeque lacero, sua sibi peculiaria verba et singulares dictiones habere adnotavit. In utroque autem scriptore caute et sobrie agendum esse in mutandis vocabulis novis vel novo modo usurpatis egregie monuit; neque equidem dubitaverim, quin στειχοπλανήτης pro voce Dicaearchiana judicandum sit. Quod vero Buttmannus eundem plane sensum in στειχοπλανήτης quam in πλανήτης simplici inesse statuit, στειχοπλανήτης fortiorem habere significationem in aperto est, sicut quae jam in carminibus Homericis leguntur στρεφεδινέω, δυσάμμορος cf. Luc. quaest. lexil. p. 45 sqq., quanquam quae ibi afferuntur non omnia apte allata neque omnia recte explicata esse videntur. τῶν ἀποδημητικῶν, cujus loco Casaubonus τῶν

ἐπιδημητικῶν legendum esse suspicatus est, cum Passovio et Gailio de eo explicandum est homine, qui proficisci et a domo abesse et peregre versari amet vel soleat cf. Thesaur. Stephan. t. III, p. 3287, ubi accurate *peregrinativus* versum est. ἀποδημητικοὺς ποιεῖσθαι, quod apud Xenophontem legimus, in peregrinas regiones amandare et ἀποδημητικὴ προῖξ profectitiam dotem significat τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς διδομένην. ἀπάρχεσθαι a Suida per τὸ τοῖς ἀγύρταις ἀργύριον ἐμβάλλειν et ab Hesychio per μεταδιδόναι explicatur. Ceterum fortasse non praetereundum est, quod, quum hoc verbum de rebus sacris plerumque usurpetur, haec ipsa benefaciendi actio rei sacrae et primitiarum offerendarum instar consideraretur. Certe scriptori ejusmodi tropicum verbi ἀπάρχεσθαι sensum obversatum fuisse statuere licet, eumque in sensum a Gailio ἀπαρχόμενοι versum est: *libamina offerentes*. ἐλευθέρως h. l. per *liberaliter* interpretandum, quanquam facillima et maxime prona adest mutandi ratio in adverbium ἐλευθερίως, ex usu tamen ipsius vocabuli ἐλεύθερος ad parem sensum satis comprobato tuendum esse crediderim. Quod autem teste Hoeschelio codex Hervartianus exhibet Ἐλευθέροις vereor ne ullo modo confirmari nequeat.

ἄπεστι γὰρ αὐθέκαστος καὶ παραύστηρος μισοπονηρία. Dijudicaturis, utrum cum Stephano, quem Manzius secutus est, lectio codicum vulgata an cum Zosimadibus, Marxio, Gailio et Buttmanno quae Hoeschelio et Werfero testibus in codice Hervartiano prolata est ὔπεστι comprobanda sit, singula hujus loci verba quam accuratissime nobis consideranda sunt. μισοπονηρία, cujus contrarium ἡ φιλοπονηρία a Theophrasto in characteribus aliquando delineata exstat, per se aliquid laudabile esse apparet, idque multis scriptorum locis confirmatum est cf. quos Stephanus allegavit Demosth. in Midiam, ubi μισοπόνηροι cum σώφρονες et cum καλοὶ καὶ ἀγαθοί conjunctum est, Plutarch. de discernend. adulat. ab amico, ubi adulator operam dare dicitur, ut μισοπόνηρος esse videatur,

Aristotelem τὴν τυραννίδα quod φιλοπόνηρον sit vituperantem et Philonem altero loco τὸ φιλόκαλον ἦθος et τὸ μισοπόνηρον, altero τὸ φιλάνθρωπον, τὸ φιλάγαθον, τὸ φιλοδίκαιον et τὸ μισοπόνηρον inter se componentem atque τὴν μισοπονηρίαν ita illustrantem: τὸ προβεβλῆσθαι τοὺς ἀτιμάζοντας ἀρετὴν καὶ ὡς κοινοὺς δυσμενεῖς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ὑποβλέπεσθαι. Ut in multis vero virtutibus accidere solet, ut, si certum quendam modum et rationem egrediantur, vitiorum potius numero accenseantur, ita mali quoque odium omni aequa hominum aestimatione de medio sublata in vitiositatem excedere et posse et debere cogitandum est. Quem in sensum aliquot Plutarchi locos Stephanus attulit egregie facientes, ex libro de virtute morali, ubi vitanda esse praedicatur περὶ τὰς ἀμύνας ἡ ἄγαν μισοπονηρία, ex libro περὶ ἀοργησίας, ubi θυμὸν τραχύτερον factum esse dixit ὑπὸ μισοπονηρίας, alium, ubi haecce verba leguntur οἰκέταις δὲ καὶ πολίταις τὸν θυμὸν ὥσπερ θηρίον ἀφίεμεν οὐ καλῶς ὑποκοριζόμενον μισοπονηρίαν et alium denique, quo Plutarchus fuisse testatur, qui Dionysii et Phalaridis crudelitati hoc idem nomen μισοπονηρία praetexerent atque ita facinorum utriusque atrocitatem elevarent. Eo sensu titulus quoque comoediae Antiphaneae ab Athenaeo VI, p. 226. c. memoratus Μισοπόνηρος interpretandus est. αὐθέκαστος, cujus loco in codice aliquando Hervartiano nunc Monacensi ἕκαστά τε exhibitum esse Marxius retulit, apud scriptores Graecos et bono et malo sensu usurpatum legitur; quarum rationum ad priorem praeter alios Strab. IV, 195 συνίασι δὲ καὶ κατὰ πλῆθος ῥᾳδίως διὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ αὐθέκαστον et Plutarch. vit. Cat. maj. c. 6 ἀπαραίτητος ὢν ἐν τῷ δικαίῳ καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας προστάγμασιν ὄρθιος καὶ αὐθέκαστος pertinent, ad alteram locus Menandri in Bekkeri Anecdotis commemoratus πικροῦ γέροντος αὐθεκάστου τὸν τρόπον, Plutarch. vit. Alcib. πατέρας αὐθεκάστους καὶ τὸν τρόπον ὁμοφυίας καὶ στρυφνούς et Lucian. Phalar. I, p. 732 βίαιον δὲ ἢ σκαιόν, ἢ ὑβριστι-

κόν, ἢ αὐθέκαστον referendi sunt. Marxius ex Aristotelis Ethicis Nicomach., quo ex libro ad Dicaearchum et Theophrastum explicandos permulta afferri posse adnotavit, huncce locum attulit l. IV, 7 ὁ δὲ μέσος (inter ἀλαζόνα et εἴρωνα) αὐθέκαστός τις ὢν ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ τὰ ὑπάρχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὑτὸν καὶ οὔτε μείζω οὔτε ἐλάττω eademque ratione nostro Dicaearchiano loco αὐθέκαστος vocabulo *verax* interpretatus est. In thesauro Stephaniano t. III, p. 3656 αὐθέκαστος principi significatione *rigidum* denotare statuitur, quod qui hujusmodi sit ea quorum sibi reddendam rationem putet αὐτὰ ἕκαστα recenseat et computet ne quid sibi e numero elabatur metuens, quem ad modum proverbium Gallicum exstet: „il n'a garde de laisser passer treize pour douze.“ Ceterum majori cum fructu lexigraphorum Graecorum hosce locos conferes: Etym. M. p. 153 αὐθέκαστα, τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀληθῆ, οἷον αὐτὰ τὰ γενόμενα· καὶ λόγοι αὐθέκαστοι οἱ σαφεῖς καὶ σύντομοι. νῦν τὸν αὐθάδη. Suid. t. I, p. 378 αὐθέκαστα, αὐτὰ τὰ γενόμενα, οἷον ἀκρίτως καὶ συντόμως καὶ ἀποτόμως. ἢ τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀληθῆ, αὐτοκριβῶς. καὶ αὐθέκαστος, ἀκριβὴς καὶ αὐστηρὸς τῷ λόγῳ καὶ ἀπαρέγκλητος τῷ τρόπῳ· ἀπαρακάλυπτος. οἱ τοίνυν ἀπεχθανόμενοι πρὸς αὐτὸν διὰ τὸ αὐθέκαστον τῶν νόμων καὶ ἄμικτον λαμβάνονταί τε καὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντα παρανομοῦντα ἐδείκνυσαν. Hesych. t. I, p. 612 αὐθέκαστος, ἀκριβής· αὐστηρὸς τῷ λόγῳ· ἀπαρακάλυπτος ἢ τῷ τρόπῳ ἁπλοῦς· ἐλεύθερος· ἀξιόπιστος· αὐτάρεσκος. Bekk. Anecd. I, 17 αὐθέκαστα. τὸ τὰ κυριώτατα διὰ βραχέων καὶ τὰ ἀναγκαιότατα λέγειν μὴ κύκλῳ βαδίζοντα καὶ περιτρέχοντα, αὐθέκαστα λέγειν ἐκάλεσαν οἱ ἀρχαῖοι. Μένανδρος ἐπὶ τοῦ πικροῦ καὶ ἀηδοῦς τέθεικε τὴν λέξιν· πικροῦ γέροντος αὐθεκάστου τὸν τρόπον. p. 462 sq. αὐθέκαστα, αὐτὰ τὰ γενόμενα, οἷον ἀκριβῶς (ita etiam apud Suidam restituendum esse videtur) καὶ συντόμως καὶ ἀποτόμως· καὶ λόγοι αὐθέκαστοι οἱ σαφεῖς καὶ σύντομοι ἢ οἱ ἀληθεῖς. Ἡρόδοτος

δε διαλύων φησὶν αὐτὰ ἕκαστα, οἷον αὐτὴν τὴν ἀλή-
θειαν. λέγεται δὲ αὐθέκαστα καὶ τὰ αὐτόματα καὶ
σκληρά. Μένανδρός φησιν· πικροῦ γέροντος αὐθεκά-
στου τὸν τρόπον (dubitari enim non potest, quin ita pro
vulgata lectione τοῦ τρόπου restituendum sit). Ποσειδιπ-
πος δὲ ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ ἐχρήσατο. αὐθέκαστος ὁ ἀκριβὴς
καὶ αὐστηρὸς τῷ λόγῳ καὶ ἀπαρέγκλητος τῷ τρόπῳ.
καὶ αὐθέκαστα τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀκριβῆ καὶ ἀληθῆ αὐτοαλη-
θῶς et schol. ad locum Luciani allegatum: αὐθέκαστον,
ἀκριβῆ καὶ αὐστηρόν — σημαίνει γὰρ τόν τε ἁπλοῦν
καὶ ἄδολον καὶ ἀληθευτικὸν καὶ τὸν ἕτοιμον πρὸς ἅπαν
καὶ τὸν ταχὺν (leg. τραχὺν?) καὶ σύντομον καὶ αὐτό-
ματον. Μάγιστρος δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ γραμματικῇ τὸ
ἰδιόρρυθμον σημαίνειν φησίν. Quibus ex locis a me alla-
tis omnibus αὐθέκαστος per se ipsum et in bonam et in
malam partem explicari posse et utrum quovis loco sta-
tuendum sit ex loci ipsius natura et verborum connexu
pendere perspicuum est. Quum autem quod nostro loco
deinceps excipit adjectivum παραύστηρος, ab αὐστηρός
vocabulo mediae significationis neque raro ad vitiositatem
relato cf. Xenoph. Anab. V, 4, 29. Bekk. Anecd. I, 53 vv.
ὄμφακας βλέπειν. 54. v. ὀμφακίας θυμός. 67. v. ὑγρόγε-
λως Phot. p. 281 v. παρακέλευστοι p. 387 Βίβλινος οἶνος
p. 705 ἐμβριμώμενος repetendum, ob particulam παρά,
quacum compositum est, eum significare appareat, qui
αὐστηρὸς existat παρὰ τὸ δίκαιον, παρὰ τὸ καθῆκον,
quemadmodum Passovius quoque rectissime exposuit: mi-
nime omnium dubito, quin etiam αὐθέκαστος in malum
sensum intelligi debeat. Nostro igitur loco non alium sen-
sum inesse existimaverim quam huncce: „abest enim nimis
rigida et justo severior mali aversatio“ atque ἄπεστι, ut-
pote difficiliorem lectionem, quae et illa quam indicavi
ratione et codicum ab auctoritate quam optime se habet, a
librario singula textorum verba parum accurate considerante
in ὕπεστι commutatam fuisse conjicio. Accedit quod, si
ὑπεστι lectionem in contextum reciperemus, quanquam inde

optime explicaretur, qua de causa Tanagraeorum urbs tutissimum hospitum receptaculum nuncupatum fuerit, verendum tamen nobis esset, ne Tanagraei magis vituperarentur quam praedicarentur. Neque tamen cum Stephano crediderim scriptorem *μισοπονηρίαν* nimis rigidam a Tanagraeis abesse referentem significasse, ejus occasionem non adesse, quum eum quidem in sensum, ut perspicue eloqueretur, scriptor *τὴν ἄγαν πονηρίαν* potius abesse dicturus fuisse videatur quam *τὴν ἄγαν μισοπονηρίαν*, neque excerptorem his in verbis aliquid peccavisse statuerim; sed Tanagraeos quod hominum vitia si qua occurrerent aequa lance examinarent eam ob causam praedicari censeo. Hunc vero quoque in sensum illa verba protulisse scriptor cogitari potest: „Tanagraeos judicaturo abest, Tanagraeos judicaturum minime subit nimis rigida et aequo severior mali aversatio“ ita ut *ἄπεστι* non ad ipsos Tanagraeos, sed ad alium quemvis hominem Tanagraeos adeuntem, cui rationi quod in praecedentibus legitur *καὶ ἐνδιατρῖψαι δὲ ξένοις ἀσφαλεστάτη πόλις τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν* aliqua ex parte accommodatum est, referendum esse videatur. Certe ea ratione sequentia verba *διὰ τὴν τῶν κατοικούντων αὐτάρκειάν τε καὶ φιλεργίαν* cum praecedentibus, quibuscum ex Stephaniana et ex Marxii lectione et interpretatione non accuratissime cohaerere Osannus merito animadvertit, arctiorem connexum haberent et facillime explicandum, quanquam ea sola res in nostro quidem tali fragmento commovere nos non debet, ut ceteroquin artificiosiorem simpliciori interpretationi praeferamus.

πρός τι γένος. Praepositio *πρός* cum nomine *προσπάθεια* collocata, ut ex compositione hujus ipsius vocabuli et ex usu quum aliorum scriptorum tum nostri ejusdem Dicaearchi cf. infra *προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται* efficitur, rectissime se habet neque a Vulcanio cum *περί* particula commutanda fuit.

ἀκρασίας. De *ἀκρασία* vocabulo a *κεράννυμι* (*κρᾶσις*) efformato cogitari non posse in propatulo est; sed a

κράτος repetenda vox idem significat quod loco Platonico Gorg. p. 525. A. ἀκρατία cum codicibus optimis a Stallbaumio merito comprobatum quanquam in eo quam maxime errante, quod alteram lectionem ἀκρασίας ullo modo ferri posse negavit cf. Theophr. char. ζ, ubi λαλιά definitur ἀκρασία τοῦ λόγου, ἡ δὲ λαλιά, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειν ἀκρασία τοῦ λόγου, ἀκρασία expl. per ἀκράτεια i. e. incontinentia, Xenoph. Cyrop. VI, 1, 19 ἀσέβειάν τε αὐτοῦ λέγων ἀδικίαν τε καὶ ἀκρασίαν, Demosth. τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου καὶ μέθην καὶ κορδακισμοὺς οὐ δυνάμενος φέρειν, Aristot. Rhet. 1 οἱ γὰρ ἀκρατεῖς τοιοῦτοι· ἔστι δ' ἀκρασία περὶ πάντα ὅσων ὁρέγονται et lexigraphi notam ante Zonaram a Tittmanno p. LXXXVI propositam: ἀκρασία γίνεται ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ μορίου καὶ τοῦ κρατῶ. καὶ ἔστι τὸ κρα βραχύ· εὐκρασία δὲ (an legendum ἀκρασία δὲ?) ἀπὸ τοῦ κεράω κερῶ, τὸ κεραννύω καὶ ἔστι τὸ κρα μακρόν. Contra ἀκρασία, quod mitiori pronuntiandi modo ex ἀκρατία efformatum esse neque vero ex ἀκρατησία, ut thesaurus Stephanianus t. IV, p 5297 statuere videtur, prodiisse censuerim, usitatius fuisse apparet quam ἀκρατία, cujus loco etiam ἀκράτεια saepissime usurpatum legitur, secundum Thomam quidem Magistrum cf. paralipom. glossar. Thucyd. ed. Goeller. praef. p. XVII ἀκρατία παρὰ Θουκυδίδῃ μόνῳ, quanquam in libris qui adhuc supersunt Thucydidis manuscriptis plane non legitur cf. Popp. prolegg. t. I, p. 243.

κατενόησα, quod ad sententiam de Dicaearchi itineribus et de auctoritate operis foedo modo pessumdati conformandam aliquantum momenti habet, sicut etiam proxima quaeque verba, id quod typorum diversitate iterum significavi, pro integro sinceri operis loco accipienda esse cum Buttmanno statuo.

Pro ὡς ἐπὶ πολύ Marxius ὡς ἐπὶ τὸ πολύ usitatius sine dubio et elegantius exhibuit. Num vero idem vir doctissimus apud scriptorem aetate et styli ratione Ari-

stoteleum pro γίνεται recte rescripserit γίγνεται, dubito. Ad sensum autem relativae quae adjecta est sententiae ex Aristotelis Ethicis Nicom. VII, 8 haecce bene attulit: οἱ ἀκρατεῖς ἄδικοι μὲν οὐκ εἰσίν, ἀδικοῦσι δέ. Ceterum etiam Pythagorei ἀκρασίαν et φιλαδονίαν fecundam omnium vitiorum matrem statuebant.

p. 143. οὗ γὰρ βίος ἐστὶν ἱκανός, προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται, χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν, qualem in codicibus exhibitum locum Zosimades et Manzius repetierunt, Vulcanius pro παρά rescribendo γάρ, quod Zosimades quoque in adnotatione approbavere, in quendam sententiarum connexum restituit. Aliquanto audacior Stephanus ante προσπάθεια particulam καί interponendam esse suspicatus alioqui dicendum fuisse animadvertit: χαλεπὸν οὖν παρὰ τούτοις ἐγγ. πον. Particulam illam, sed non sede a Stephano concessa recipiendam etiam Marxius comprobavit, apodosin in προσπάθεια, non in χαλεπόν incipere statuens eamque in rationem locum ita proferens: οὗ γὰρ βίος ἐστὶν ἱκανός, προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται καὶ χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν: cujus sententiam Gailius deinde et Buttmannus amplexi sunt. Osannus denique, si conjunctio καί abesset, post φύεται colon interponendum esse existimans perdifficile esse monuit, haec fragmenta ad rectam et accuratam dictionem revocare. Quod ut de sexcentis laciniae nostrae locis libentissime concedo, ita de hisce verbis eorumque connexu mitiorem fero sententiam: quanquam enim fieri potuisse non negaverim, ut quum Dicaearchus dixisset προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται excerptor deinde eorum verborum sensum ita adumbraret χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν aut, si cui forte magis libeat, quae Dicaearchi fuissent χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν idem iste homuncio cum suis hisce προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται commutaret et non solum Dicaearchi genuina verba, sed etiam excerptoris expositio miro quem saepe deprehendimus quodam

casu in codicum texta irreperent: omnia tamen illa verba tuenda esse et quae praecedunt singularem lucri cupidinem, quae excipiunt universam inde natam nequitiam significare censeo eamque in sententiam locum de Oropiis superiorem, quo Dicaearchus, quantum quidem ex reliquiis detruncatis colligere licet, aliquid plane simile enuntiasse videtur, affero τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, ἀνεπιθέτῳ τῇ πονηρίᾳ συντεθραμμένη. Neque difficile esse dixerim sententiarum connexum, quem quod desideramus non excerptoris flagitio, sed librariorum incuriae tribuendum esse censeo, externa quoque ratione restituere. Particulam καί quam a compluribus editoribus receptam eo consilio fuisse vidimus mihi quoque magnopere arridere ingenue profiteor, sed nonnisi cum Stephano ante προσπάθεια collocatam, ita ut totius loci sententia haecce efficiatur: „propensionem enim ad aliquod intemperantiae genus, qua plerumque in hominibus flagitia creari solent, hacce in urbe plane nullam observavi. Ubi enim victus satis largus est et nulla cupido lucrandi oritur, apud ejusmodi homines nequitia aegre obtinet.“ Pro παρά praepositione, quae cum ἐγγίνεσθαι collocata et mihi aliquando et Vulcanio in γάρ restituenti male se habere visa est, πέρ emendare olim placuit; nunc autem intactam relinquo et ἐγγίνεσθαι eodem sensu quo nostrum einheimiſch werden, ἐνδήμιον γίγνεσθαι interpretandum esse judico. Ne denique quidquam praetermittam, quod sagaciori fortasse critico hunc locum aliquando melius tractaturo emolumento esse queat, ita quoque nostra verba aliquando curaturus eram: οὐ γὰρ βίος ἐστὶν ἱκανός, προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται· χαλεπὸν γὰρ (quam conjunctionem sequenti vocabulo obliteratam fuisse cogitabam) παρὰ τούτοις (cujus loco τοιούτοις legendum esse suspicabar) ἐγγίνεσθαι πονηρίαν.

Tanagrae urbis rudera adhuc superesse et moenia, turres, theatrum et columnarum praeterea Ionicarum quaedam fragmenta adhuc conspici Dodwellus II, 1, p. 257 ibidemque solum albicantis coloris esse retulit. Cf. Strab. IX

p. 410 *νυνὶ δὲ μόνη συνέστηκε* (Thespiae) *τῶν Βοιωτικῶν πόλεων καὶ Τάναγρα· τῶν δ' ἄλλων ἐρείπια καὶ ὀνόματα λέλειπται.* Pausan. IX, 22. *ἐν Τανάγρᾳ δὲ παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου Θέμιδός ἐστιν, ὁ δὲ Ἀφροδίτης καὶ ὁ τρίτος τῶν ναῶν Ἀπόλλωνος, ὁμοῦ δὲ αὐτῷ καὶ Ἄρτεμίς τε καὶ Λητώ — ἓν δέ μοι Ταναγραῖοι νομίσαι τὰ ἐς τοὺς θεοὺς μάλιστα δοκοῦσιν Ἑλλήνων, χωρὶς μὲν γὰρ οἰκίας σφίσι, χωρὶς δὲ τὰ ἱερὰ ἅπερ αὐτοῖς ἐν καθαρῷ τέ ἐστι καὶ ἐκτὸς ἀνθρώπων.* Notissima est pugna Tanagraea *ἐν Οἰνοφύτοις* (Muellerus Orch. p. 490 vicum dicit), ubi vinum supra memoratum nascebatur, ab Atheniensibus contra Boeotos, duce Myronide, felicissime commissa cf. Thuc. I, 108. Paus. III, 11. *τελευταῖον δὲ ὁ Τισαμενὸς ἐμαντεύσατο ἐν Τανάγρᾳ σφίσι πρὸς Ἀργείους καὶ Ἀθηναίους γινομένης συμβολῆς.* V, 10. *τὸ ἐπίγραμμα δὲ τὸ ἐπὶ τῇ ὁσπίδι τούς τε ἀναθέντας δηλοῖ καὶ καθ' ἡντινα αἰτίαν ἀνέθεσαν· λέγει γὰρ δὴ οὕτω·*

ναὸς μὲν φιάλαν χρυσέαν ἔχει, ἐκ δὲ Τανάγρας
τᾶς Λακεδαιμονίοις συμμαχίδος γε τεθέν
δῶρον ἀπ' Ἀργείων καὶ Ἀθηναίων καὶ Ἰώνων
τὰν δεκάταν νίκας εἵνεκα τῶ πολέμω.

ταύτης τῆς μάχης μνήμην καὶ ἐν τῇ Ἀτθίδι ἐποιησάμην συγγραφῇ, τὰ Ἀθήνησιν ἐπεξιὼν μνήματα.

ἠσυχῇ, quod ab aliis ut a Stephano nostrum ad locum sine *ι* exhiberi solet, aeque atque *ἡσύχως* et *ἥσυχα* adverbia principi significatione *leniter*, deinde autem idem quod *paulatim, sensim* cf. Themist. orat. XI, p. 190. d *ἡ Μαγνῆτις λίθος ἠσυχῇ ἐφέλκεται τὰ σιδηρία*, Alexidis ex Atthide locum apud Photium p. 180 *πῶς ἐπινεφεῖ τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἠσυχῇ, ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον* et postremo idem quod *aliquantum, fere* cf. Hesych. II, p. 1365 *ἔπιλλος, παράστραβος, ἠσυχῇ διάστροφος* indicabat. Hunc quidem in sensum, qui simili vocabuli *ἠρέμα* usu cf. vit. Thucyd. Marcell. ed. Goell. p. VI *ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη* confirmatus esse videtur, Stephanus, Gailius et Osannus interpretati sunt, Marxius autem ea in voce mendam inesse

suspicatus est. Cujus sententiam ut approbaremus, ἡσυχῇ in genuino Dicaearchi opere ad ἀνατείνουσα pertinuisse statueremus et inde excerptoris culpa evulsum fuisse: quale Buttmanno quoque obversatum fuisse videtur de loco judicium ita emendanti ἡσυχῇ μὲν ἔρημος καὶ λιθώδης ἀνατείνουσά τε πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα. Sed nihil mutandum esse censeo seu excerptor verba bene composita foede disturbavisse conjiciendus est seu *via sensim deserta et lapidosa* fieri memorata est. ἔρημος, cujus vocabuli ad sensum illustrandum Marxius quod in Xenophontis Anabasi aliquoties legitur ἔρημοι σταθμοί allegavit, quum per se ipsum etiam de via parum frequenti intelligi possit, ob adjectum tamen καὶ λιθώδης non dubito, quin viam non cultam cf. supra ὁδὸς δὲ ἡδεῖα, γεωργουμένη significet.

ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα simplicissimo modo ita interpretanda sunt: *attollens autem sese Cithaeronem versus*, qua cum explicatione sequentia quoque verba, qualia quidem in codicibus prolata sunt, quam optime congruunt. Aliae autem duae quas idem Stephanus proposuit explicandi rationes claudicare mihi videntur, quarum in altera *ad Cithaeronem vergens* vis praepositionis ἀνά fere negligatur et verborum οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής nulla oppositio vel nullus adeo cum praecedentibus connexus efficiatur, altera autem *acclivis qua parte ad Cithaeronem tendit*, id quod Stephanus ipse professus est, praepositio πρός a participio ἀνατείνουσα male separetur. De illa autem via et de Plataeis ad Cithaeronis radices sitis cf. Herod. IX, 19 ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυθράς, ἐμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ στρατοπεδευομένους, φρασθέντες δὲ τοῦτο ἀντετάσσοντο ἐπὶ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος. 25. μετὰ δὲ ἔδοξέ σφι ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιάς· ὁ γὰρ χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ ἐὼν ἐπιτηδεώτερός σφι ἐναστρατοπεδεύεσθαι ὁ Πλαταιϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου τά τε ἄλλα καὶ εὐυδρότερος. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον καὶ ἐπὶ τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην τὴν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ἐοῦσαν ἔδοξέ σφι χρεὸν

εἶναι ἀπικέσθαι καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι, ἀναλαβόντες δὲ τὰ ὅπλα ἦῖσαν διὰ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ ἐτάσσοντο κατὰ ἔθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, διὰ ὄχθων τε οὐκ ὑψηλῶν καὶ ἀπέδου χωρίου. **39.** — πέμπει τὴν ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς Κεφαλάς. **Thuc. III, 24** καὶ ἅμα ἑώρων (**Plataeenses**) τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα καὶ Δρυὸς Κεφαλὰς τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων διώκοντας. **Strab. IX, p. 411.** Πλαταιαὶ δὲ ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι εἰσί, μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν, κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα. **Plutarch. vit. Arist. c. 11** Arimnestus εὗρεν, ὅτι τῶν Ὑσιῶν ὑπὸ τῶν Κιθαιρῶνα ναός ἐστιν ἀρχαῖος πάνυ Δήμητρος Ἐλευσινίας καὶ Κόρης προσαγορευόμενος. εὐθὺς οὖν παραλαβὼν τὸν Ἀριστείδην ἦγεν — διὰ τὰς ὑπωρείας τοῦ Κιθαιρῶνος κ. τ. λ. **Paus. IX, 1.** οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιὰς ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς.

οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής, quae praecedentibus verbis ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα opposita esse perspicuum est, cum Hemsterhusio ad Lucian. diall. mort. t. II, p. 535, quanquam idem ingeniosissimus vir emendando quoque nostro loco succurrere studuit, Osanno Polybii locum II, 29, 2 χώρα ἐπισφαλεστάτη, δεύτερον δὲ πῶς οὐκ ἂν ἀπορήσαι τις καὶ νῦν καὶ τότε παρ' αὐτὸν ὢν τὸν καιρόν, πότερον οἱ Κελτοὶ τὴν ἐπισφαλεστάτην εἶχον χώραν (periculosissima Gallorum ordinatio fuerit) eam in sententiam egregie afferente et Buttmanno de via intelligo aliquantum quidem se attollente neque tamen praecipitiis valde periculosa. Quem in sensum ex toto verborum connexu satis perspicuum aliquid adjiciendum scriptori fuisse Marxio suspicanti equidem minime concesserim. Neque

aliter Muellerus Orchom. p. 490 intellexit. Stephanus codicum lectionem retinendam quidem, sed diversa ratione de securitate a latrociniis, quemadmodum via Oropo inde Tanagram ducens *παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλοπῶν φόβου* praedicaretur, interpretandam esse arbitratus rerum veritatem laesisse videtur cf. quos Marxius citavit Diog. Laërt. III, 136 — *ὅμως αὐτὸν εὖ ἐποίησε τὴν γυναῖκα παραπέμψας ἐκ Δελφῶν ἕως Χαλκίδος, εὐλαβουμένην κλωπείας τε καὶ τὰς καθ' ὁδὸν ληστείας*, et Lucian. dialogg. mortt. 27, ubi haec leguntur verba *ἐπεφόνευτο ὑπὸ λῃστῶν παρὰ τὸν Κιθαιρῶνα.* Quorum testimonio nisus Hemsterhusius l. c., quem tamen eundem criticum vulgatae patrocinatum fuisse vidimus, pro *ἐπισφαλής* vocabulo *ἀσφαλής* rescribendum esse conjecit eamque emendationem Marxius comprobandam praedicavit, nisi forte praestare videretur quae ante *λίαν* collocata esset *οὐ* particulam delere. Ineptam vero et commemoratu vix dignam Gailii dixerim suspicionem locum ita restituentis: *οὐ λίαν δέ* (intellexisse credo *ἀνατείνει*), *ἐπισφαλής.*

Posidippus comicus Cassandreus, quem multa vocabula sua sibi singularia vel singularem in modum usurpasse lexigraphorum testimonia efficiunt cf. Bekk. Anecd. I, p. 102 v. *κύπριον.* 104 v. *κακοπρόσωπος.* 93 v. *ἐθισμός.* 350 v. *ἄθετος.* 424 v. *ἀπηλιώτης.* 462 v. *αὐθέκαστα.* Phot. lex. p. 213 v. *νεανισκεύεται.* 254 v. *ὅρμενα.* 339 vv. *προσέκοψεν τῷ ἀνθρώπῳ.* 439 v. *τράχηλοι*, tertio post Menandrum mortuum anno in scenam prodiit ibique fabulas docuit permultas: prope enim triginta ejus comoedias exstare Suidas prodidit cf. t. III, p. 159. Steph. Byz. v. *Κασσανδρεία.* Quarum titulos, qui quidem nobis innotuerint, Kusterus ad citatum Suidae locum hosce enumeravit: *Ἀναβλέπων, Ἀποκλειομένη, Γαλάτεια, Δημύται, Ἐπίσταθμος, Ἔφεσία* (Kusterus falsissime *Ἐφέσια* cf. Athen. XIII, p. 591. e), *Κώδων, Λοκροί* (*Λοκρίδες* ut videtur cf. Athen. III, 87 f., nisi forte duae fabulae ejus comici, altera *Λοκροί*, altera *Λοκρίδες* exstitisse statuendae sunt), *Μεταφερόμενος* aut

εἶναι ἀπικέσθαι καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. ἀναλαβόντες δὲ τα ὅπλα ἦϊσαν διὰ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ ἑτάσσοντο κατὰ ἔθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, διὰ ὄχθων τε οὐκ ὑψηλῶν καὶ ἀπέδου χωρίου. **39.** — πέμπει τὴν ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς Κεφαλάς. **Thuc. III, 24** καὶ ἅμα ἑῴων (**Plataeenses**) τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα καὶ Δρυὸς Κεφαλὰς τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων διώκοντας. **Strab. IX, p. 411.** Πλαταιαὶ δὲ ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι εἰσί, μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν, κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα. **Plutarch. vit. Arist. c. 11** Arimnestus εὗρεν, ὅτι τῶν Ὑσιῶν ὑπὸ τῶν Κιθαιρῶνα ναός ἐστιν ἀρχαῖος πάνυ Δήμητρος Ἐλευσινίας καὶ Κόρης προσαγορευόμενος. εὐθὺς οὖν παραλαβὼν τὸν Ἀριστείδην ἦγεν — διὰ τὰς ὑπωρείας τοῦ Κιθαιρῶνος κ. τ. λ. **Paus. IX, 1.** οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιὰς ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς.

οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής, quae praecedentibus verbis ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα opposita esse perspicuum est, cum Hemsterhusio ad Lucian. diall. mort. t. II, p. 535, quanquam idem ingeniosissimus vir emendando quoque nostro loco succurrere studuit, Osanno Polybii locum II, 29, 2 χώρα ἐπισφαλεστάτη, δεύτερον δὲ πῶς οὐκ ἂν ἀπορήσαι τις καὶ νῦν καὶ τότε παρ' αὐτὸν ὢν τὸν καιρόν, πότερον οἱ Κελτοὶ τὴν ἐπισφαλεστάτην εἶχον χώραν (periculosissima Gallorum ordinatio fuerit) eam in sententiam egregie afferente et Buttmanno de via intelligo aliquantum quidem se attollente neque tamen praecipitiis valde periculosa. Quem in sensum ex toto verborum connexu satis perspicuum aliquid adjiciendum scriptori fuisse Marxio suspicanti equidem minime concesserim. Neque

aliter Muellerus Orchom. p. 490 intellexit. Stephanus codicum lectionem retinendam quidem, sed diversa ratione de securitate a latrociniis, quemadmodum via Oropo inde Tanagram ducens *παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλοπῶν φόβου* praedicaretur, interpretandam esse arbitratus rerum veritatem laesisse videtur cf. quos Marxius citavit Diog. Laërt. III, 136 — *ὅμως αὐτὸν εὖ ἐποίησε τὴν γυναῖκα παραπέμψας ἐκ Δελφῶν ἐως Χαλκίδος, εὐλαβουμένην κλωπείας τε καὶ τὰς καθ' ὁδὸν ληστείας*, et Lucian. dialogg. mortt. 27, ubi haec leguntur verba *ἐπεφόνευτο ὑπὸ λῃστῶν παρὰ τὸν Κιθαιρῶνα.* Quorum testimonio nisus Hemsterhusius l. c., quem tamen eundem criticum vulgatae patrocinatum fuisse vidimus, pro *ἐπισφαλής* vocabulo *ἀσφαλής* rescribendum esse conjecit eamque emendationem Marxius comprobandam praedicavit, nisi forte praestare videretur quae ante *λίαν* collocata esset *οὐ* particulam delere. Ineptam vero et commemoratu vix dignam Gailii dixerim suspicionem locum ita restituentis: *οὔ λίαν δέ* (intellexisse credo *ἀνατείνει*), *ἐπισφαλής.*

Posidippus comicus Cassandreus, quem multa vocabula sua sibi singularia vel singularem in modum usurpasse lexigraphorum testimonia efficiunt cf. Bekk. Anecd. I, p. 102 v. *κύπριον.* 104 v. *κακοπρόσωπος.* 93 v. *ἐθισμούς.* 350 v. *ἄθετος.* 424 v. *ἀπηλιώτης.* 462 v. *αὐθέκαστα.* Phot. lex. p. 213 v. *νεανισκεύεται.* 254 v. *ὅρμενα.* 339 vv. *προσέκοψεν τῷ ἀνθρώπῳ.* 439 v. *τράχηλοι*, tertio post Menandrum mortuum anno in scenam prodiit ibique fabulas docuit permultas: prope enim triginta ejus comoedias exstare Suidas prodidit cf. t. III, p. 159. Steph. Byz. v. *Κασσανδρεία.* Quarum titulos, qui quidem nobis innotuerint, Kusterus ad citatum Suidae locum hosce enumeravit: *Ἀναβλέπων, Ἀποκλειομένη, Γαλάτεια, Δημόται, Ἐπισταθμος, Ἔφεσία* (Kusterus falsissime *Ἔφεσια* cf. Athen. XIII, p. 591. e), *Κώδων, Λοκροί* (*Λοκρίδες* ut videtur cf. Athen. III, 87 f., nisi forte duae fabulae ejus comici, altera *Λοκροί*, altera *Λοκρίδες* exstitisse statuendae sunt), *Μεταφερόμενος* aut

εἶναι ἀπικέσθαι καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. ἀναλαβόντες δὲ τα ὅπλα ἦϊσαν διὰ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ ἑτάσσοντο κατὰ ἔθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, διὰ ὄχθων τε οὐκ ὑψηλῶν καὶ ἀπέδου χωρίου. **39.** — πέμπει τὴν ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Ἀρνὸς Κεφαλάς. **Thuc. III, 24** καὶ ἅμα ἑῴων (**Plataeenses**) τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα καὶ Ἀρνὸς Κεφαλὰς τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων διώκοντας. **Strab. IX, p. 411.** Πλαταιαὶ δὲ ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι εἰσί, μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν, κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα. **Plutarch. vit. Arist. c. 11** Arimnestus εὗρεν, ὅτι τῶν Ὑσιῶν ὑπὸ τῶν Κιθαιρῶνα ναός ἐστιν ἀρχαῖος πάνυ Δήμητρος Ἐλευσινίας καὶ Κόρης προσαγορευόμενος. εὐθὺς οὖν παραλάβων τὸν Ἀριστείδην ἦγεν — διὰ τὰς ὑπωρείας τοῦ Κιθαιρῶνος κ. τ. λ. **Paus. IX, 1.** οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιὰς ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς.

οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής, quae praecedentibus verbis ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα opposita esse perspicuum est, cum Hemsterhusio ad Lucian. diall. mort. t. II, p. 535, quanquam idem ingeniosissimus vir emendando quoque nostro loco succurrere studuit, Osanno Polybii locum II, 29, 2 χώρα ἐπισφαλεστάτη, δεύτερον δὲ πῶς οὐκ ἂν ἀπορήσαι τις καὶ νῦν καὶ τότε παρ' αὐτὸν ὢν τὸν καιρόν, πότερον οἱ Κελτοὶ τὴν ἐπισφαλεστάτην εἶχον χώραν (periculosissima Gallorum ordinatio fuerit) eam in sententiam egregie afferente et Buttmanno de via intelligo aliquantum quidem se attollente neque tamen praecipitiis valde periculosa. Quem in sensum ex toto verborum connexu satis perspicuum aliquid adjiciendum scriptori fuisse Marxio suspicanti equidem minime concesserim. Neque

aliter Muellerus Orchom. p. 490 intellexit. Stephanus codicum lectionem retinendam quidem, sed diversa ratione de securitate a latrociniis, quemadmodum via Oropo inde Tanagram ducens *παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλοπῶν φόβου* praedicaretur, interpretandam esse arbitratus rerum veritatem laesisse videtur cf. quos Marxius citavit Diog. Laërt. III, 136 — *ὅμως αὐτὸν εὖ ἐποίησε τὴν γυναῖκα παραπέμψας ἐκ Δελφῶν ἕως Χαλκίδος, εὐλαβουμένην κλωπείας τε καὶ τὰς καθ' ὁδὸν ληστείας*, et Lucian. dialogg. mortt. 27, ubi haec leguntur verba *ἐπεφόνευτο ὑπὸ ληστῶν παρὰ τὸν Κιθαιρῶνα*. Quorum testimonio nisus Hemsterhusius l. c., quem tamen eundem criticum vulgatae patrocinatum fuisse vidimus, pro *ἐπισφαλής* vocabulo *ἀσφαλής* rescribendum esse conjecit eamque emendationem Marxius comprobandam praedicavit, nisi forte praestare videretur quae ante *λίαν* collocata esset *οὐ* particulam delere. Ineptam vero et commemoratu vix dignam Gailii dixerim suspicionem locum ita restituentis: *οὐ λίαν δέ* (intellexisse credo *ἀνατείνει*), *ἐπισφαλής*.

Posidippus comicus Cassandreus, quem multa vocabula sua sibi singularia vel singularem in modum usurpasse lexigraphorum testimonia efficiunt cf. Bekk. Anecd. I, p. 102 v. *κύπριον*. 104 v. *κακοπρόσωπος*. 93 v. *ἐθισμός*. 350 v. *ἄθετος*. 424 v. *ἀπηλιώτης*. 462 v. *αὐθέκαστα*. Phot. lex. p. 213 v. *νεανισκεύεται*. 254 v. *ὅρμενα*. 339 vv. *προσέκοψεν τῷ ἀνθρώπῳ*. 439 v. *τράχηλοι*, tertio post Menandrum mortuum anno in scenam prodiit ibique fabulas docuit permultas: prope enim triginta ejus comoedias exstare Suidas prodidit cf. t. III, p. 159. Steph. Byz. v. *Κασσανδρεία*. Quarum titulos, qui quidem nobis innotuerint, Kusterus ad citatum Suidae locum hosce enumeravit: *Ἀναβλέπων*, *Ἀποκλειομένη*, *Γαλάτεια*, *Δημόται*, *Ἐπίσταθμος*, *Ἐφεσία* (Kusterus falsissime *Ἐφέσια* cf. Athen. XIII, p. 591. e), *Κώδων*, *Λοκροί* (*Λοκρίδες* ut videtur cf. Athen. III, 87 f., nisi forte duae fabulae ejus comici, altera *Λοκροί*, altera *Λοκρίδες* exstitisse statuendae sunt), *Μεταφερόμενος* aut

Μεταφερόμενοι, Παιδίου (non Πέδιον, ut Kusterus cf. Athen. III, 94. c. cf. etiam III, 94. b, ubi falsissime antea legebatur Μένανδρος ἐν Πεδίῳ, Schweighaeuserus rectissime restituit ἐν Παιδίῳ cf. h. v. d. in indice v. Menander. Platonis παιδίον Ath. VII, 316. c), Πορνοβοσκός, Σύνεφοφοι, Χορεύουσαι, quibus aliquando de hoc comico ex integro accuratius commentaturus nunc ipsum equidem Φιλοπάτορα adjicio. Quae supersunt comici fragmenta, alia eum fabulae titulo, alia sine eo reservata, maximam partem ita comparata sunt, ut de singularum fabularum ratione et habitu inde ne conjecturam quidem repetere posse nobis videamur. Quam ob causam neminem miraturum esse credideram, quod dijudicare non audeam, quas ad fabulas hi de Plataeis comici versus et qui in fine nostri fragmenti exscriptus est locus pertinuerint, quum magnopere praeterea dubitem, num ad ipsas titulis quidem cognitas fabulas necessario referendos existimemus, anxietatis notam in re critica minus metuens temeritatis opprobrio. Fragmenta tamen haecce duo apponere libet, quorum altero οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν Ἄνθρωπος ὤν· οὐδ' ἄχρι τοῦ τέλους πάλιν (leg. πάνυ?) Ἔμεινεν εὐτυχῶν, altero ex Μεταφερομένοις repetito ὥστ' ἐν ἡμέραις δέκα Εἶναι δοκεῖν Ζήνωνος ἐγκρατέστερον, a Clemente Alexandrino Strom. l. VI, p. 449 et a Diogene Laërtio VII, 27 sq. commemorata. Ex ejusdem Posidippi aut ex Philemonis fabula eodem Diogenis loco (non enim accurate de auctore dijudicat) (fabulae autem inscribebatur φιλόσοφοι) hi versus citati sunt: εἰς ἄρτον ὄψον ἰσχὰς (sic enim interpungendum est)· ἐπιπιεῖν δ' ὕδωρ (quod aut imperative aut ita explicari potest: „ad bibendum vero aqua adest“): φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ, Πεινῆν διδάσκει καὶ μαθητὰς λαμβάνει. Posidippus denique comicus, a cognomine historico segregandus, num idem cum epigrammatico poëta cf. Athen. VII, 318. d. X, p. 412. 414. d. 415. b. XIII, 596. c. Schol. ad Apoll. Rhod. I, 1289. exstiterit, dubitandum videtur cf. Schweigh. in Athenaei indice s. v.

ναοὶ δύο εἰσὶ καὶ στοά. Vanum est virorum doctorum Marxii et Gailii studium ea verba, quae jam Stephanus a comico poëta per hyperbolen prolata esse intellexit, cum historicis rationibus componendi et ad Plataearum conditionem post alteram utram eversionem referendi. Namque omnis quae nostro loco inest vis comica pessumdaretur, si Plataeensium urbem, quo tempore Posidippus in aliqua fabula ita delineaverit, tam exiguam et tenuem revera fuisse statueremus. Neque summa quae Plataeenses bis ad incitas redegit calamitas Athenis quidem docenti poëtae ansam praebere debuit sales comicos inspergendi. Ita omnium rectissime Stephanus, nonnullas in Graecia urbes fuisse monens pluribus vel majoribus templis quam pro ipsarum magnitudine exstructas, Stratonici cujusdam (ejusdem, citharoedi, cujus egregia quaedam joca Strabo XIII, c. 1. p. 610. XIV, c. 2. p. 651 et Athenaeus l. VIII, p. 348 sqq. memoriae prodiderunt) exemplum attulit, qui, quum Mylassa, oppidum Cariae magno templorum numero, sed non satis magna incolarum copia instructum, venisset, medio in foro subsistens exclamavisset: audite, templa.“ Cf. Athen. l. c. *εἰς Μύλασσα δὲ ἐπιδημήσας καὶ κατιδὼν ναοὺς μὲν πολλούς, ἀνθρώπους δὲ ὀλίγους, στὰς ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ, ἔφη· ἀκούετε ναοί.*“ Marxius vero comici fragmentum de Plataearum statu per posteriorem Thebanorum expugnationem effecto et a Pausania IX, 1 his verbis *ὑπὸ τῶν Θηβαίων καθηρέθη πλὴν τὰ ἱερά* cf. Diod. Sic. XV, 41 ibique Wesseling. indicato intelligendum esse arbitratus est. Contra Gailius, quanquam Posidippi aetatem incertam esse et quominus ad ruinam per Thebanos illatam locum referremus per se nihil impedire monuit, in eo tamen scrupulum sensisse sibi visus est, quod Pausanias nihil nisi sacra reliquum fuisse proderet, Posidippus praeter templa etiam porticum, balneum et Sarambi cauponam commemoraret. Qua quidem causa commotus Posidippum, quem ab anno ante Chr. n. CCCCXXVII usque ad annum CCCLXVIII vixisse non sine aliqua audacia suspicatur, Plataeas a Lacedaemoniis

eversas significasse conjicit et hos nostros versus cum iis quae Thucydides de isto excidio memoriae prodiderit cf. III, 68 quam maxime congruos esse statuit: deversorium enim quod Lacedaemonii prope Heraeum construxerunt a Thucydide l. c. his verbis significatum *ᾠκοδόμησαν πρὸς τῷ Ἡραίῳ καταγώγιον διακοσίων ποδῶν πανταχῇ κύκλῳ οἰκοδομήματα ἔχον κάτωθεν καὶ ἄνωθεν* fortasse porticum et balneum et Sarambi celebritatem a Posidippo indicatam continuisse et praeterea eundem templorum numerum apud Thucydidem atque apud Posidippum apparere monuit. Ne denique quidquam rationis Gailianae, quam non secus atque Marxianam plane non probandam esse supra indicavimus, lectoribus invideamus, Dicaearchum Posidippi versus ab ipso auctore de priori Plataearum ruina prolatos, quemadmodum ab antiquis saepissime fieret, ad recentiorem eventum, nimirum ad Plataeas a Thebanis dirutas retulisse arbitratus est. Celeberrima sunt de quibus Posidippus verba facit duo templa, alterum Junonis Cithaeroniae cf. Herod. IX, 53 *φεύγοντες δὲ ἀπικνέονται ἐπὶ τὸ Ἡραῖον· τὸ δὲ πρὸ τῆς πόλιός ἐστι τῆς Πλαταιέων, εἴκοσι σταδίους ἀπὸ τῆς κρήνης τῆς Γαργαφίης ἀπέχον.* Thuc. l. c. Plutarch. vit. Arist. c. 18 (Pausanias) *τρέπεται πρὸς τὸ Ἡραῖον τῇ ὄψει δεδακρυμένος καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν εὔξατο Κιθαιρωνίᾳ Ἥρᾳ καὶ θεοῖς ἄλλοις, οἳ Πλαταιΐδα γῆν ἔχουσιν.* Paus. IX, 2 *Πλαταίας ἱρῷον — ναὸς Ἥρας*, alterum Minervae idque ex pecuniis Atheniensium et Lacedaemoniorum post clarissimam illam de Persis victoriam aedificatum cf. Plutarch. vit. Arist. c. 20 *οὕτω δὲ διαλλαγέντες ἐξεῖλον ὀγδοήκοντα τάλαντα τοῖς Πλαταιεῦσιν, ἀφ' ὧν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ᾠκοδόμησαν ἱερὸν καὶ τὸ ἕδος ἔστησαν καὶ γραφαῖς τὸν νεὼν διεκόσμησαν, αἳ μέχρι νῦν ἀκμάζουσαι διαμένουσιν.* Pausan. IX, 3. *Πλαταιεῦσι δὲ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἀρείας ἐστὶν ἱερόν· ᾠκοδομήθη δὲ ἀπὸ λαφύρων, ἃ τῆς μάχης σφίσιν Ἀθηναῖοι τῆς ἐν Μαραθῶνι ἀπένειμαν.* Quae commemorata est porticus utrum fani Minervae secundum Plutarchum variis picturis

exornati partem effecerit an ab alio quovis aedificio segregata fuerit cujusmodi multas porticus in urbibus Graecis fuisse constat, dijudicari non potest. Pro *δύο εἰσί* denique, quod apud Aristophanem poëtam sine ulla haesitatione hiatu non admodum Attico liberaturus essem, apud Posidippum recentioris comoediae scriptorem eumque Menandro posteriorem *δύ' εἰσί* rescribere non audeo, quum illud ex vulgari dicendi ratione repetitum esse videatur.

καὶ τοὔνομα Καὶ τὸ βαλανεῖον καὶ τὸ Σαράμβου κλέος. Stephano haec omnia nomina cum *Σαράμβου* sive, ut ipse protulit, *Σηράμβου* non male fortasse jungi existimanti equidem non assentior. *τοὔνομα* aut ita interpretandum esse videtur, ut poëta Plataeas non revera urbem esse, sed urbis tantum nomine uti significaverit aut, id quod mihi quidem magis arridet, cum Stephano de nominis celebritate, quam Plataeae proelio pro communi Graeciae libertate felicissime commisso nactae fuerunt, intelligendum. Si autem de Plataearum conditione post alteram utram ruinam misera apud comicum nostrum poëtam cogitare liceret, ad sensum ejus vocabuli illustrandum Strabonis locus afferri posset hicce IX, p. 410 *τῶν δ' ἄλλων ἐρείπια καὶ ὀνόματα λέλειπται. Σηράμβου*, quod Stephanum edidisse indicavi et cujus loco Hoeschelius ex codicum lectione *Συράμβου* excudit, Hudsonus autem balnei memorati ratione habita quod ex portus Piraeei parte repetitum est *Σηράγγου* sive *Σηραγγίου* rescribendum esse conjecit, a Zosimadibus et Gailio in fragmenti textis relictum est, a Manzio vero, Marxio et Buttmanno, etiam Osanno comprobante (qui tamen postea aliquatenus dubitavit, utrum *Σάραμβος* an *Σήραμβος* pro recta forma judicandum sit) optimo jure in *Σαράμβου* immutatum exhibetur cf. Plat. Gorg. p. 518. b — *ἐμοῦ ἐρωτῶντος, οἵτινες ἀγαθοὶ γεγόνασιν ἢ εἰσὶ σωμάτων θεραπευταί, ἔλεγές μοι πάνυ σπουδάζων, Θεαρίων ὁ ἀρτοκόπος καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος, ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι*

σωμάτων θεραπευταί, ὁ μὲν ἄρτους θαυμαστοὺς παρασκευάζων, ὁ δὲ ὄψον, ὁ δὲ οἶνον. Athen. III, p. 112. d. e. IV, 173. d ex Toupii emendatione: κἀν τοῖς ἑξῆς δ' ὁ Ἀχαιός φησιν· — τί ὑποκεκρυμμένος μένεις, σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμε; — Aristid. t. III, p. 251. 317. Themist. orat. IV, 129 ed. Petav. Davis. ad Maxim. Tyr. IV, 5. Toup. emend. in Suid. t. I, p. 12. H. Steph. thes. ed. Lond. s. v. Quod ad sensum vero verborum τὸ Σαράμβου κλέος idem denotari apparet quod καπηλεία vel καπηλεῖον significat eamque in sententiam, quam jam Stephanus acu tetigit, Hesychii quoque haec glossa referenda esse videtur t. II, p. 1176 σήραμβος, εἶδος καυθάρου.

τὸ πολὺ μὲν ἀκτή, τοῖς δ' ἐλευθέροις πόλις. Quo in versu quamquam Stephanus ad sensum eruendum non multum operae collocandum esse praedicavit, omnibus tamen quae nobis insunt viribus studeamus singula loci verba quam accuratissime considerantes experiri, an aliqua huic versui quae non plane inepta sit sententia subesse videatur. τὸ πολὺ μέν, quod in reliquis omnibus editionibus idque, ut conjicere par est, codicum ex auctoritate exhibitum video, ab Holstenio utrum ex libris manuscriptis an conjiciendo in δούλοις μέν commutatum fuerit, nescio, quanquam posterior suspicio majori veri specie utitur, quum lectionis δούλοις nullibi mentio fiat et praeterea hocce vocabulum ex adverso adjectivi ἐλευθέροις effici facillime potuerit. Neque eam tamen seu pro lectione seu pro conjectura accipienda est pluribus impugnaverim, quippe quam ipsius auctor non accuratius illustraverit: sensus quidem statui potest textis ita constitutis talis subesse: servis quidem pro solitudine, liberis autem pro urbe est.“ Sed ante omnia de ἀκτή vocabulo hocce loco interpretando videamus: ἀκτή vocabulum quod ab ἄγνυμι repetitum eam terrae partem, ubi maris fluctus allidentes franguntur, principi notione significat de litore deinde universo et, quum homines Genio sacrificaturi loca ab hominum frequentia secreta

quibus maris simul conspectu et aurae refrigeratione gauderent eligere sibi solerent, de amoena regione marina in illum usum commoda usurpabatur, quo ἀκτάζειν de epulatione in litoris suavi recessu adhibitum, cf. quod apud Plutarchum legitur σήμερον ἀκτάζομεν, referendum est. Posteriori autem usu factum est, ut ἀκτή non solum litorales locos, sed etiam mediterraneos illa ratione egregios significaret, locupletissimo teste Hesychio: οἶδε δὲ καὶ ἄλλο τι ἡ συνήθεια καλούμενον ἀκτὴν ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος, οἶμαι, τοῖς πλοϊζομένοις λαβοῦσα. ἐκεῖνοί τε γὰρ ἐς τοὺς τοιούτους τῶν τόπων ἀποβάντες ἐστιῶνται. αὕτη τε τοὺς ἐπ' εὐωχίαις ἀφωρισμένους τόπους ἀκτὰς καλεῖ, κἂν τύχωσι μὴ παραθαλάσσιοι ὄντες. Sed etiam nulla plane voluptatis et epularum ratione habita solum et secretum litus denotabat, quam quidem ad rationem Virgilii locus Aen. l. V, vs. 613 sq. „At procul in sola secretae Troades acta Amissum Anchisen flebant“ merito allatus est. Neque minus recte eam ad rationem Vossius ad Scylacem cf. Geogr. minorr. ed. Gail. t. I, p. 336 ex Petronii Satiricis 81 haecce allegavit: „nec diu tamen lacrymis indulsi, sed veritus ne Menelaus etiam antescholanus inter cetera mala solum me in deversorio inveniret, collegi sarcinulas locumque secretum et proximum litori moestus conduxi.“ Quo Ciceronianus quoque locus quam maxime facit, quippe quo litus vocabulum simili sed tropico eoque in malam partem interpretando sensu usurpatum inveniatur, Epist. ad Att. I, 18 mea quidem ex sententia ita constituendus: abest enim frater ἀφελέστατος, et amantissimus mei Metellus non homo, sed litus atque aër et solitudo mera“ et hunc in modum explicandus: „frater enim simplicissimus abest, et, qui adest, quamvis amantissimus mei, Metellus non homo est, sed litus atque aër et solitudo mera,“ quae postrema verba quid sibi velint, sequenti deinceps quae ex adverso collocata est sententia: „tu autem qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo etc.“ et literarum initio accurate illustratur. Quod enim ad codicum

auctoritatem eo loco attinet, illa mea textorum constitutio magnam habet veri speciem, aliis *amantissimus mei*, aliis *amantissimus Metellus* exhibentibus, neque cum Wielando crediderim lacunam ibi statuendam esse neque Malaspinae, Lambini et Mongecaulti interpretationem approbaverim neque conjecturam Schützii quamvis vulgatam lectionem aliqua ex parte tuentis necessariam vel satis rectam esse existimaverim quanquam in recentissima lexici Forcelliniani editione collaudatam, quippe quae ita se habeat: *abest enim frater ἀφελέστατος et amantissimus mei et illius nunc domus est litus atque aër et solitudo mera.* Ceterum in eo cum Schuetzio libentissime consentio, quod sicut jam Bosius ante eum arbitratus est verbis hisce: *non homo, sed litus* et quae sequuntur non laudem, sed vituperium inesse censuit eamque in rem ex epistoll. ad Attic. l. VII, 13 huncce allegavit locum: „L. Caesarem vidi Minturnis a. d. VIII Kal. Febr. mane cum absurdissimis mandatis, *non hominem, sed scopas solutas*, ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit.“ Sed ut ad locum Dicaearchianum redeam, τὸ πολὺ μέν adverbiali sensu explicato et cum ὡς ἐπὶ τὸ πολύ quod supra legebatur juxta collocato, ἀχτή simplicissimum esse videtur de loco ab hominum frequentia segregato eamque ob causam cum litorali recessu egregie conferendo cf. quod Manzius attulit πάσης ἠϊόνος ἐρημοτέρα interpretari, qua cum ratione quae antecedentibus versibus exposita sunt quam maxime congrua esse manifestum est. Simili modo comicus poëta de Megalopoli Arcadiae eloquutus est cf. Strab. l. VIII, p. 388 νυνὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαλόπολις τὸ τοῦ κωμικοῦ πέπονθε καὶ Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις. Namque quod doctissimus Casaubonus ad Scylacem l. c. ἀχτή de locis sine moenibus sive, ut ex glossis ipse non satis recte protulit, de amoeniis intelligendum esse censuit, jam a Salmasio refutatum est neque melius habet quam quod mihi aliquando in cogitationem irrepsit ἀχτή, quemadmodum cum Erfurdtio apud Sophoclem Oed.

Tyr. vs. 182 sqq. *ἐν δ' ἄλοχοι πολιαί τ' ἐπὶ ματέρες ἀκτὰν παρὰ βώμιον ἄλλοθεν ἄλλαι λυγρῶν πόνων ἰκτῆρες ἐπιστενάχουσι* factum esse quispiam suspicetur, de altari sive tumulo accipiendum esse. Sed jam videndum est, quomodo nostra verba illa ratione illustrata cum sequentibus, quibus opposita esse particulis *μέν* et *δέ* interpositis perspicue indicatum est, conveniant ibique locum vel leviter considerantes confiteamur necesse est, vulgatam quae existit lectionem *τοῖς δ' ἐλευθέροις* sensu cassam apparere. Rejicienda sunt Marxii et Gailii medicamina hunc ad locum restituendum composita: quorum ille *αἱ δ' Ἐλευθεραὶ πόλις* rescribendum esse suspicatus a ratione palaeographica nimis recessit, hiatum verborum *ἀκτή* et *αἱ* se excipientium aegre tolerabilem admisit et *τὸ πολὺ μέν*, quorum loco eum in sensum *Πλαταιαὶ μέν* vel aliquid simile desiderabatur, neque exposuit neque omnino respexit, eamque ob rem emendationem sine ullo sale et sine dubio falsam emisisse a Buttmanno merito praedicatus est. Editor autem Gallus *τοῖς δ' Ἐλευθερίοις* emendandum et omnem locum de Platacarum urbe qualicunque Eleutheriis propria de jure, quanquam non de facto, explicandum esse censuit; quem ad sensum quod supra Oropus Thebanorum esse statueretur et quod sequentibus verbis Plataeenses *nihilo minus* Atheniensium colonos se esse gloriarentur iidemque *Ἀθηναῖοι Βοιωτοί* dicerentur egregie facere animadvertit. Ne vero quis offenderetur Eleutheras ita Boeotiae adscriptas esse legens, Strabonis locum l. IX, p. 412 a Dutheilio ita emendatum: *εἰσὶ γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον, ἃς οἱ μὲν Ἀττικῆς* (vulgo legebatur *τῶν Πλαταιῶν*), *οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασίν* contulit et illo quo Posidippus fabulam docuisset tempore civitatem eam Boeotiae fuisse, sed ex quo Philippus *ἐπὶ καταλύσει τῶν Θηβαίων* multa fecisset sub Boeotorum ditione non fuisse monuit. cf. Paus. 1, 38. *ἐκ δὲ Ἐλευσῖνος τραπομένοις ἐπὶ Βοιωτῶν ἐστὶν ὅμορος Ἀθηναίοις ἡ Πλαταιῆς. πρότερον μὲν γὰρ Ἐλευθερεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἦσαν· προσχωρησάντων*

δὲ Ἀθηναίοις τούτων, οὕτως ἤδη Βοιωτίας ὁ Κιθαιρών ἐστιν ὅρος. προσεχώρησαν δὲ Ἐλευθερεῖς οὐ πολέμῳ βιασθέντες, ἀλλὰ πολιτείας τε ἐπιθυμήσαντες παρὰ Ἀθηναίων καὶ κατ' ἔχθος τὸ Θηβαίων. Quam conjecturam quum jam Osannus contortam eamque ob causam, quod Eleutherarum nomen gentile non Ἐλευθέριος, sed Ἐλευθερεύς, Ἐλευθεραῖος et Ἐλευθερίτης exstitisset et sequens praeterea sententia οἱ δὲ πολῖται κ. τ. λ. cum comici versibus neutiquam arcto cogitationum vinculo connexa esse appareret, plane aspernandam esse demonstraverit, nihil aliud mihi reliquum est, quam ut animum advertam ad oppositionem inter τὸ πολὺ μὲν ἀκτή et τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις a Gallio ita conversa: „magna ex parte solitudo, Eleutheriorum autem urbs" ista ratione effectam. Sed illud quod intulit Ἐλευθερίοις non ab ipso profectum est, sed quanquam alio plane sensu a Vossio prolatum, quippe qui de Eleutheriorum festo accipiendum esse statueret. Haecce autem emendandi atque explicandi ratio, nisi forte locum ab omni medela exemptum esse malumus, quibus egregie commendetur satis multa habet atque ideo a Manzio, Osanno et Buttmanno comprobata est. De palaeographica enim ejus facilitate atque de sensus elegantia non amplius verba facturus nonnullos scriptorum locos afferam, quibus rei veritas nostro tali versu proditae accurate comprobetur. Classicus de Eleutheriis, quae Plataeis XVI die Alalcomenii (Maemacterionis) celebrabantur cf. Muell. Orch. p. 474, locus est Plutarchi vit. Aristid. c. 21. ἐκ τούτου γενομένης ἐκκλησίας κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἔγραψεν Ἀριστείδης ψήφισμα συνιέναι μὲν εἰς Πλαταιὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος προβούλους καὶ θεωρούς, ἄγεσθαι δὲ πενταετηρικὸν ἀγῶνα τῶν ἐλευθερίων. εἶναι δὲ σύνταξιν Ἑλληνικήν, μυρίας μὲν ἀσπίδας, χιλίους δὲ ἵππους, ναῦς δ' ἑκατὸν ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμον, Πλαταιεῖς δ' ἀσύλους καὶ ἱεροὺς ἀφεῖσθαι τῷ θεῷ θύοντας ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος. κυρωθέντων δὲ τούτων οἱ Πλαταιεῖς ὑπεδέξαντο τοῖς πεσοῦσι καὶ κειμένοις αὐτόθι

τῶν Ἑλλήνων ἐναγίζειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. καὶ τοῦτο μέχρι νῦν δρῶσι τοῦτον τὸν τρόπον· τοῦ Μαιμακτηριῶνος μηνός, ὅς ἐστι παρὰ Βοιωτοῖς Ἀλαλκομένιος, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα πέμπουσι πομπήν, ἧς προηγεῖται μὲν ἅμ' ἡμέρᾳ σαλπιγκτὴς ἐγκελευόμενος τὸ πολεμικόν, ἕπονται δ' ἅμαξαι μυρρίνης μεσταὶ καὶ στεφανωμάτων καὶ μέλας ταῦρος καὶ χοὰς οἴνου καὶ γάλακτος ἐν ἀμφορεῦσιν, ἐλαίου τε καὶ μύρου κρωσσοὺς νεανίσκοι κομίζοντες ἐλεύθεροι. δούλῳ γὰρ οὐδενὸς ἔξεστι τῶν περὶ τὴν διακονίαν ἐκείνην προσάψασθαι διὰ τὸ τοὺς ἄνδρας ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἐλευθερίας. ἐπὶ πᾶσι δὲ τῶν Πλαταιέων ὁ ἄρχων, ᾧ τὸν ἄλλον χρόνον οὔτε σιδήρου θιγεῖν ἔξεστιν, οὔθ' ἑτέραν ἐσθῆτα πλὴν λευκῆς ἀναλαβεῖν, τότε χιτῶνα φοινικοῦν ἐνδεδυκὼς ἁράμενός τε ὑδρίαν ἀπὸ τοῦ γραμματοφυλακίου ξιφήρη(ς) ἐπὶ τοὺς τάφους προάγει διὰ μέσης τῆς πόλεως. εἶτα λαβὼν ὕδωρ ἀπὸ τῆς κρήνης αὐτὸς ἀπολούει τὰς στήλας καὶ μύρῳ χρίει. καὶ τὸν ταῦρον εἰς τὴν πυρὰν σφάξας καὶ κατευξάμενος Διΐ καὶ Ἑρμῇ χθονίῳ παρακαλεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανόντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν αἱμοκουρίαν ἔπειτα κρατῆρα κεράσας οἴνου καὶ χεάμενος ἐπιλέγει· προπίνω τοῖς ἀνδράσι τοῖς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων ἀποθανοῦσι. ταῦτα μὲν οὖν ἔτι καὶ νῦν διαφυλάττουσιν οἱ Πλαταιεῖς. **Strab. IX, p. 412.** ἐνταῦθα Μαρδόνιον καὶ τὰς τριάκοντα μυριάδας Περσῶν αἱ τῶν Ἑλλήνων δυνάμεις ἀρδην ἠφάνισαν· ἱδρύσαντό τε Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν Ἐλευθέρια προσαγορεύσαντες· ταφή τε δείκνυται δημοσία τῶν τελευτησάντων ἐν τῇ μάχῃ. **Diod. Sic. XI, p. 427. t. I castrorum juxta Asopum fluvium a Mardonio positorum mentione facta** εὔξασθαι δὲ καὶ τοῖς θεοῖς, ἐὰν νικήσωσιν, ἄγειν κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερίαν κοινὴν καὶ τὸν ἐλευθέριον ἀγῶνα συντελεῖν ἐν ταῖς Πλαταιαῖς. **Pausan. IX, 2.** κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μήδους μαχεσαμένων εἰσί. τοῖς μὲν οὖν λοι-

ποῖς ἐστιν Ἕλλησι μνῆμα κοινόν· Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδία τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς. Οὐ πόρρω δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων Διός ἐστιν Ἐλευθερίου βωμός· τοῦτον μὲν δὴ χαλκοῦ, τοῦ Διὸς δὲ τόν τε βωμὸν καὶ τὸ ἄγαλμα ἐποίησαν λευκοῦ λίθου. Ἄγουσι δὲ νῦν ἔτι ἀγῶνα διὰ ἔτους πέμπτου, τὰ γέρα Ἐλευθέρια, ἐν ᾧ μέγιστα πρόκειται δρόμου· θέουσι δὲ ὡπλισμένοι πρὸ τοῦ βωμοῦ. τρόπαιον δέ, ὃ τῆς μάχης τῆς Πλαταιάσιν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες, πεντεκαίδεκα σταδίοις μάλιστα ἕστηκεν ἀπωτέρω τῆς πόλεως.

Ἀθηναίων εἰσὶν ἀποικοι. **Ex Thucydidis loco III, 61, ubi Thebani in sua oratione haec verba faciunt** ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς διάφοροι ἐγενόμεθα τὸ πρῶτον, ὅτι ἡμῶν κτισάντων Πλάταιαν ὕστερον τῆς ἄλλης Βοιωτίας καὶ ἄλλα χωρία μετ' αὐτῆς, ἃ ξυμμίκτους ἀνθρώπους ἐξελάσαντες ἔχομεν, **Plataeae apparent a Thebanis conditae fuisse; ex Theonis autem** ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ ἀ αἰτίου Καλλιμάχου **et Serini** ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος περιπόλων **testimoniis Polybus Argivus Plataeas condidisse efficitur** μετὰ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμόν, βοὸς αὐτῷ ἡγουμένης κατὰ χρησμόν, ὥς ποτε Κάδμῳ. **Mira est nominis origo ab Apollodoro in libro** περὶ νεῶν καταλόγου **prodita cf. Heyn. t. I, p. 428** Πλαταιαί, πόλις Βοιωτίας — κέκληται δὲ ἀπὸ τῆς πλάτης τῆς κώπης, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν πρώτῳ τοῦ καταλόγου· ἐκλιμνωθείσης τῆς Βοιωτίας τοὺς παροικοῦντας ταῖς λίμναις Βοιωτοὺς πλῷ πορεύεσθαι ἀπ' (leg. ἐπ') ἀλλήλων. ὅθεν παρὰ τὴν πλάτην καὶ τὴν κώπην τὰς πόλεις κληθῆναι **et a Strabone comprobata cf. Schol. ad Il. β, 499. Eustath. p. 467, 43. Etym. M. p. 274.**

καὶ ὅτι τῶν Ἑλλήνων καὶ Περσῶν παρ' αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο **cf. Thuc. II, 71, Archidamo terram Plataeensium vastaturo,** οἱ δὲ Πλαταιῆς εὐθὺς πρέσβεις πέμψαντες πρὸς αὐτὸν ἔλεγον τοιάδε· Ἀρχίδαμε καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὐ δίκαια ποιεῖτε, οὐδ' ἄξια οὔτε ὑμῶν

οὔτε πατέρων, ὧν ἐστε, ἐς γῆν τὴν Πλαταιῶν στρατεύοντες. Παυσανίας γὰρ ὁ Κλεομβρότου Λακεδαιμόνιος ἐλευθερώσας τὴν Ἑλλάδα ἀπὸ τῶν Μήδων μετα Ἑλλήνων τῶν ἐθελησάντων ξυνάρασθαι τὸν κίνδυνον τῆς μάχης ἢ παρ' ἡμὶν ἐγένετο, θύσας ἐν τῇ Πλαταιῶν ἀγορᾷ Διὶ Ἐλευθερίῳ ἱερὰ καὶ ξυγκαλέσας πάντας τοὺς ξυμμάχους ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι γῆν καὶ πόλιν τὴν σφετέραν ἔχοντας αὐτονόμους οἰκεῖν, στρατεῦσαί τε μηδένα ποτε ἀδίκως ἐπ' αὐτοὺς μηδ' ἐπὶ δουλείᾳ· εἰ δὲ μή, ἀμύνειν τοὺς παρόντας ξυμμάχους κατὰ δύναμιν. III, 54 ex Plataeensium oratione τὰ δ' ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ πρὸς τὸν Μῆδον ἀγαθοὶ γεγενήμεθα, τὴν μὲν οὐ λύσαντες νῦν πρότεροι, τῷ δὲ ξυνεπιθέμενοι τότε ἐς ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος μόνοι Βοιωτῶν. καὶ γὰρ ἠπειρῶταί τε ὄντες ἐναυμαχήσαμεν ἐν Ἀρτεμισίῳ, μάχῃ τε τῇ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γῇ παρεγενόμεθα ὑμῖν τε καὶ Παυσανίᾳ· εἴ τέ τι ἄλλο κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο ἐπικίνδυνον τοῖς Ἕλλησι, πάντων παρὰ δύναμιν μετέσχομεν. Adeo Alexander eam ob pugnam Plataeensium urbem restitui voluit, quod eorum majores Graecis suam terram tradidissent, in qua pro libertate dimicarent cf. Plutarch. vit. Alex. p. 1256 ed. Francofurt. φιλοτιμούμενος δὲ πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔγραψε τὰς τυραννίδας πάσας καταλυθῆναι καὶ πολιτεύειν αὐτονόμους· ἰδίᾳ δὲ Πλαταιεῦσι τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν, ὅτι τὴν χώραν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας παρέσχον. Plut. vit. Arist. c. 19. ὅπως δὲ μηδὲν ἐλλιπὲς ἔχῃ πρὸς τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ὁ χρησμός, ἔδοξε τοῖς Πλαταιεῦσιν, Ἀριμνήστου γνώμην εἰπόντος, ἀνελεῖν τὰ πρὸς τὴν Ἀττικὴν ὅρια τῆς Πλαταιΐδος καὶ τὴν χώραν ἐπιδοῦναι τοῖς Ἀθηναίοις ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος, ὥστ' ἐν οἰκείᾳ κατὰ τὸν χρησμὸν ἐπαγωνίσασθαι. ταύτην μὲν οὖν τὴν φιλοτιμίαν τῶν Πλαταιέων οὕτω συνέβη περιβόητον γενέσθαι, ὥστε καὶ Ἀλέξανδρον ἤδη βασιλεύοντα τῆς Ἀσίας ὕστερον πολλοῖς ἔτεσι τειχίζοντα τὰς Πλαταιὰς ἀνειπεῖν Ὀλυμπιάσιν ὑπὸ κήρυκος, ὅτι ταύτην ὁ βασιλεὺς ἀποδίδωσι

Πλαταιεῦσι τῆς ἀνδραγαθίας καὶ τῆς μεγαλοψυχίας χάριν, ἐπειδὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ τὴν χώραν ἐπέδωκαν καὶ παρέσχον αὐτοὺς προθυμοτάτους. Pausan. l. c. Quum mirum videatur quod Dicaearchus illam Plataeensium laudem et gloriam non ita magni fecisse appareat, Stephanus inde repetiisse memorandus est, quod Dicaearchus eam gloriam ejusque praedicationem non approbaverit, quia ea una contenti essent vel hanc unam rem non semper praedicare deberent. Ceterum confer etiam Paus. IX, 1. *Πλαταιεῦσι δὲ πρὸ μὲν τῆς μάχης ἦν Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι ἐμαχέσαντο οὐδὲν ὑπῆρχεν ἐς δόξαν κ. τ. λ.* Marxius mirum esse statuit, quod Plataeenses nulla alia re gloriarentur, licet bello quoque Peloponnesiaco et fortitudine et infortunio insignes exstitissent. Gailius neque Marxium neque Stephanum verum sensum invenisse dicit: Dicaearchum enim Plataeensibus cavillari, quasi quis Gallice diceret: „ils ont tout dit, quand ils se sont qualifiés de colonie Athénienne et quand ils ont rappelé que . . .“ vel: „ils ont toujours à la bouche.“ Stephanus Plataeas urbem celeberrimam fuisse tradit et cives multo plura potuisse suae laudis causa commemorare quam pugnam Plataeensem, sed hanc ob pugnam multa in ea extitisse tropaea eorumque qui fortiter pugnantes occubuissent sepulcra. Cf. Cic. de off. I, 18: „hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plataeis, Thermopylis, Leuctris“ ibique Beier. Plutarch. Flamin. c. 11. *ἀλλ' εἰ τὸ Μαραθώνιόν τις ἔργον ἀφέλοι καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν καὶ Πλαταιὰς καὶ Θερμοπύλας καὶ τὰ πρὸς Εὐρυμέδοντι καὶ τὰ περὶ Κύπρον Κίμωνος ἔργα, πάσας τὰς μάχας ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ δουλείᾳ μεμάχηται πρὸς αὐτὴν καὶ πᾶν τρόπαιον αὐτῆς συμφορὰ καὶ ὄνειδος ἐπ' αὐτὴν ἕστηκε, τὰ πλεῖστα κακίᾳ καὶ φιλονεικίᾳ τῶν ἡγουμένων περιτραπεῖσαν.*

εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί cf. supra, Thuc. II, 2. *ἐς Πλάταιαν τῆς Βοιωτίας οὖσαν Ἀθηναίων ξυμμαχίδα.* III, 61 ex oratione Thebanorum in Plataeenses habita *οὐκ ἠξίουν οὗτοι, ὅπερ ἐτάχθη τὸ πρῶτον, ἡγεμονεύεσθαι*

ὑφ' ἡμῶν. ἔξω δὲ τῶν ἄλλων Βοιωτῶν παραβαίνοντες τὰ πάτρια, ἐπειδὴ προσηναγκάζοντο, προσεχώρησαν πρὸς Ἀθηναίους καὶ μετ' αὐτῶν πολλὰ ἡμᾶς ἔβλαπτον, ἀνθ' ὧν καὶ ἀντέπασχον. Herod. VI, 108. Sed Plataeenses non solum Atheniensium socii exstiterunt, sed etiam inde ab Olymp. 88, 1 cf. Boeckh Staatsh. d. Ath. I, p. 282. not. 486. C. Fr. Hermann Staatsalterth. p. 221, magnam partem civitate Atheniensium donati sunt et omnino inter Athenienses et Plataeenses ἰσοπολιτείας ratio intercessisse videtur cf. (Demosth.) adv. Neaer. 1377 sqq. Isocr. Plataic. Lys. in Pancleont. Paus. IX, 1. καὶ τῶν Πλαταιέων κατελθόντων ἐξ Ἀθηνῶν — ἐκπεσόντας δὲ σφᾶς ἐδέξαντο αὖθις οἱ Ἀθηναῖοι. Arist. Ran. 706. καὶ Πλαταιᾶς εὐθὺς εἶναι κἀντὶ δούλων δεσπότας ibique Schol. ἐλευθερωθῆναι καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι.

ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια π'. Aliquanto minor Plataearum a Thebis urbe distantia a Thucydide indicata est cf. l. II, 5 ἀπέχει δὲ ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα, ejusque ob auctoritatem testimonii Marxius nostro loco pro στάδια π' emendandum esse στάδια ο' censuit. Cautior ante eum Stephanus, ne Thucydidis tamen fides historici ullo modo detrectaretur, apud alterum utrum scriptorem librarios peccavisse suspicatus est. Eodem autem atque optimo jure Thucydidem et Dicaearchum statuere licet in distantia harum urbium definienda non eosdem plane locorum terminos spectasse aut alterum adeo utrum erravisse: uter enim per se ipse ea in re locupletior testis existat, Thucydides quanquam cetera certissimus auctor an Dicaearchus in geometriae et geographiae studio et exercitatione permultum versatus, perquam dubium est. At quas Dicaearchi legimus reliquiae quantam stragem incuriosa bajulorum sedulitate editam prae se ferant, nemini non manifestum est, ita ut eo quidem respectu plane non dubitarem, quin numerus apud Thucydidem obvius majorem auctoritatem sibi vindicaret quam notitia in laciniis Dicaearchianis ab ipso peripatetico vel adeo fortasse nonnisi

ab excerptore prolata. Accedit quod historici loco numerus numerali vocabulo, apud philosophum vero numerali litera parum constanti et tuta exhibitus est. Nihilo minus nihil mutandum esse putaverim, seu nostrum locum excerptoris esse existimamus, quum ea ratione nostrum esse nequeat pessimum scriptorem ad meliorem conscribendi modum et accuratiorem revocare, seu distantiae notam ab ipso Dicaearcho talem profectam esse arbitramur, quum fieri facillime potuerit, ut quum illorum oppidorum inter se distantia septuaginta stadia excederet, octoginta autem non penitus aequipararet, numeros absolutos sicut accidere saepissime solet prolaturus alter septuaginta, alter octoginta stadia itineri isti accenseret. Ceteri editores, seu quae a me exposita sunt considerabant seu critica quadam religione rationum non semper accurate gnara permovebantur, lectionem vulgatam *στάδια π'* in verborum contextu integram reliquerunt.

ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος. *ἐπίπεδος* vocabulum, quod de planitie usurpatum ab Hesychio cum *ἰσόπεδος*, *ἄπεδος* et *χαμόγαιος* juxta collocatum est cf. Hesych. t. I, p. 1375. Thes. Steph. t. V, p. 7309 neque non in rebus mathematicis locum habuit cf. Plat. Theaet. p. 148. a. *ὅσαι μὲν γραμμαὶ τὸν ἰσόπλευρον καὶ ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι, μῆκος ὡρισάμεθα· ὅσαι δὲ τὸν ἑτερομήκη, δυνάμεις· ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμμέτρους ἐκείναις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις ἃ δύνανται*, quam ob rem cum Stephano et qui secutus est Gailio non modo de plana seu, ut Vulcanius reddidisse ab Hudsono memoratus est, campestri via, sed arctiori significatione de via minime salebrosa interpretandum sit, mente nondum assequor, quanquam eum sensum nostro huicce loco subesse non negaverim, sed eum non *ἐπίπεδος* voce, sed *λεία* potius adjectivo indicatum. Ceterum accuratus quidem scriptor quod universam magis habet significationem *ἐπίπεδος* vocabulum priori ante *λεία* quod singulari magis notione utitur adjectivum loco collocaturus itaque *ἐπίπεδος καὶ λεία* potius

quam λεία καὶ ἐπίπεδος dicturus fuisse apparet. Qua in re ut a multis scriptoribus, ubi non de industria quaeritur gradatio, peccari saepissime solet, ita nostro in fragmento scrupulum passim offendimus cf. quae ad laciniarum initium de verbis ἀξιόλογον, μέγα inter se junctis supra adnotavi. Eadem autem quae hic delineata est via a Pausania in Boeoticorum principio hisce respicitur verbis: καὶ σφᾶς αὐτίκα εὐθείαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τήν τε ἐπὶ τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιῶν ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς. Rectam tamen viam Plataeis Thebas super montes duxisse Muellerus Orchom. p. 488 adnotat. Adjectivum denique seu, ut rectius dicam, adjectivum pronominale πᾶς, quod apud nostrum scriptorem tam saepe sine ullo fere momento additum animadvertimus cf. supra ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, infra πᾶσα δὲ ὁμαλή, κάθυδρος πᾶσα, πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες, λεία τε πᾶσα, γεώλοφος δὲ πᾶσα, hocce quoque iterum loco aliquam partem claudicare videtur, quamquam ea quidem observatio, si in sensum fere adverbialem sicut apud Latinos *universus* vocabulum haud raro explicandum est cf. Grysar theor. styl. Latin. p. 299 hic illic interpretamur, aliquatenus coërcebitur.

ἐν μέσῳ μὲν τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας. Quod Vulcanius exhibuit ἐν μέσῃ μέν, quanquam ex ratione inprimis apud Thucydidem saepissime obvia cf. I, 2 τῆς γῆς ἡ ἀρίστη I, 5 τοῦ βίου ὁ πλεῖστος explicari atque defendi posset, minime tamen equidem approbaverim, quum codicum nulla discrepantia nostro loco commemoretur et praeterea quem ista ratione aegre desideraremus articulus plane absit. Neque cogitare possumus, Strabonem conferentes Boeotiam in τὴν παραλίαν et τὴν μεσογαίαν describentem, scriptorem ἐν μέσῳ eo sensu protulisse, ut Thebas in mediterranea Boeotiae parte, non in litorali sitas esse indicaret, quum eum in modum ἐν τῇ μεσογαίᾳ potius Βοιωτίᾳ, quam ἐν μέσῳ τῆς Βοιωτίας dicturus fuerit; neque tamen quod ea urbs in media Boeotia sita esse memoriae proditur accurate urgemus.

ab excerptore prolata. Accedit quod historici loco numerus numerali vocabulo, apud philosophum vero numerali litera parum constanti et tuta exhibitus est. Nihilo minus nihil mutandum esse putaverim, seu nostrum locum excerptoris esse existimamus, quum ea ratione nostrum esse nequeat pessimum scriptorem ad meliorem conscribendi modum et accuratiorem revocare, seu distantiae notam ab ipso Dicaearcho talem profectam esse arbitramur, quum fieri facillime potuerit, ut quum illorum oppidorum inter se distantia septuaginta stadia excederet, octoginta autem non penitus aequipararet, numeros absolutos sicut accidere saepissime solet prolaturus alter septuaginta, alter octoginta stadia itineri isti accenseret. Ceteri editores, seu quae a me exposita sunt considerabant seu critica quadam religione rationum non semper accurate gnara permovebantur, lectionem vulgatam *στάδια π'* in verborum contextu integram reliquerunt.

ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος. *ἐπίπεδος* vocabulum, quod de planitie usurpatum ab Hesychio cum *ἰσόπεδος*, *ἄπεδος* et *χαμόγαιος* juxta collocatum est cf. Hesych. t. I, p. 1375. Thes. Steph. t. V, p. 7309 neque non in rebus mathematicis locum habuit cf. Plat. Theaet. p. 148. a. *ὅσαι μὲν γραμμαὶ τὸν ἰσόπλευρον καὶ ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι, μῆκος ὡρισάμεθα· ὅσαι δὲ τὸν ἑτερομήκη, δυνάμεις· ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμμέτρους ἐκείναις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις ἃ δύνανται*, quam ob rem cum Stephano et qui secutus est Gailio non modo de plana seu, ut Vulcanius reddidisse ab Hudsono memoratus est, campestri via, sed arctiori significatione de via minime salebrosa interpretandum sit, mente nondum assequor, quanquam eum sensum nostro huicce loco subesse non negaverim, sed eum non *ἐπίπεδος* voce, sed *λεία* potius adjectivo indicatum. Ceterum accuratus quidem scriptor quod universam magis habet significationem *ἐπίπεδος* vocabulum priori ante *λεία* quod singulari magis notione utitur adjectivum loco collocaturus itaque *ἐπίπεδος καὶ λεία* potius

quam λεία καὶ ἐπίπεδος dicturus fuisse apparet. Qua in re ut a multis scriptoribus, ubi non de industria quaeritur gradatio, peccari saepissime solet, ita nostro in fragmento scrupulum passim offendimus cf. quae ad laciniarum initium de verbis ἀξιόλογον, μέγα inter se junctis supra adnotavi. Eadem autem quae hic delineata est via a Pausania in Boeoticorum principio hisce respicitur verbis: καὶ σφᾶς αὐτίκα εὐθείαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τήν τε ἐπὶ τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιῶν ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς. Rectam tamen viam Plataeis Thebas super montes duxisse Muellerus Orchom. p. 488 adnotat. Adjectivum denique seu, ut rectius dicam, adjectivum pronominale πᾶς, quod apud nostrum scriptorem tam saepe sine ullo fere momento additum animadvertimus cf. supra ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, infra πᾶσα δὲ ὁμαλή, κάθυδρος πᾶσα, πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες, λεία τε πᾶσα, γεώλοφος δὲ πᾶσα, hocce quoque iterum loco aliquam partem claudicare videtur, quamquam ea quidem observatio, si in sensum fere adverbialem sicut apud Latinos *universus* vocabulum haud raro explicandum est cf. Grysar theor. styl. Latin. p. 299 hic illic interpretamur, aliquatenus coërcebitur.

ἐν μέσῳ μὲν τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας. Quod Vulcanius exhibuit ἐν μέσῃ μέν, quanquam ex ratione inprimis apud Thucydidem saepissime obvia cf. I, 2 τῆς γῆς ἡ ἀρίστη I, 5 τοῦ βίου ὁ πλεῖστος explicari atque defendi posset, minime tamen equidem approbaverim, quum codicum nulla discrepantia nostro loco commemoretur et praeterea quem ista ratione aegre desideraremus articulus plane absit. Neque cogitare possumus, Strabonem conferentes Boeotiam in τὴν παραλίαν et τὴν μεσογαίαν describentem, scriptorem ἐν μέσῳ eo sensu protulisse, ut Thebas in mediterranea Boeotiae parte, non in litorali sitas esse indicaret, quum eum in modum ἐν τῇ μεσογαίᾳ potius Βοιωτίᾳ, quam ἐν μέσῳ τῆς Βοιωτίας dicturus fuerit; neque tamen quod ea urbs in media Boeotia sita esse memoriae proditur accurate urgemus.

τὴν περίμετρον ἔχουσα σταδίων ὁ'. Quum in *ἀναγραφῇ τῆς Ἑλλάδος* Dicaearcho eidem aliquando adjudicata vs. 94 sq. ambitus Thebarum urbis quadraginta tantum tria stadia efficere statuatur, ne sibi ipsi scriptor repugnare appareret, viri docti nostro loco a librariis peccatum esse nonnulli conjecerunt. *Ἀναγραφῆς* enim locum quippe quo numerali vocabulo numerus exhibeatur a depravatione magis tutum exstitisse existimabant hocce nostro, ubi nota tantum numerali ambitus significatus est. Ita Casaubonus, Dodwellus in dissertatione de Dicaearcho §. 1 et Hudsonus, qui suae suspicioni inde quoque argumentum arcessivit, quod in fragmento *ἐμμέτρῳ* — an dicam *ἀμέτρῳ* sive *δυσμέτρῳ* — ambitus urbis etiam tribus super absolutum numerum stadiis adjectis accuratius exponeretur. Sed ea in re equidem ne minimum quidem momenti collocaverim, quum non longe ab ea suspicione abhorream, qua versificatorem anagraphes auctorem nonnisi versus explendi causa tria stadia addidisse vel, quo fuerit ingenio, addere saltem potuisse conjiciamus. Quanquam vero hunc ad locum non dijudicaverim, num magnum nostrum *τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος* fragmentum et quae inscribitur *ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος* unum eundemque auctorem Dicaearchum habuerint, num ex eodem fonte, Dicaearchi dico *Βίον*, utraque lacinia emerserit atque uni egregio compilatori adscribenda existimetur, prosaici tamen auctoritatem fragmenti plane rejicere non audeo, poëtici autem non dubito fere ubique flocci aestimare. Repugnantiam ut leniori medicamento de medio tolleret Barthelemius voyage du jeune Anachars. t. III, c. 34 not. Dicaearchum altero loco ambitum inferioris tantum Thebarum partis, altero et *τῶν κάτω Θηβῶν* et Cadmeae arcis ambitum indicasse statuit, ejusque sententiam Marxius et qui Pausaniam testem IX, 7 *Θηβαίοις δὲ ἐπὶ μὲν Κασσάνδρου πᾶς ὁ ἀρχαῖος περίβολος ἀνῳκίσθη* hanc in rem attulit Gailius amplexi sunt. Ceterum haud vereor, ne quis Dodwellum adhuc sequatur in itinerr. t. I, 2, p. 51 referentem, Dicaearchum priori *ejusdem operis* loco Thebarum

ambitum quadraginta trium stadiorum, posteriori non ita multo post excipiente septuaginta stadiorum indicasse.

πᾶσα δὲ ὁμαλή. His in verbis ut in iis quoque quae proxime excipiunt animadvertere licet, excerptoris negligentia factum esse videri, ut oppidum Thebanorum ab agro circumjacente ejusque solo parum accurate distinguatur.

τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος. Eo de solo infra dicitur *κάθυδρος πᾶσα* cf. quae ad *ἀργιλλώδης* supra adnotavi et quod in Etymologico Magno p. 578 legitur: *Καλλίμαχος δέ φησιν ὀργάδα λέγεσθαι τὴν μελάγγειον καὶ ἔνυδρον γῆν*, neque, id quod Stephanus attulit, ex superioribus praetereundum est de Tanagra urbe a Dicaearcho relatum *λευκὴ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδης.* Ut in similibus vero nonnullis cum *γῆ* compositis vocabulis accidere solitum est, tres ejus vocis formae exstiterunt *μελάγγαιος*, *μελάγγειος* et *μελάγγεως.*

ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δ' ἐῤῥυμοτομημένη. Quum urbium initia proposita ichnographia antiquitus plane carerent et pagorum potius speciem prae se ferrent circa montem vel arcem conditorum quam oppidorum, minime omnium mirandum est vicos quoque qui hic illic dissecarent non satis recto et justo ordine ductos fuisse: qua ratione Atheniensium urbs male in vicos directa esse supra memoratur *διὰ τὴν ἀρχαιότητα*, quanquam hoc posterius non ad prima ejus fundamenta, sed ad Athenas post Xerxis excidium de integro magna *ἀταξίᾳ* restitutas referendum esse vidimus. Qua ex re, sicut ex tota verborum conjunctione illud *καινῶς* apparet *εὖ*, *καλῶς* involvere et Stephanum nostri loci sensum bene ita exposuisse: *ἀρχαία μὲν οὖσα, τὴν δὲ ἀρχαίαν ῥυμοτομίαν κακὴν οὖσαν οὐ σώζουσα, ἀλλὰ καινῶς ἐῤῥυμοτομημένη.*

διὰ τὸ τρὶς ἤδη κατεσκάφθαι. Dodwellus diss. de Dicaearch. §. 1 Thebas Boeotiae, ut ab aliis cognominibus oppidis discernerentur, in anagraphe Dicaearchiana vs. 94 *μεγάλας* dictas esse referens *μεγάλας* eo loco prae-

dicari non potuisse censuit, nisi anno post Alexandri excidium vicesimo Ol. CXVI, 1 a Cassandro magnificentissime restitutas. cf. O. Muell. Orch. p. 423, qui Dicaearchum Thebas de integro et satis ad certam normam restitutas vidisse dicit. Qua in re equidem non vereor, ne versificator Thebas Boeoticas, si quidem vel in Boeotiae descriptione a cognominibus urbibus aliquo praedicato segregandas putaret, magnas dicere non potuerit, etiamsi ea ipsa aetate a pristino splendore aliquantum recessissent, ita ut de urbis magnitudine ex ruderibus tantum atque ex historia suppeteret conjectura. Eadem autem illa Thebarum restitutio nostro loco obversata fuisse videtur scriptori de Thebis recentissimo tempore in vicos directis verba facienti. Ad Thebas autem ab Alexandro eversas Athenaeus quoque respicit de Phryne meretrice ita referens XIII, p. 591 d. *ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας, ἐὰν ἐπιγράψωσι Θηβαῖοι· Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα.* cf. I, p. 19 c. Paus. 9, 23. *ἡνίκα Ἀλέξανδρος ἐποίει τὰς Θήβας ἀναστάτους.* 25. *Ἀλεξάνδρου δέ, ὡς ἐνίκησε τῇ μάχῃ, Θήβας τε αὐτὰς καὶ σύμπασαν τὴν Θηβαΐδα διδόντος πυρί κ. τ. λ.* Magis autem dubium esse videatur, quaenam duae reliquae urbis eversiones intelligendae sint, utrum antiquiores illae Thebarum calamitates ab Epigonis Argivis et belli Trojani aevo a Pelasgis illatae significentur an expugnationes a Demetrio Poliorceta factae verbis *τρὶς ἤδη κατεσκάφθαι* contineantur. Sed quum Demetrius in Thebas ab ipso occupatas magna lenitate et clementia usus esse referatur, fieri vix potuisse in perspicuo est, ut ejusmodi urbis occupatio nomine *κατάσκαψις* afficeretur. Neque ea in re quidquam valet quod Dodwellus Thebanos illas urbis per Demetrium expugnationes suis iterum moribus acceptas retulisse monuit: ut enim ista Demetrii facta cum verbis *διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων* concinnari facillime possunt, ita *κατεσκάφθαι* vocabulum et quae de rebus recentissimo tempore gestis fere absurda essent *ὡς φασιν αἱ ἱστορίαι* quam gravissime

offenderent. Illam autem quam ad Callimach. hymn. in Dian. vs. 88 a Spanhemio propositam Marxius arcessivit explicationem amplectentibus omnia satis plana sunt. Magnum sane temporis intervallum inter alteram et tertiam urbis eversionem intercessit, sed id ipsum a Diodoro satis affirmatum est Thebas per octingentos annos integras exstitisse referente. Quodsi Dodwellus neutram illarum antiquiorum eversionum talem fuisse existimavit, ut Thebani de urbe restituenda cogitassent vel Dicaearchus aedificationem de integro, fac isto tempore facta esset, recentem *καινήν* nuncupare potuisset: nulla plane ratio obstat, quo minus verba *ἐῤῥυμοτομημένη* nonnisi ad Thebas a Cassandro refectas referamus, scriptoremque priores simul Thebanorum calamitates respicientem pro *διὰ τὸ κατεσκάφθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου* protulisse *διὰ τὸ τρὶς ἤδη κατεσκάφθαι* conjiciamus. Quod ita factum ut nemo pro accurata et eleganti cogitandi et eloquendi ratione vendiderit, ita ea in re non aliquam styli negligentiam Dicaearchi, sed egregii homuncionis omnia in brevius contrahentis atque contundentis ingenium animadverto. Quod autem adjectum legitur *ὥς φασιν αἱ ἱστορίαι* non oppugnat, imo adjuvat nostram interpretationem, quum scriptor eas simul eversiones significaverit, quae non certa et accurata rerum traditarum veritate contineantur. Ceterum aliquatenus cum Osanno facio verba *ὡς φασιν αἱ ἱστορίαι* ab excerptore interpolata esse existimante. Quam sententiam quanquam non arcte amplector, Dicaearchum tamen ea verba ita protulisse mihi non persuadeo, sed excerptorem conjicio, quum Dicaearchus similem fortassis in modum, in quem fragmento *Βίου τῆς Ἑλλάδος* apud Porphyrium obvio cf. Buttm. edit. p. 13. apud nos p. 138 *καὶ ταῦτα, φησὶν, οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ' οἱ τὰ παλαιὰ ἱστορίᾳ διεξελθόντες εἰρήκασιν*, nostro loco enuntiasset, verba Dicaearchi depravata talia exhibuisse, qualia nunc a codicibus oblata inveniuntur.

διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ὑπεροφανίαν τῶν κατοικούντων. Stephanus ea verba per *ἓν διὰ δυοῖν* dicta esse conjiciens *βάρος* hoc loco non gravitatem, sed

vituperii notam continere statuit eumque in sensum διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων idem significare monuit, ac si scriptor ita eloquutus fuisset: διὰ τὸ βαρεῖς εἶναι ὑπὸ τῆς ὑπερηφανίας τοὺς κατοικοῦντας, quod incolae prae superbia graves et intolerabiles essent. Apud Gailium in versione latina διὰ τὸ βάρος redditum est ob morositatem. Neque Stephani illam neque hanc comprobo explicationem, quod nullam adhuc necessitatis causam inveni, qua commoti ad hendiadyn nostro loco refugiamus, et quod βάρος non solum morositatem, sed omnino indoctorum et rudiorum hominum se gerendi rationem innuere videtur, sicuti de iisdem Thebanis a Demosthene βαρύτης usurpatum est loco ab Osanno allegato de coron. p. 237 τῆς ἀναλγησίας καὶ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν Θηβαίων. Thebanos autem et universos Boeotos ob ingenia parum erudita moresque ingenuis artibus minime emollitos a scriptoribus Graecis saepissime exagitari satis constat cf. Plat. Sympos. p. 182. b. καὶ ἐν Βοιωτοῖς καὶ οὖ μὴ σοφοὶ λέγειν. Strab. IX, c. 2. loco a Manzio allato et cum Grosskurdo ita fortasse constituendo: τὴν μὲν οὖν χώραν ἐπαινεῖ (Ephorus) διὰ ταῦτα καὶ φησι πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχειν· ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ μὴ χρησαμένους λέγει μηδὲ τοὺς ἀεὶ προϊσταμένους αὐτῆς, καὶ εἴ ποτέ τι κατώρθωσαν, ἐπὶ μικρὸν τὸν χρόνον συμμεῖναι· καθάπερ Ἐπαμινώνδας ἐδειξε. τελευτήσαντος γὰρ ἐκείνου τὴν ἡγεμονίαν ἀποβαλεῖν εὐθὺς τοὺς Θηβαίους γευσαμένους αὐτῆς μόνον· αἴτιον δὲ εἶναι τὸ λόγων καὶ ὁμιλίας τῆς πρὸς ἀνθρώπους ὀλιγωρῆσαι, μόνης δ' ἐπιμεληθῆναι τῆς κατὰ πόλεμον ἀρετῆς. ἔδει δὲ προσθεῖναι, ὅτι τοῦτο πρὸς Ἕλληνας μάλιστα χρήσιμόν ἐστιν, ἐπεὶ πρός γε τοὺς βαρβάρους βία λόγου κρείττων ἐστί. Cornel. Nep. Epaminond. c. 5. „satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet.“ et de Boeotorum ἀμαθίᾳ verba facientem Themistium orat. XIX. Etiam conferri potest versus de Thebanorum moribus proverbialis hicce: πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. Athen. X,

p. 418. a. ex Eratosthenis epistolis, *Πέμπελον ἐρωτηθέντα, τί αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι Βοιωτοί; εἰπεῖν· τί γὰρ ἄλλο ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν, οἷα ἂν καὶ τὰ ἀγγεῖα φωνὴν λαβόντα, πόσον ἕκαστος χωρεῖ.* Quem praeterea ex Strabone locum Manzius ad morum feritatem Thebanorum demonstrandam attulit de Phoebi sacerdote in ignem conjecta, huc non refero, quia ejusmodi violentiae singularia exempla apud cultissimas quoque gentes inveniuntur et quia res memorata ex antiquitate potius mythica quam historica repetita est.

καὶ ἱπποτρόφος δὲ ἀγαθή. Excerptoris culpa factum esse jam supra animadverti, ut nonnulla hoc loco ad urbem subjectum accumulata sint quae nonnisi ad ejus agros quadrare perspicuum est. Quare non est, quod quis Gailii sententiam amplectatur Dicaearchum altero loco in urbe hortos continuisse et ipsissimam inde urbem *μελάγγειον* vocavisse, altero hoc nostro sicut verbis quoque *καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο* totum ejus territorium significasse statuentis. Quod vero ad Thebas equorum cultura insignes, duo hi loci a Manzio et Marxio allati sunt Pindar. Pyth. IX, vs. 84 *πατροπάτωρ ἔνθα οἱ Σπαρτῶν ξένος Κεῖτο, λευκίπποισι Καδμείων μετοικήσας ἀγυιαῖς.* Euripid. Phoeniss. v. 17. *ὁ δ' εἶπεν· ὦ Θήβαισιν εὐΐπποις ἄναξ κ. τ. λ.*

κάθυδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος. *κάθυδρος* contrarium ejus quod supra legebatur *οὐκ εὔυδρος* a Stephano recte statuitur hoc posterius duplicem sensum habere posse existimante aut de urbe aqua non abundante aut de urbe bonam seu salubrem aquam non habente; quanquam de Athenis illud dictum priori significatione interpretandum esse supra exposuimus. *χλωρά* cf. infra de eodem Thebanorum agro *χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν* et quos Marxius attulit ex Euripidis Phoenissis locos vs. 656 sqq. *οὗ κατοικίσαι πεδία μιν τὸ θέσφατον χρῆσε πυροφόρ' Ἀόνων, καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα γε νοτὶς ἐπέρχεται γύας Δίρκας χλοηφόρους καὶ βαθυσπόρους.* 838 *πόρον ἀμφὶ μέσον Δίρκας, χλοεροτρόφον ἃ*

πεδίον πρόπαρ Ἰσμηνοῦ καταδεύει. γεώλοφος quod ex γῆ et λόφος compositum est vocabulum de loco e terra eminente et instar collis sive tumuli habendo, ita tamen ut de exigua tantum altitudine cogitetur, usurpari solet cf. Strab. III, p. 161 de Orospeda ὃ καταρχὰς μὲν γεώλοφόν ἐστι καὶ ψιλόν. Diod. Sic. V, c. 41 καὶ τούτων αἱ μὲν ἐπὶ χωμάτων ἀξιολόγων κεῖνται, αἱ δ' ἐπὶ γεωλόφων ἢ πεδίων καθίδρυνται, ubi Wesselingus, quum duorum codicum auctoritate nisus Stephanus ἤ particulam ejecisset, vulgatam quam exhibui lectionem merito tuitus est allato Diodori loco V, 16 διειλημμένη δὲ πεδίοις ἀξιολόγοις καὶ γεωλόφοις eoque contra Strabonis XVI, p. 755 ὄρη γεώλοφα et Dioscoridis locos III, 15 χωρία γεώλοφα pro altera lectione facientes recte approbato. Menand. de encom. p. 72. πᾶσα πόλις ὡς ἀνωτάτω συλλαβεῖν — ἢ πᾶσα ἐν ὄρει καὶ γηλόφῳ p. 73. ἐλαττώματα δὲ τῶν ἐν γηλόφοις κειμένων ψύχους ὑπερβολαί, ὁμίχλαι, στενοχωρίαι. Etym. M. p. 189. βουνοὶ δέ εἰσιν οἱ ὑψηλοὶ καὶ ὀρώδεις καὶ γεώλοφοι τόποι p. 202 γεώλοφος· ἔστι δὲ ὄρος, ὕψωμα γῆς. καλοῦσι δ' οὕτω καὶ τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον. p. 208 γεύλοφα ἢ γεώλοφα, ὄχθαι. Suid. t. I, p. 475. γεώλοφον, ὄρος, ὕψωμα γῆς. καλοῦσι δ' οὕτω καὶ τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον — πέπατο γὰρ οὐ μέγα τοῦτο Κληρίον ἐν λυπρῇ τῇδε γεωλοφίῃ. Stephanus γεώλοφος cum iis quae praecessissent πᾶσα δὲ ὁμαλή atque ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος parum convenire monens eam repugnantiam de medio tolli ita posse suspicatus est, ut ante verba καὶ ἱπποτρόφος δὲ ἀγαθή nonnulla excidisse conjicerentur. Cum urbe autem loca urbi vicina simul comprehensa esse a scriptore adnotavit. Sed et ita γεώλοφος et ἱπποτρόφος ἀγαθή de eodem agro prolata inter se minus congrua esse existimavit allegato loco Homerico Odyss. δ, 605 sqq. de Ithaca insula clarissimo ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἄρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών· αἰγίβοτος καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο· οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος οὐδ' εὐλείμων, αἵδ' ἁλὶ

κεκλίσται· Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων et Horatii Epistoll. I, 7, vs. 40 sq.: Non est aptus equis Ithacae locus, ut neque planis Porrectus spatiis nec multae prodigus herbae.“ Duas tamen sibi obversari rationes animadvertit, quibus eam difficultatem removeremus, aut ita ut ἱπποτρόφος ad generationem tantum equorum referremus aut ut ἱπποτρόφος atque γεώλοφος diversas agri Thebani regiones significare crederemus. Tertium enim nodi resolvendi modum, quo ἱπποτροφίαν nonnisi civibus alendorum equorum studiosis atque peritis tribueremus, rejiciendum esse confessus est ob nostri loci habitum, qui cogitare nos non sineret urbem pro incolis positam esse. Sed ea omnia σκιαμαχοῦντος sunt: ne enim ad locum ab excerptore parum accurate pertractatum provocem, γεώλοφος vocabuli significatio a notione adjectivi ὀρεινός s. ὀρώδης magnopere differt atque, ut regio γεώλοφος equorum culturae non satis apta existimetur, nulla plane res nobis impedimento est, quo minus agrum Thebanorum altera ex parte campestrem, altera clivosum et fere montanum exstitisse statuamus Pausaniae locum supra exscriptum in testimonium advocantes. Qua de causa etiam magis Gailii improbo sententiam: qui, allatis Strabonis loco XVI, p. 755 τελευτῶσι δ' εἰς ἄλλα ὄρη γεώλοφα καὶ καλλίκαρπα et verbis Dicaearchianis in fragmento de Pelio obviis πᾶν δέ ἐστι τὸ ὄρος μαλακόν, γεώλοφον, παμφόρον, hocce loco γεώλοφος de colliculis terrae pinguis et feracis, ubi soli fundus altius descenderet, interpretandum esse opinatus est. Apud Strabonem vir doctissimus quum ad solam altitudinem indicandam non frigide addi potuisse γεώλοφα et adjunctum praeterea καλλίκαρπα considerandum esse existimaret, sensum ejus loci minime omnium percepisse apparet, quod geographus verbis ὄρη γεώλοφα montes altos significare ne potuisse quidem, sed de montibus in collium speciem exeuntibus cogitasse ex toto sententiarum connexu efficiendus est. Accedit quod, si καλλίκαρπα apponeretur, γεώλοφα eo quidem quem Gailius statuit sensu inutile fere

loci pondus evaderet. Rectius igitur Xylander Strabonis locum, quo nescio an non cum nonnullis codicibus γεωλόφια pro γεώλοφα exhiberi debeat, ita explicuit: „in alios quosdam montes, qui glebosos atque fructiferos colles habent," quanquam quod intulit glebosos missum facere praestitit. Alia quoque explicandi adest ratio, qua montes collibus hic illic distinctos intelligamus, quem ad modum Grosskurdus t. III, p. 248 transtulit: „ſie enden unweit der arabiſchen Berge über Damaskene und der ſogenannten Trachones in andern hüglichen und fruchtreichen Bergen." Locum denique Dicaearcheum a Gailio falsissime illustratum video his verbis: „gaudet vero universus terra molliori, fertili quaeque nihil non fert" quum sensus non alius eo contineatur nisi hicce: „omnis vero mons est leni adscensu (instar collis) porrectus, clivosus, omnium ferax."

κηπεύματα a κήποις quo apud Gallos *jardinages* a *jardins* eodem modo differre Stephanus recte monuit eundemque in sensum apud Gailium versum video *hortos cultos*: de plantis enim in horto procreatis atque cultis, quam solam ejus vocabuli significationem Passovius in lexico indicavit, minus apte explicaretur. Namque quum κηπεύειν verbum, unde κήπευμα cum κηπεύς (quanquam etiam versa vice hoc posterius vocabulum pro primitivo verbi κηπεύειν judicari potest), κηπευτής, κηπευτός, κηπεύσιμος repetenda sunt, non solum *in horto colere*, sed etiam *ipsum hortum colere* significasse videatur, κήπευμα consequitur id exstitisse, quod τῷ κηπεύειν efficitur aut hortus cultus aut planta ibi nata et curata. Adjicere licet, apud Hesychium t. II, p. 248 pro vulgata κηπεύωνος aut κήπωρος aut κηπευόμενος aut κηπεύωρος quod ad palaeographicam rationem emendari posse, maximam autem veri speciem κηπεύωρος habere, quod sit τοῦ κηπεύειν ὥραν ποιούμενος sive quod ad idem recurrit κήπων κηδόμενος. De re autem, quae hoc loco proditur sicut de omni hac Thebarum descriptione cf. Mueller Orchom. et Miny. p. 27.

ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο. Asopum et

Ismenum intelligendos esse censeo Strabonis auctoritate nisus IX, p. 408 ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν et δι' αὐτῆς quod ad ipsum oppidum referendum esse videtur excerptoris iterum negligentiae adscripserim inter urbem ejusque agros parum accurate discernentis. Quanquam etiam cogitari potest scriptor cum urbe Thebanorum omnes circumjacentes hortos eosque, ut conjicere par est, egregiis villis instructos comprehendisse aut quod de Ismeno jure praedicare potuit etiam ad Asopum retulisse. Neque meae explicationi impedimento est quod Asopum agros Thebanorum a Plataeensium finibus distinxisse comperimus Herodoto et Pausania auctoribus, quorum alter VI, 108 ὑπερβάντες δὲ inquit οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς οἱ Κορίνθιοι ἔθηκαν Πλαταιεῦσι εἶναι οὔρους, τούτους ὑπερβάντες τὸν Ἀσωπὸν αὐτὸν ἐποιήσαντο οὖρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιάς, alter de sua quoque adhuc aetate IX, 4 idem confirmat: ἀποκρίνει δὲ καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τῆς Θηβαίων τὴν Πλαταιΐδα ὁ Ἀσωπός. Fac enim per omne quod inter utrumque scriptorem intercedit temporis spatium integer atque immutatus duarum earum civitatum terminus ille fluvius exstiterit, Asopum tamen statuere debemus Thebanorum agros tetigisse eosque aquis inspersis fertiles reddidisse, eaque ratione scriptorem quod nostro loco legimus proferre potuisse etiam de Asopo cogitantem. Muellerus autem cf. Orchom. p. 487 et qui secutus esse videtur Gailius Ismenum et Dircen nostro loco significari statuerunt; quod quanquam non prorsus impedio minorem tamen veri speciem habere crediderim cf. praeter locos a Muellero allegatos Paus. IX, 25. διαβάντων δὲ ποταμὸν καλούμενον ἀπὸ γυναικὸς τῆς Λύκου Δίρκην. Schol. ad Il. π, 459. πολλαχις ἐν μεταβολαῖς — καὶ σημεῖα ποταμῶν τε καὶ πηγαίων ναμάτων αἱμοφορύκτοις νάμασιν ἐκμαινομένων, ὡς ἐπ' Ἀσωποῦ τε καὶ Δίρκης παραδιδόασιν οἱ πάλαι μῦθοι. Num *Ungerus* in specimine libri primi rerum Thebanarum nostrum locum respiciat, nescio. Ceterum ea omnis regio ab Asopo permeata

Mira est Hesychii glossa t. I, p. 1709 *Θήβα, πόλις Βοιωτίας καὶ κιβώτιον*, quem locum Albertius ita emendandum esse judicat: *Θήβη, πόλις Βοιωτίας, θήβα ἢ καὶ θήβη κιβώτιον*. Duas eo loco glossas in unam coaluisse equidem quoque conjecerim, sed earum alteram Thebarum urbem, alteram *θήκη* vocem respexisse crediderim. Quod autem *Θήβη* nomen, sicut *Πλάταια* cf. v. c. Athen. IV, 148 f. Pausan. complurr. locc. *Θέσπεια* Strab. IX, p. 409. 411. *Ἀθήνη* (inverso modo pro *Τεγέα* pluralis *Τεγέαι* ab Archestrato apud Athenaeum III, 112 b. neque non in veteri oraculo apud Stephanum Byzantinum secundum codices quidem usurpatus est) et alia, ab antiquioribus scriptoribus singulari numero profertur cf. Hom. Il. *δ*, 406 *ἡμεῖς καὶ Θήβης ἕδος εἴλομεν ἑπταπύλοιο*, inde explicandum esse videtur, quod eae urbes minorem remotiori tempore ambitum habuerunt et magnam partem singulorum demum pagorum conjunctione in urbium magnitudinem accreverunt et deinde pagi qui nobilissimus fuerat nomen sibi vindicarunt. Quum in his denique quae supersunt Thebarum descriptionis Dicaearchianae laciniis Cadmea arx antea ne commemorata quidem fuerit neque tamen scriptor accuratus de loci alicujus natura et habitu verba facturus fuisse videatur, antequam situm ejus loci indicasset; excerptoris iterum studio factum esse conjicio, ut quae Dicaearchus de Thebarum arce exposuisset in hoc nostro *Βίου* fragmento pessumdarentur.

διὰ σωλήνων ἀγόμενον, ὑπὸ Κάδμου τὸ παλαιόν, ὡς λέγουσι, κατεσκευασμένον. σωλῆνες significantur h.l. fistulae subterraneae, quibus aqua in Cadmeae fonte exoriens in inferiorem Thebarum partem deducebatur. Diverso aliquatenus sensu memoratur vocabulum Bekk. Anecd. I, p. 302 *σωλῆνες οἱ ἀπὸ τῆς λεγομένης ἀντλίας ἐξάγοντες εἰς θάλασσαν τὸ ὕδωρ* Hesych. t. II, p. 1335 *σωλῆνες, οἱ στεγαστῆρες· καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων τὶ γένος κογχυλίων. τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μορίων.* cf. Suid. t. III, p. 353 *σωλήν, σωλῆνος, τὸ παρ'*

ἡμῖν σωληνάριον. Hae autem variae ejus nominis notiones a principi una significatione repetendae esse videntur eaque non improbabiliter conjicitur fuisse movendi, ita ut σωλήν cum σάλος, σαλεύω potius quam cum αὐλός, ut nonnulli viri docti statuunt, etymologice cognatum esse efficiatur cf. Etym. M. p. 349 ἐσωληνευόμην, συμπεριεφερόμην. Ceterum si ὕδωρ ἀφανές pro aquaeductu sub terra constructo explicare licuerit, ferri poterit quod adjectum est ὑπὸ Κάδμου κατεσκευασμένον, alioqui facillima levissimaque conjectura pro vulgato κατεσκευασμένον rescribendum esse conjecerim κατεσκευασμένων idque ad σωλήνων referendum. Eo autem magis hunc locum studeo aut recte et accurate explicando tueri aut cauta emendatione ad sanam elocutionis rationem revocare, quo minus dubitaverim haec talia verba ab ipso Dicaearcho proficisci potuisse.

μεγαλόψυχοι καὶ θαυμαστοὶ ταῖς κατὰ τὸν βίον εὐελπιστίαις. μεγαλόψυχοι hoc priori de Thebanis loco in malam, inferiori deinde in bonam partem interpretandum esse ad caput quod de Atheniensibus est jam supra animadverti. Ad illustrandam ejus vocabuli significationem Manzius praeter locum Platonicum supra a me exscriptum Arrianum II, 15 hucce allegavit animo ejusmodi, qui μεγαλόψυχος vocari posset, μανικοὺς τόνους adjudicantem. cf. etiam μεγαλόνους apud Menandr. de encom. p. 39 μάλιστα δὲ τοῖς ψυχροτέροις καὶ μεγαλονουστέροις. θαυμαστοὶ ταῖς κατὰ τὸν βίον εὐελπιστίαις ex Stephani quidem sententia novum loquendi genus est aliquid novi vel saltem rari significans et cum Horatiano, quod de cado vinum continente usurpatum est, *spes donare novas largus*, conferendum. Apud Gailium in versione latina quam Stephanianam fere ubique integram exhibuit verba ita translata sunt: „et in bona spe concipienda circa quotidiana vitae negotia mirifici.“ Neque novitatem elocutionis a Stephano enotatam equidem perspicio neque versionem a Gailio exhibitam existimo satis rectam esse: εὐελπιστίαι enim κατὰ τὸν βίον significare mihi non videntur spes

quas de vita vel de vitae quotidianis negotiis concipimus bonas, sed bonas spes, hilarem ac levem adeo animum, quo omnia vel gravissima considerare et excipere consuevimus, in vita ejusque ratione conspicuum. Quae quum ita sint, locum vernacula lingua ita interpretatos: „hochmüthig und durch den Leichtsinn, den sie in ihrem Leben zeigen, bewundernswerth" omnia verba nos accurate illustrasse et nihil in dicendi genere reliquisse censeo, quod novum vel mirum appellari queat.

πλῆκται. Quod principi notione eum denotat qui verberat vel ad verberandum promptus est, πλήκτης de gladiatoribus deinde inter se manus conserentibus atque omnino de rixantibus et litigiosis usurpatur Athen. XI, 461. c. χαλεποὺς γὰρ καὶ πλήκτας τοὺς ἥρωας νομίζουσι καὶ μᾶλλον νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν. cf. Suid. t. III, p. 130 πλῆκται, πολεμικοί. εἰσὶ δὲ πλῆκται ἀγαθοὶ καὶ παρὰ Βακχαίοις. Hesych. t. II, p. 978 πλήκτης, μάχιμος, ὑβριστής. Eundem in sensum quod juxta collocandum est πλήκτωρ et quae derivata sunt πληκτίζεσθαι cf. Hom. Il. φ, 499 πληκτίζεσθ' ἀλόχοισι Arist. Eccles. vs. 958 πληκτίζεσθαι μετὰ τῆς σῆς πυγῆς Hesych. l. l. πληκτίζεσθαι, μάχεσθαι, ὑβρίζειν, πληκτικός cf. Hesych. l. l. πληκτικώτερον, ὑβριστικώτερον et πληκτισμός adhiberi solent. H. Stephanus, seu minus accurate cogitavit seu obscurius enuntiavit, πλήκτας monuit esse *ad verbera promptos*, neque vero *manu promptos* et Ciceronianum *promptos ad vim* latius patere sibi videri adnotavit quam quod nostro loco legeretur πλῆκται. Rectius idem doctissimus interpres quod deinde πλήκτας significari existimavit *ad manus inferendas* seu *ad verbera inferenda promptos*. Quodsi vocabuli πλήκτης notionem una voce vix reddi posse pronuntiavit, ex vernacula quidem lingua suppedito quod eadem sensus amplitudine nostra in provincia foedam quandam celebritatem nactum nuper fuit vocabulum Bengeler. Nomen autem πλήκτης quum praeter substantivam notionem fere adjectivam quoque induisset, comparativus

inde et superlativus efformati sunt πληκτίστερος et πληκτίστατος cf. Etym. M. p. 28. Manzius *percussores* reddidit et Pauli ad Titum epistolam attulit, ubi c. 1 vs. 7 haec inveniuntur verba: *δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ.* Quod ea denique indole Thebani fuissent, minime omnium mirandum esse idem rectissime adnotavit, quia nimirum sub crasso aëre nati πολυφάγοι exstitissent atque, ut ex classicorum scriptorum locis pateret, corporum magis quam animi culturae studuissent. Ex Petronio ab eodem allegatus est locus, quo Thebanorum par commemoratur audacissimorum ad mutuam caedem gradum componentium.

ἀδιάφοροι πρὸς πάντα ξένον καὶ δημότην Stephanus vertit: peregrinum et popularem nullo discrimine habentes" eodemque modo locus apud Gailium legitur translatus. Etiam Manzius consentire videtur, quippe qui Hesychium citet *ἀδιάφορον* per *ἀδιάκριτον* explicantem. Sed equidem non crediderim significari Thebanos nullum se gerendi discrimen in consuetudine cum peregrinis et civibus observare, sed sicut Stoicis *ἀδιάφορα* res mediae sunt quarum in dijudicando de vitio aut de virtute nulla ratio habenda est, ita Thebanos conjicio *ἀδιαφόρους πρὸς πάντα ξένον καὶ δημότην* eos denotatos esse qui neque peregrinorum neque civium ullam habeant curam vel rationem. Quae omni hoc loco contra Thebanos proferuntur, eadem Muellerus Orchom. p. 27 tradit Ciceronem quoque afferens de fato. 4. „pingues Thebani et *valentes*. cf. quae in usu fuerunt proverbiali *Βοιωτία ὗς, Βοιώτιον οὖς.*

ὑβρισταί. Cum ejusmodi vitio Manzius ex Theophrasti characteribus cap. XV, apud Schneiderum cap. XXIII *αὐθαδείας* expositionem contulit, quod vitium La Bruyère p. 66 reddidit *brutalité*. Loco autem Theophrasteo Astium fere ubique sequens ita legerim: *ἡ δὲ αὐθάδειά ἐστιν ἀπήνεια ὁμιλίας ἐνὶ λόγῳ· ὁ δὲ αὐθάδης τοιοῦτός τις, οἷος ἐρωτηθεὶς „ὁ δεῖνα ποῦ ἐστίν;“ εἰπεῖν „πράγματά*

μοι μὴ πάρεχε“ καὶ προσαγορευθεὶς μὴ ἀντιπροσειπεῖν· καὶ πωλῶν τι μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις, πόσου ἂν ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾷν, τί εὑρίσκει· καὶ τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσι εἰς τὰς ἑορτὰς εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἂν γεύοιτο (leg. γεύοιντο?) διδομένων· καὶ οὐκ ἔχειν συγγνώμην οὔτε τῷ χρώσαντι αὐτὸν ἀκουσίως οὔτε τῷ ὤσαντι οὔτε τῷ ἐμβάντι· καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη, ὑστερον ἠκειν φέρων καὶ λέγειν, ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον· καὶ προσπταίσας ἐν τῇ ὁδῷ δεινὸς καταράσασθαι τῷ λίθῳ καὶ οὐκ ἀναμεῖναι πολὺν χρόνον οὐδένα· καὶ οὔτε ᾄσαι οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι· Δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι. Quem ad locum quae Casaubonus adnotat haecce sunt: „Latini hoc vitium modo superbiam, modo arrogantiam, modo protervitatem, modo pervicaciam sive pertinaciam, saepe ferocitatem, interdum contumaciam aut truculentiam nominant. Hominibus autem αὐθάδεσιν opponuntnr homines benigni et mansueti, quos auctor ad Herennium commodos et sui cognoscentes vocat; quod plane contrarium est τῇ αὐθαδείᾳ, cui Plato de legg. XII, p. 950b. tribuit τὸ ἄγριον καὶ ἀπηνές.“ Quod autem ad Thebanorum mores conferri quoque potest Cic. de rep. IV, 4: „mitto apud Eleos et Thebanos, apud quos in amore ingenuorum libido etiam permissam habet et solutam licentiam.“

καταναωτισται παντὸς δικαίου. Hudsonus quum aegre ferret quod ea verba cum praecedentibus non essent juncta ex conjectura particulam καί interposuit; quam etiamsi concesserim quum per se tum ante κατά qua cum praepositione sequens vocabulum καντανωτισταί compositum est excidere facillime potuisse, mihi tamen non persuadeo nostro loco restituendam esse, quippe quo omnia reliqua arcto sententiarum et verborum vinculo careant. Parum igitur emolumenti huic loco accederet accuratiori conjunctione his solis verbis reddita, praeterea autem id quod jam saepissime adnotavi cavendum nobis est excerptori levissimo

meliorem cogitandi et eloquendi rationem obtrudamus vel invito. Stephanus *κατανωτιστὰς παντὸς δικαίου* proprie esse censuit *qui terga verterent omni justitiae* sive *post terga abjicerent omnem justitiam*, ejusque interpretationem Marxius atque Gailius amplexi sunt. Passovius in lexico *κατανωτίζομαι* esse dicit *in tergo portare* et tropico sensu significare *parvi aestimare*. Quam interpretationem Suidas confirmat II, p. 260 *κατανωτίσασθαι ἀντὶ τοῦ κατὰ νώτου φέρειν „μηδὲ τὴν τοῦ Πλουτάρχου κατανωτίσασθαι κρίσιν, μηδὲ αὖ μείζω φρονεῖν τῆς κοινωφελοῦς προαιρέσεως“* (Damascii fragmentum apud Phot. bibl. p. 1056) *ἀντὶ τοῦ καταφρονεῖν, ὀπίσω ῥίπτειν*. Conferri quoque posset *κατανωτιαῖος quod in tergo est* significans adjectivum. Sed equidem crediderim *κατανωτιστής* ex activo verbo *κατανωτίζω* ejusque transitivo sensu repetendum esse et eum denotare, qui aliquem terga vertere fecit, ita ut *κατανωτιστὴς δικαίου* is sit, qui justitiam expulit et de loco cedere jussit. Illam enim significationem quum simplex habeat *νωτίζω*, in componendo praepositionem *κατά* aut hostilem notionem aut vim augentis induisse statuo. Quod autem ad rem h. l. proditam cf. etiam hunc Xenophontis locum Memorab. III, 5, 2. *Βοιωτῶν μὲν γὰρ πολλοὶ πλεονεκτούμενοι ὑπὸ Θηβαίων δυσμενῶς αὐτοῖς ἔχουσιν.*

πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα τῶν συναλλαγμάτων οὐ λόγῳ συνιστάμενοι. τῶν συναλλαγμάτων ab omnibus interpretibus cum praecedenti vocabulo *τὰ ἀμφισβητούμενα* connectitur atque ea verba de litibus in commerciis vitae exortis explicantur. Quam verborum jungendorum rationem quanquam non negaverim simplicissimam et cum notione nominis *συνάλλαγμα* plane congruam esse, dubito tamen an *τῶν συναλλαγμάτων* verba adjici necesse fuerit atque nescio an ad lites significandas *τὰ ἀμφισβητούμενα* per se solum suffecerit in eundem sensum cum *τὰ ἀμφισβητήματα* interpretandum. Elegantius igitur aliquis *τῶν συναλλαγμάτων* cum *λόγῳ* collocari for-

tasse conjecerit ita nimirum ut τὰ συναλλάγματα eo loco suspicetur idem quod αἱ συναλλαγαί denotare et omnia illa verba ad eos pertinere, qui neque ratione neque oratione moveantur, ut in gratiam secum mutuam redeant. Confitendum tamen est nullum mihi locum adesse, quo ejusmodi vocabuli συνάλλαγμα usus comprobetur, et praeterea eum in sensum aptiorem futuram fuisse hancce verborum sedem: πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα οὐ λόγῳ τῶν συναλλαγμάτων συνιστάμενοι. Contra apud Athenaeum V, 193 e. f. in eundem fere cum ἀμφισβήτημα sensum usurpatum reperio διήκουε τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν γενομένων συναλλαγμάτων (versum satis recte a Schweigh.: de forensibus actionibus et contractibus) καὶ διέκρινε μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ προθυμίας. Priorem praeterea interpretationem adjuvare videatur, quod τὰ ἀμφισβητούμενα τῶν συναλλαγμάτων iis quae deinde memorantur τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα κ. τ. λ. ex adverso posita esse cogitare possumus. Sed etiam συνιστάμενοι considerandum est idque statuere nobis usum ejus verbi accurate observantibus licet aut de rixando aut de reconciliando intelligendum esse. Rationem equidem quam maximam habens verborum quae proxime excipiunt τὴν δ' ἐκ τοῦ θράσους καὶ τῶν χειρῶν προσάγοντες βίαν non dubito inter se opposita esse λόγῳ συνίστασθαι, verbis altercari, atque τὴν ἐκ τοῦ θράσους καὶ τῶν χειρῶν προσάγειν βίαν, audaciam et manuum violentiam adhibere. Quae tamen deinde de athletarum violentia in gymnicis certaminibus conspicua eaque ad jurisdictionem translata referuntur, nullo modo his prioribus ex adverso collocata esse, sed iis etiam accuratius explicandis inservire crediderim. Pro λόγῳ denique codex Hervartianus exhibet λία, unde Graevium suum quod protulit λίαν, a Vulcanio quoque propositum, effinxisse Marxius recte suspicatus est. Quam conjecturam haud vereor ne quis approbet suffragio, quippe quae verborum sensui neutiquam accommodata exsistat; λία autem codicis scriptura quae per se nullius significationis est ansam cui-

piam fortasse suppeditaverit emendandi *διά* et totius loci aut ita rescribendi: *πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα τῶν συναλλαγμάτων οὐ διὰ λόγων συνιστάμενοι* aut in sensum valde diversum hoc modo efformandi: *πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα οὐ διὰ τῶν συναλλαγμάτων συνιστάμενοι.* At ante omnia dijudicandum esset, quid auctoritatis isti codicis discrepantiae adscribere et annon pro mero calami lapsu habere debeamus.

τὴν δ' ἐκ τοῦ θράσους καὶ τῶν χειρῶν προσάγοντες βίαν. *ἐκ* praepositionem hoc loco nonnisi cum *τοῦ θράσους* copulandam esse existimaverim eamque violentiam significari quae ex audacia vel procacitate oriatur *τὴν ἐκ τοῦ θράσους βίαν.* Ad *βίαν* deinde accuratius describendam *τῶν χειρῶν* genitivus additus est cf. Hom. Odyss. *σ*, 13. *μὴ τάχα νῶϊν ἔρις καὶ χερσὶ γένηται.* 20. *χερσὶ δὲ μήτι λίην προκαλίζεο.* His autem in verbis si quem particula *καί* offendit interposita, ubi *τὴν ἐκ τοῦ θράσους βίαν* atque *τὴν τῶν χειρῶν βίαν* nullo modo diversi aliquid indicare perspicuum est, sine ulla fere dubitatione me confiteor eam conjunctionem expulsurum esse, si nobis res esset cum ipsius Dicaearchi loco. Quanquam codicum scripturam mordicus tuituro atque defensuro non difficilis ea explicatio erit, qua verbis *ἐκ τοῦ θράσους* intimam violentiae originem, *τῶν χειρῶν* autem vocabulo qua ista violentia in lucem prodeat speciem designatam esse itaque duo ea nomina copula *καί* inter se connecti potuisse censeamus. Stephanus nostrum ad locum Thebanos Cyclopico quodam ingenio praeditos fuisse monens Hesiodi locum allegavit *ἔργ. κ. ἡμ.* vs. 189 sqq. *οὐδέ κεν οἵ γε Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν· Χειροδίκαι, ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει*, ubi *χειροδίκαι* a Moschopulo et Proclo *οἱ τῇ βίᾳ τῶν χειρῶν τὸ δίκαιον ὁρίζοντες* et a Ttetze *οἱ μὴ κρίσει καὶ νόμοις πειθόμενοι, ἀλλὰ χερσὶ καὶ ἰσχύϊ πάντα δρῶντες* expositi sunt.

τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα πρὸς αὐτοὺς τοῖς δὲ ἀθληταῖς βίαια εἰς τὴν δικαιο-

λογίαν μεταφέροντες. Haec verba cum praecedentibus nulla conjunctione grammatica cohaerere mihi persuasum est, quanquam ipse aliquando locum ad meliores fruges ita revocare cogitabam, ut τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα πρὸς αὐτούς cum προσάγοντες participio componerem atque τοῖς δὲ ἀθληταῖς et quae sequuntur novam sententiam constituere putarem. Sed quem subjiciebam sensus artificiosior fuit, quam ut aliquo modo approbari posse videretur; nunc autem ipsum quae ad τοῖς ἀθληταῖς apposita est particulam δέ non dubito cum his iisdem verbis suo loco motam esse atque omnia ea verba aliquando talia fuisse conjicio: τὰ δὲ τοῖς ἀθληταῖς ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα πρὸς αὐτοὺς βίαια εἰς τὴν δικαιολογίαν μεταφέροντες. Ea autem emendatione tantum abest ut locum qualem Dicaearchus composuerit talem me restituisse opiner, ut excerptorem ab accurata cogitandi et eloquendi ratione satis alienum ita scribere potuisse suspicer: quo enim modo a codicibus verba exhibita sunt ne nequissimus quidem compilator enuntiasse statuendus est. Quanquam mea quoque in conjectura id omnino negligentiae remanere apparet, quod haec iterum sententia participio neque vero, uti debebat, verbo finito prolata est: quam dicendi rationem compilatorem redolere perspicuum est neque participia eo modo inter se sine ulla copula cumulata, si quidem haec et priora aliquatenus conjuncta volumus, conferenda esse cum ejusmodi usu, qualis exempli causa apud Xenophontem obtinet Anab. I, 1, 7 ὁ δὲ Κῦρος ὑπολαβὼν τοὺς φεύγοντας συλλέξας στράτευμα ἐπολιόρκει. 2, 17. στήσας τὸ ἅρμα πρὸ τῆς φάλαγγος πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα, quem ad locum cf. Krueger. Fr. Viger. de idiotismis ed. Herm. sec. p. 348. Attamen participium μεταφέροντες, si emendando opus esset, facillima mutatione in μεταφέρονται medium efformari posset. Particula autem δέ ita in mediam sententiam olim intrusa jam Stephanus offensus fuit eamque delendam esse existimaverat. Quam suspicionem Zosimades approbaverunt quanquam vulgatam scriptu-

ram in textis exhibentes et nonnisi adnotantes *ἐξαλειπτέον ἴσως τὸν (σύνδεσμον) δέ*. Jam audacior Marxius ex contextu ejecit eumque Buttmannus secutus est. Gailius *τοῖς δὲ ἀθληταῖς* verba utpote spuria uncis inclusit marginalique additamento tribuenda esse conjecit, quo quis *τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα πρὸς αὐτοὺς* Thebanis quippe athletis fieri significaturus fuisset atque quae Dicaearchus fusius exposuisset uno verbo indicasset. Quam opinionem Osannus quanquam non improbabilem existimavit, praestare tamen fortasse animadvertit *δέ* conjunctionem cum Stephano in exilium abigere. Neque equidem ubi leniora adsunt medicamina ad graviora refugiam et magis aspera, neque *τοῖς ἀθληταῖς* utpote superflua claudicare adhuc mihi persuadeam. Pro *τὰ γενόμενα* Vulcanius legere maluit *τὰ γινόμενα*, qua correctione, quam eandem a Buttmanno adscitam esse video, quid ad loci sensum rectius efficiendum lucremur, non perspicio; quinimo eam in sententiam quam Buttmannus in omni hoc loco inesse merito arbitratur aoristi participium etiam melius se habere crediderim participio praesentis. Neque eidem Buttmanno adstipuler *αὐτούς* in *αὐτούς* commutanti, quia *πρὸς αὐτούς* non ad athletas referendum esse, sed ita ut aut *apud eos* aut *contra eos* significet ad Thebanos pertinere crediderim. Libentissime tamen in eo cum Buttmanno consentio, quod *μεταφέρειν* sensu transferendi interpretatus est contrario plane a prioribus interpretibus modo, quorum Stephanum et Gailium differendi significatione intellexisse et verba *εἰς τὴν δικαιολογίαν μεταφέροντες* satis mire ita reddidisse video: *in id rejiciunt tempus quo jus reddere consueverunt*. Neque in versione Stephaniana approbo quod *τὰ βίαια γενόμενα* ad universas injurias neque vero, uti propter sententiarum connexum et verborum ipsorum significationem debuit, ad factam violentiam retulit. Marxius denique consentire videtur cum Ez. Spanhemio quem laudat ad Jul. orat. Lips. 1696. I, p. 124 nostrum locum ita interpretato: „quae in gymnicis agonibus apud eos fiunt

athletis violenta, ea in judiciorum disceptationem veniunt.“ Equidem non dubito quin μεταφέρειν hoc loco tropice usurpatum idem significet quod transferre et quod simili ratione etiam μεταλαμβάνειν verbo alioqui denotatur cf. vit. Thucyd. Marcell. §. 23 τὸ πρῶτον ἀτύχημα εἰς ἁμάρτημα μεταλαβόντες. εἰς τὴν δικαιολογίαν quam optime habet neque quidquam causae reperio ob quam Vulcanius in εἰς τὴν δικαιοσύνην immutaverit satis justae. Aliquantum differt δικαιοδοσία a Suida t. I, p. 585 e Polybio enotata: δικαιοδοσία. Πολύβιος· ὅταν ᾖ τὸ δίκαιον ἐκλαβεῖν παρὰ τῶν ἀδικησάντων ἢ κατὰ νόμους ἢ κατά τινας ἄλλας ὑποκειμένας δικαιοδοσίας.

p. 144. διὸ καὶ αἱ δίκαι παρ' αὐτοῖς δι' ἐτῶν τοὐλάχιστον εἰσάγονται τριάκοντα. Quum praecedentia verba alio plane modo aliquando interpretarer et hunc sensum continere statuerem: „injurias autem in gymnicis agonibus apud eos athletis factas in jurisdictionem deducunt“, αἱ δίκαι vocabulo ejusmodi tantum causas indicatas esse cogitabam, quae injuriis in athletarum certaminibus factis exorirentur. Sed αἱ δίκαι sine dubio de universis Thebanorum causis intelligendum est eumque quoque in sensum adjectus articulus grammatico minime indiget patrocinio, si quidem αἱ δίκαι ad Thebanorum lites, de quibus totus locus disserit, pertinere atque αἱ δίκαι παρ' αὐτοῖς eandem fere sententiam quam αἱ παρ' αὐτοῖς δίκαι denotare manifestum est. Quanquam facillimum foret suspicatu αἱ articulum ex praecedente καί particula originem duxisse. δι' ἐτῶν — τριάκοντα. Ea verba Stephanus inter se conjuncta reddidit *tricesimo quoque anno;* quam rationem ut penitus rejiciendam minime crediderim, ita eam in sententiam δι' ἔτους τριακοστοῦ magis arrisurum fuisse equidem profiteor. Marxius τριάκοντα, id quod eodem jure grammatico licet, ad αἱ δίκαι retulit, id ipsum de litibus ob injurias in certaminibus Thebanorum commotis intellexit et *ejusmodi causae* transtulit atque δι' ἐτῶν *quotannis* significare censuit. Quem in sensum dubitaverim annon

scriptor magis perspicue prolaturus fuerit *δι' ἔτους* per annum, toto anno. Item Osannus *τριάκοντα* cum *δίκαι* collocavit et articulum ante id vocabulum, utpote ex *διττογραφίᾳ* particulae *καί* exortum, ejiciendum esse arbitratus plane alium quam Marxius nostro loco sensum inesse judicavit. Sed ante omnia conandum nobis esse perspicuum est, codicum scripturam tenere, eamque ob rem articulum ante *δίκαι* non delendum esse priusquam nullo modo ferri posse demonstratum fuerit. Simpliciorem deinde et magis in promptu positam esse patet rationem *τριάκοντα* vocabuli cum *ἐτῶν* quam cum *αἱ δίκαι* conjungendi. Difficultas autem aliqua adhuc reliqua est in *τοὐλάχιστον* explicando, quod Stephanus et qui secutus est Gailius, quum in vertendo *nonnisi* substituerent, plane non illustravisse apparent. Marxius, sicut Buttmannus quoque quanquam hic pluribus verbis um noch das geringſte zu ſagen, explicuerunt quidem rectissime *ad minimum* cf. Plut. vit. Cic. p. 865, falsissime autem ille cum *τριάκοντα* neque vero, ut jam ob verborum sedem debuerat, cum *εἰσάγονται* collocavit, hic vero Buttmannus toti sententiae constringendae inservire existimavit. *εἰσάγονται*, sicut Buttmannus et Meierus in nota ad recensionem editionis Gailianae ab Osanno conscriptam intelligendum esse censuerunt, ad ea pertinet quae causarum dijudicationi praecedebant et *ἡγεμονίαν τοῦ δικαστηρίου* complebant cf. Hermann. antiq. Gr. §. 138. Ceterum quod verbis *τοὐλάχιστον εἰσάγονται* ex adverso positum fuisse debuit *sed ad finem non deducuntur* aut ab ipso scriptore mente reservatum fuisse statuendum est, quum sequentibus verbis *ὑπὸ τῶν οὐ βουλομένων τὰς δίκας συντελεῖσθαι* perspicuum efficiatur, aut temporum injuria vel excerptoris negligentia pessumdatum fuisse. Per se autem apparet mea quidem explicatione etiam sequentia verba cum antecedentibus bene cohaerere. Osannus denique vocabuli *τοὐλάχιστον* loco *τὸ πλεῖστον ad summum* vel adeo, si eo sensu comprobari posset, *τὸ μέγιστον* rescribendum esse suspicatus est.

ὁ γὰρ μνησθεὶς ἐν τῷ πλήθει περί τινος τοιούτου καὶ μὴ εὐθέως ἀπάρας ἐκ τῆς Βοιωτίας, ἀλλὰ τὸν ἐλάχιστον μείνας ἐν τῇ πόλει χρόνον, μετ' οὐ πολὺ παρατηρηθεὶς νυκτὸς ὑπὸ τῶν οὐ βουλομένων τὰς δίκας συντελεῖσθαι θανάτῳ βιαίῳ ζημιοῦται. Buttmannus verba ἐν τῷ πλήθει atque totius loci sensum parum accurate considerans falsissime reddidit: „denn wer ſich im Volke irgend dergleichen bewußt iſt." Quid περί τινος τοιούτου hoc loco significetur, verbis proxime excipientibus τὰς δίκας συντελεῖσθαι illustratur itaque denotatus esse apparet, qui coram populo mentionem fecerit causae ad finem perducendae. τὰς δίκας enim συντελεῖσθαι minime omnium, sicuti Stephanus et Gailius interpretati sunt, idem quod τὰς δίκας εἰσάγεσθαι est; sed ex adverso potius collocatum *litibus finem imponi*. ἀπάρας h. l. de itinere terrestri cf. Bekk. Anecd. I, 6 ἀπαίρειν τὸ μὲν πλεῖστον οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ πλοῦ τιθέασι, πλὴν καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας, ὡς Αἰσχύλος καὶ Ἀριστοφάνης. φόνοι δὲ παρ' αὐτοῖς διὰ τὰς τυχούσας γίνονται αἰτίας adjectum est ad significandum, Thebanos non solum judiciorum non finiendorum causa, sed ob fortuitam quamque rationem caedes committere. Omnem locum ita verto: „In den Streitigkeiten, welche der Verkehr mit ſich bringt, ſtreiten ſie nicht mit Gründen und Worten, ſondern laſſen, eine natürliche Folge ihrer Tollkühnheit, der Hände Gewalt obwalten. Die Kraftäußerungen aber, welche ſich die Athleten bei ihnen in den gymniſchen Feſtſpielen erlauben, tragen ſie auf die Führung von Rechtsſachen über. Daher werden die Proceſſe bei ihnen dreißig Jahre hindurch mindeſtens eingeleitet. Denn wer vor dem Volke irgend etwas der Art in Erwähnung bringt und nicht ſogleich aus Böotien aufbricht, ſondern nur noch eine ganz kurze Zeit in der Stadt bleibt, wird bald darauf Nachts in einem Hinterhalt überfallen und von denen, die der Proceſſe Beendigung nicht wollen, mit gewaltſamen Tode beſtraft. Morde aber geſchehen bei ihnen wegen jedweder Veranlaſſung." Stephanus

ita interpretatus est: „qui non conveniunt ad dirimendas ratione controversias circa commercia ortas, sed audaciam et manuum violentiam hanc ad rem adhibent. Si qua in gymnicis certaminibus facta sit athletis apud eos injuria, eam in id rejiciunt tempus, quo jus reddere consueverunt: ideoque controversiae apud eos non nisi tricesimo quoque anno in judicium deducuntur. Quisquis enim in populo ullius hujusmodi rei mentionem fecerit ac non statim e Boeotia migrarit, sed vel brevissimo temporis spatio in urbe manserit, paulo post, structis noctu insidiis, ab iis qui causas agi nolunt, morte violenta mulctatur. Caedes autem apud eos vel levissimam ob causam perpetrantur.“ Buttmannus hocce modo reddidit: „ſie ſind aber ſolche Leute, die ſich in Beziehung auf Streitigkeiten im Verkehr aller Art nicht durch Vernunft vergleichen, ſondern ihrer Rohheit gemäß ſelbſt der Hände Gewalt dazu gebrauchen, indem ſie, was in den gymniſchen Kämpfen ſich die Athleten gegen einander gewaltthätiges anthun, auf die Rechtsſprechung übertragen. Weßwegen auch die Proceſſe bei ihnen, um noch das geringſte zu ſagen, alle **30** Jahre wirklich eingeleitet werden. Denn wer ſich im Volke irgend dergleichen bewußt iſt und nicht ſogleich ſich aus Böotien entfernt, ſondern nur die geringſte Zeit in der Stadt verweilt, der wird ſehr bald Nachts durch einen Hinterhalt von denen, die nicht wollen, daß der Proceß zu Stande komme, mit einem gewaltſamen Tode beſtraft. Todtſchläge aber geſchehen der unbedeutendſten Urſachen halber.“ Quod autem ad rationem causarum Thebis differendarum, Müllerus Orch. p. 409 praeter Dicaearchum etiam Polybium citat 20, 4, 6. 23, 2.

διατρέχουσι cf. quod supra de Atheniensibus usurpatum est *διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι.* Gailius *occurrunt* vocabulo reddens singulari significatione hoc loco prolatum esse et ea ratione cum *στειχοπλανήτης*, *λαμπάδιον* et *ἀφορίζειν* conferendum esse monuit. Quo tamen sensu *λαμπάδιον* infra nostro in fragmento exhibetur, similis quidem ejus vocabuli usus est de ligamentis

chirurgicis atque praeterea dubium est, utrum quae infra legitur notio Dicaearcho an Thebanis potius adjudicanda sit, inprimis quum referatur *καλεῖται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων*. *ἀφορίζειν* autem minime crediderim extensionis sensu *sub* finem nostri fragmenti necessario interpretandum esse, sed, ut verbi vis et natura exigit, definiendi. Neque equidem *διατρέχειν* putaverim idem esse quod *occurrere*, sed *discurrere* potius significare i. e. his illis locis, passim obviam esse, quanquam per se patet in currendi notione non jam multum momenti collocandum esse.

πάσης ἄξιοι φιλίας. Stephanus ex codicibus lectionem *ἀοιφυλίας* exhibuit, ejusque loco *ἀλλοφυλίας* restituendum esse censuit quanquam quo modo ea correctio interpretanda esset silentio penitus praetermittens. Crediderim equidem doctissimum virum eo sensu conjecturam suam intellexisse, ut, qui Thebanorum hoc loco laude afficiuntur, peregrinorum neque vero Thebanorum indole et moribus praediti esse significarentur. Posteriores editores ut Hoeschelius, Hudsonus, Holstenius, Manzius et Marxius *πάσης ἄξιοι φιλίας* ceu genuinum protulerunt neque equidem dubitaverim quin ea emendatio et externa et interna sua ratione magnam veri speciem habeat. Celidonio locum talem scribendum proposuit: — *ἐν αὐτοῖς μεγαλόψυχοι καὶ ἀξιόλογοι πάσης ἀειφιλίας*, ita ut verba in sedem aliquatenus diversam transponeret atque *ἀειφιλία*, quamvis id ipsum scriptorum classicorum testimonio defendi non posset, analogis tamen nominibus *ἀειφυλλία* cf. *ἀειφυγία*, *ἀειλογία* κ. τ. λ. comprobatum esse existimaret. Praeter alia confiteor ea in emendatione mihi non satis liquere de ratione *πάσης ἀειφιλίας* genitivi grammatice copulandi.

μεγέθεσι. *μέγεθος* in plurali usurpari potuisse videtur, si aut de sublimibus cf. Longin. de subl. 11, 1. 33, 2. Lobeck de subl. trag. Gr. I, p. 13 aut de magnitudinibus in re mathematica cf. Plat. Phileb. p. 41. c. *ἐν μὲν ὄψει τὸ πόρρωθεν καὶ ἐγγύθεν ὁρᾶν τὰ μεγέθη τὴν ἀλήθειαν ἀφανίζει* Protag. 356. c. *φαίνεται ὑμῖν τῇ ὄψει τὰ αὐτὰ*

μεγέθη ἐγγύθεν μὲν μείζω quem ad locum Stallbaumius nostrum vocabulum Größen recte allegavit, aut de corporis vel omnino spatii magnitudine in compluribus conspicua cogitatur cf. Herod. II, 10 *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα* III, 102. *μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκεων δὲ μέζονα.* Plat. Criti. p. 115. d *ἕως εἰς ἔκπληξιν μεγέθεσι κάλλεσί τε ἔργων ἰδεῖν τὴν οἴκησιν ἀπειργάσαντο.* Strab. I, p. 22 *χεῖρον δέ, ἐάν τις καὶ τὴν διασκευὴν ὡς ἱστορίαν δέχηται, ἐκείνου ὠκεανὸν — καὶ μεγέθη Κυκλώπων καὶ Λαιστρυγόνων*, ubi a Xylandro recte versum est *vasta Cyclopum et Laestrygonum corpora*, Diod. Sic. V, 26 *λίθους χειροπληθιαίους τοῖς μεγέθεσι* et, quo loco Goellerus Thuc. I, 2. III, 46. 104 conferens immerito rescripsisse mihi videtur *μεγέθει ἰσχυούσαις*, Thuc. VII, 55 *πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόποις ἐπελθόντες δημοκρατουμέναις τε ὥσπερ καὶ αὐτοὶ καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις.* In posteriorem eandem rationem nostro loco *τοῖς μεγέθεσι* usurpatum esse videtur, quia de omnibus vel plurimis quidem Thebanorum feminis sermo est.

πορείαις. Stephanus *πορείας ῥυθμοῖς* edidit, quam correctionem per se optime quidem se habere, neutiquam tamen necessariam esse judicaverim. Accedit quod ea in conjectura articulus ante *ῥυθμοῖς* non repetitus et omnis inter haec nomina omissa conjunctio etiam magis offendit quam in vulgata lectione *πορείαις, ῥυθμοῖς*, cui inter ceteros Marxius patrocinatus est Stephani emendationem codicum scriptura difficiliorem esse existimans et ad sensum verborum secundum libros mss. constitutorum hunc poëtae celeberrimum locum afferens: *vera incessu patuit dea.* *πορείαις* autem plurali numero prolati eadem ratio obtinet, quae in *μεγέθεσι* supra et *ῥυθμοῖς* deinceps vocabulis observatur. Nullam igitur invenio causam, qua Jacobsii conjecturam quamvis per se elegantissimam in contextum admittendam esse statuamus *χορείαις*. Quod ideo quoque

cum ceteris loci verbis fortasse non satis congruum sit, quod quae de corporum praestantiis in feminis Thebanis conspicuis prodita sunt integram et cohaerentem cum corpore arctius rationem indicare videantur. Apud Callistratum autem in statuis 14 non dubito quin vir doctissimus *τὴν χορείαν* pro *τὴν πορείαν* rectissime rescripserit *ὑπὲρ δὲ ἄκρων τῶν θαλαττίων κυμάτων ἐλίσσουσαι τὴν χορείαν ἔπληττον* eamque dicendi rationem *τὴν χορείαν ἑλίσσειν* his locis egregie confirmarit Aristid. Panath. I, p. 97. *καὶ χορείαν ἐξελίττειν, οὐ πλοῦν ἀνύτειν δόξαις ἄν.* Heliod. V, 14. p. 191. *οἱ δὲ περὶ τὸν νομέα κύκλους ἀγερώχους ἐξελίττοντες.* Himer. orat. XIV, 37. p. 670 *εἴτε καθ' Ἑλικῶνα τὸν χορὸν ἐξελίττετε.*

ῥυθμοῖς ex Marxii sententia ad saltationem fortasse referendum est, ita ut quod Jacobsius conjectura in locum inferre studuerat hoc vocabulo idem denotaretur. Sed cum Gailio cf. additamentt. equidem non ad saltationem, sed ad universum numerum in corpore conspicuum pertinere crediderim neque motus notionem necessariam intellectu esse censuerim, quum *ῥυθμός* de concinnitate et conformitate singulorum membrorum non modo in motu sed etiam in quiete versantium usurpari soleat. Quam ob rem Stephani versionem a Gailio quoque approbatam non accuratissimam quidem esse perspicuum est: „uxores autem eorum proceritate et incessu bene composito et decenti omnium Graeciae feminarum speciosissimae sunt.“ Ceterum *πορείαις* cogitari posset ab aliquo librario vel ab excerptore ad *ῥυθμοῖς* explicandum adscriptum esse, nisi forte statuere praestat haec omnia verba *τοῖς μεγέθεσι, πορείαις, ῥυθμοῖς* sine ulla ita copula atque gradatione prolata et quod articuli ante *μεγέθεσι* usum pertinet male se habentia hunc in modum a compilatore depravata esse ex Dicaearcheis pluribus verbis aliquando optime compositis. Ad significationem autem *ῥυθμός* vocabuli hoc loco obviam cf. Machonis apud Athenaeum XIII, 44 locum supra exscriptum *τό τ' εἶδος αὐτῆς τοὺς ῥυθμούς τε καταμαθών*, cum Gailio

Dionem Chrysostomum arcesso rusticos et agrestes homines ἀγροίκους καὶ ἀῤῥύθμους appellantem, cum Manzio Hesychium ῥυθμός inter cetera per τάξις exponentem, Etymologum τὴν τῆς κινήσεως τάξιν interpretantem, Plutarchum περὶ παίδων ἀγωγῆς totius corporis elegantem et decorum statum et motum σώματος εὐρυθμίαν dicentem, item Quinctilianum de εὐρυθμίᾳ disserentem, Demoxeni comici poëtae fragmentum apud Athenaeum l. I. p. 15. b. ἐφρόντιζον δὲ εὐρυθμίας οἱ σφαιρίζοντες. Δημόξενος οὖν φησί· — νεανίας τις ἐσφαίριζεν εἷς — ἡ δὲ δὴ εὐρυθμία Τό τ' ἦθος, ἥ τε τάξις κ. τ. λ. Πέρας ἐστὶ κάλλους, ἄνδρες. Platonem de legg. VII. τὸ προσῆκον καμπῆς τε καὶ ἐκτάσεως. Theophr. char. 2. τὸν πόδα φησὶ εὐρυθμότερον εἶναι τοῦ ὑποδήματος. Xenoph. Memorab. Socr. III, 10, 10. τὸν ῥυθμὸν δ' ἔφη, πότερα μέτρῳ ἢ σταθμῷ ἐπιδεικνύων πλείονος τιμᾷ; — οὐκοῦν, ἔφη, σώματά γε ἀνθρώπων τὰ μὲν εὔρυθμά ἐστι, τὰ δὲ ἄῤῥυθμα; Lucian. somn. §. 13. ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως εὔρυθμα καὶ εὐσχήμονα ἔσται σοι προνοῶν, ὅπως δὲ αὐτὸς εὔρυθμος καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἥκιστα πεφροντικώς. Menandr. rhet. de encomiis ed. Heeren p. 73. ὅτι οὐκ ἐστιν ἀνώμαλος ὥσπερ σῶμα εὔρυθμον. Cic. de divin. *status ac motus corporis*, Mar. Victor. lib. de art. Gr.: „rhythmus vero ad modulationem corporisque motum pertinet.“ Quo etiam hae dicendi rationes referendae sunt: ἐν ῥυθμῷ βαίνειν apud Lucianum aliosque obvium, πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνειν, εὔτακτος ἔμβασις cf. Maxim. Tyr. diss. 4, ubi Virtus ex Prodico introducta βαδίζουσα ἠρέμα praedicatur, φθεγγομένη μουσικῶς, Voluptati contra βάδισμα ἄτακτον tribuitur καὶ φωνὴ ἄμουσος. Inter cetera autem corporis formositatem atque excelsitatem mulieribus etiam apud Graecos laudi fuisse Aristoteles testatur Rhetor. 22 θηλειῶν δὲ ἀρετὴ σώματος μὲν κάλλος καὶ μέγεθος, ψυχῆς δὲ σωφροσύνη καὶ φιλεργία ἄνευ ἀνελευθερίας. De feminis denique Thebanis ea laude insignibus jam afferri potest locus de Alcmene classicus Scut. Herc. Hesiod.

vs. 4 sqq. *ἦ ῥα γυναικῶν φῦλα ἐκαίνυτο θηλυτεράων Εἴδεΐ τε μεγέθει τε· νόον γε μὲν οὔτις ἔριζε Τάων, ἃς θνηταὶ θνητοῖς τέκον εὐνηθεῖσαι.* Pulchritudo virginum in ea regione etiamnunc a peregrinantibus laudatur cf. quos Muellerus citat Orch. p. 28, Holland n. Reis. d. Engl. 3. p. 333. Barthold. Bruchst. v. heut. Gr. p. 385. Viri contra Thebani propter rusticum incessum passim notati sunt cf. Eubul. in Cercop. apud Athen. X, p. 417. d. *μακρὰν βαδίζων, πολλὸ δ' ἐσθίων ἀνὴρ Λάκνει τὰ χείλη παγγέλαστός ἐστ' ἰδεῖν* (an legendum *παγγέλαστος εἰσιδεῖν*? an sicut Schweighaeuserus edidit *δάκνων τὰ χείλη κ.τ.λ.*?)

μαρτυρεῖ Σοφοκλῆς· Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπταστόμους, Οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς. Inter fragmenta Sophoclea *δραμάτων ἀδήλων* in edit. scenicc. Graecc. Dindorf. nro. 778. Versu priori quo modo lectio vulgata *τὰς πύλας* explicari vel defendi satis apte queat, nescio: perquam enim mirum mihi esse videatur, si ipsa Thebarum urbs portae septifores appellentur. Melius sine dubio et quod ad palaeographicam emendandi facilitatem in promptu quam maxime situm est quod Salmasius ad Solinum p. 145 proposuit *τὰς πύλαις*, quanquam etiam tale additamentum ad *ἑπτάστομος* epitheton de urbe inprimis in vulgus nota aliquatenus claudicare dixerim. Quod in mentem aliquando mihi fuerat *ταῖς πύλαις* eam ob causam rejiciendum esse jam existimo, quod articulo ante *ἑπταστόμους* distinguendi causa et non sine magna aliqua gravitate interposito aegerrime egeremus et quod ista ratio quoad scrupulum in conjectura Salmasiana animadversum nihil haberet, quo praestaret. Marxius Salmasii emendationem bene se habere praedicans in contextu tamen, sicut Gailius quoque, Buttmannus et reliqui editores, vulgatam integram reliquit. Altero versu Stephanus pro codicum scriptura *αἱ θνηταὶ θεούς* legendum esse suspicatus est *οἱ θνητοὶ θεάς* et hocce vocabulum *θεάς* non de deabus proprio sensu, sed de feminis instar dearum habendis, de feminis fere divinis interpretandum esse arbi-

tratus est. Quem metaphoricum, si dicere fas est, sensum quum in vulgata quoque lectione *θεούς* inveniret, talem versum magis ad virorum quam ad feminarum laudem facere censebat. At ne id quidem concedendum est etiamsi *θεούς* metaphorico neque vero, ut fieri sine dubio oportet, suo sensu explicemus: feminas enim quae homines fere divinos pariant et ipsas magna praestantia insignes esse debere perspicuum est. Quam maxime autem obstat quod in Stephani ratione de viris usurpatum est verbum *τίκτειν*, quippe quod inprimis de mulieribus, nonnunquam de utroque parente et rarissime tantum de solo viro in usu fuerit. Hujus enim est *γεννᾶν*, mulieris *τίκτειν*, si quidem ex Atticorum sermone neque vero ex ratione in carminibus Homericis obtinente ea res dijudicanda est. Quibus de causis Casaubonus lectionem a codicibus exhibitam merito tuitus est ejusque sententiam omnes posteriores editores approbando secuti sunt. Quod denique ad sensum eo versu significatum, a Manzio haecce allata sunt ad Herculis et Bacchi originem Thebanam inprimis pertinentia, Lucian. *πατρίδος ἐγκωμίῳ: χαίρουσι καὶ θεοὶ πατρίσι καὶ πάντα μὲν ὡς εἰκὸς ἐφορῶσι τὰ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν ἡγούμενοι κτήματα, πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν. ἐφ' ἧς δὲ ἕκαστος αὐτῶν ἐγένετο, προτιμᾷ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πόλεων. καὶ πόλεις σεμνότεραι θεῶν πατρίδες καὶ νῆσοι θειότεροι, παρ' αἷς ὑμνεῖται γένεσις θεῶν.* Demoxen. apud Athen. I, p. 15. b de Co insula *Κῶος: θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν*, Aristid. Panathen. *ἔχει ταῖς Θήβαις χάριν καί τι μὲν ἡ τῶν θεῶν γένεσις.* Eustath. ap. Dion. Perieg. vs. 623. *Θηβαιγενέος Διονύσου καὶ ὅρα, ὅπως ἐξ Ἑλλάδος ἦσαν κατά τινας οἱ τὴν γῆν περιελθόντες ἕως τερμόνων ὁ Ἡρακλῆς δηλονότι καὶ ὁ Διόνυσος. καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μόνον Ἑλλάδος, ἀλλὰ καὶ Θηβῶν μαάλιστα ἐγκώμιον.*

ὥσπερ προσωπιδίῳ. Stephanus *ὥστε* corrigendum existimavit, Marxius aut hanc Stephani conjecturam approbandam aut ante *ὥσπερ* vocabulum *ὥστε* quippe quae

fortasse excidisset particulam interponendam esse censuit atque Buttmannus ὥσπερ in ὡς immutavit; quae quidem commutatio, quum vox προσωπίδιον sequens cum literis πρ incipiat, nullam habet difficultatem palaeographicam. Contra Manzius, Zosimades et Gailius vulgatam retinuerunt eorumque equidem quoque amplector sententiam. Cogitare enim possumus ante ὥσπερ, sicut apud Latinos simplex *at* pro duplici interdum legitur, ὡς particulam excidisse non librariorum quidem culpa, sed ipsius scriptoris studio duplex istud ὡς evitaturi. Quanquam etiam excerptori vitio verti potuerit quod ea quae tractamus verba grammatica ratione non satis accurate prolata sunt. Ceterum loco subvenire liceret hisce conjecturis: ὥστε περ προσωπιδίῳ κ. τ. λ. aut ὥσπερ προσωπίδιον ᾧ δοκεῖ κ. τ. λ. De πρόσωπον denique, προσωπεῖον, προσωπίς et προσωπίδιον vocabulis cf. Poll. I, 47. X. 127. 167. Ulpian. ad Demosth. de fals. leg. p. 116. a. Hesych. t. II, p. 1055.

διαφαίνονται. Apud Gailium in versione Stephaniana redditum est *apparent*, quum accuratius vertendum fuisset *pellucent*.

φοροῦσι δ' αὐτὰ πᾶσαι λευκά. Quod in verbis proxime praecedentibus commemoratum fuit omnes reliquas capitis partes praeter oculos a Thebanis mulieribus obvelari, ori tamen spatium libere spirandi concessum fuisse videri per se patet. αὐτά quaeri potest ad quodnam vocabulum grammatica conjunctione referendum sit; non multo quidem ante ἱμάτια nomen legebatur eaque ratione nihil plane obstat quo minus ad hocce αὐτά pertinere censeamus. Statuere tamen licet αὐτά ad καλύμματα pluralem ex κάλυμμα voce in universum plane sensum usurpata mente subintelligendum respicere. At hac in in re non magnopere litigandum est, quum alba illa vestimenta super caput attracta velamentum constituerent et versa vice capitum velamina albis vestibus constarent. Marxius quoad alba lora in capitis tegimen adhibita recentiores quoque qui eas re-

giones adiissent affirmare adnotavit, eundem adhuc ibi cultum obtinere.

τὸ δὲ τρίχωμα ξανθόν, ἀναδεδεμένον μέχρι τῆς κορυφῆς. Ea verba cogitari queunt utpote accusativi grammatico vinculo cum φοροῦσι verbo adhuc connexa esse, quanquam praestare mihi videtur per se ipsa singulatim considerare nominativosque interpretari atque abruptam iterum quae compilatori debetur dicendi rationem animadvertere. τρίχωμα totum capillorum tegimen significat cf. quem Passovius citat Herod. VII, 70. οἱ δὲ ἀπὸ ἡλίου ἀντολέων Αἰθίοπες (διξοὶ γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο) προσετετάχατο τοῖσι Ἰνδοῖσι διαλλάσσοντες εἶδος μὲν οὐδὲν τοῖσι ἑτέροισι, φωνὴν δὲ καὶ τρίχωμα μόνον. ἀναδεδεμένον Stephanus recte explicuit de crinibus in nodum tortis vel collectis quales ab Ovidio memorantur aut, sicut uno vocabulo transtulit, nodatis cf. Lucian. in navig. μειράκιον ἀναδεδεμένον ἐς τοὐπίσω τὴν κόμην, libr. de spectaculis Martiali adscriptum 3, 9. »Crinibus in nodum tortis venere Sicambri Atque (Haud?) aliter tortis crinibus Aethiopes.« Jul. Poll. IV, 10. De ratione autem comas exornandi apud antiquiores Athenienses vulgari cf. Thuc. I, 6. οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβίλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν Schol. ad Arist. Nub. 980. Equit. 1342. (priori loco Arist. ἀρχαιά γε καὶ Διπολιώδη καὶ τεττίγων ἀνάμεστα, posteriori ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾷν τεττιγοφόρας, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός) et de simili crinium cultu in Hispania obtinente Strab. III, p. 164. τῆς δὲ βαρβαρικῆς ἰδέας καὶ τὸν τῶν γυναικῶν ἑνίων κόσμον θείη τις ἄν, ὃν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος· ὅπου μὲν γὰρ περιτραχήλια σιδηρᾶ φορεῖν αὐτάς φησιν, ἔχοντα κόρακας καμπτομένους ὑπὲρ κορυφῆς καὶ προπίπτοντας (ita ex codicibus cum Grosskurdo pro vulgato προσπίπτοντας legendum est. Haec autem vocabulorum cum πρός et πρό compositorum commutatio in codicibus Strabonis saepius obtinet cf. v. c. II, p. 104) πρὸ τοῦ μετώπου πολύ, κατὰ

τούτων δὲ τῶν κοράκων ὅτε βούλονται κατασπᾷν τὸ κάλυμμα, ὥστε ἐμπετασθὲν σκιάδιον τῷ προσώπῳ παρέχειν, καὶ νομίζειν κόσμον, ὅπου δὲ τυμπάνιον περικεῖσθαι (hanc quoque Grosskurdi lectionem in vulgatae περιχεῖσθαι locum substitutam prorsus approbo) πρὸς μὲν τῷ ἰνίῳ περιφερὲς καὶ σφίγγον τὴν κεφαλὴν μέχρι τῶν παρωτίδων, εἰς ὕψος δὲ καὶ πλάτος ἐξυπτιασμένον κατ' ὀλίγον· ἄλλας δὲ τὰ προκόμια ψιλοῦν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστ' ἀποστίλβειν τοῦ μετώπου μᾶλλον — τὰς δ' ὅσον ποδιαῖον τὸ ὕψος ἐπιθεμένας στυλίσκον περιπλέκειν αὐτῷ χαίτην, εἶτα καλύπτρᾳ μελάνῃ (μελαίνῃ) περιστέλλειν.

λαμπάδιον hac de capillorum ligamento significatione, sicut ipsis verbis Dicaearchianis ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλεῖται satis indicatum est, Thebanorum proprium fuisse videtur. Ad similem tamen ejus vocabuli usum de ligamento nimirum chirurgico apud Aristophanem in Acharnensibus obvium et inde a Passovio quoque enotatum Osannus rectissime animum advertit et Thebanorum λαμπάδιον pari modo fasciam exstitisse censuit qua capilli in vertice continerentur. Qua autem ratione λαμπάδιον ad ligamentum seu vulnerum seu capillorum ex principi sua notione transferri potuerit, mihi nondum penitus liquet, etiamsi nomen propter ligamentorum formam cum facibus fortasse similem ita usurpatum fuisse conjiciam. Quanquam ex verbis hujus loci accuratissime explicatis non tam ligamentum ipsum, quam crines ligamento conjunctos λαμπάδιον appellatos fuisse efficitur. Cf. Aristoph. Acharn. v. 1174 sqq. de notione vocabuli λαμπάδιον supra memorata: ὦ δμῶες, οἳ κατ' οἶκον ἐστὲ Λαμάχου, ὕδωρ ἐν χυτριδίῳ θερμαίνετε· ὀθόνια, κηρωτὴν παρασκευάζετε, ἔρι' οἰσυπηρά, λαμπάδιον περὶ τὸ σφυρόν. ἀνὴρ τέτρωται χάρακι διαπηδῶν τάφρον καὶ τὸ σφυρὸν παλίνορρον ἐξεκόκκισεν. Phot. lex. p. 150 v. λαμπ., ὃ νῦν λαμπάδα καλοῦσιν. οὕτω Δίναρχος καὶ Πλάτων. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν, idem habet Photius, ἔρια οἰσυπηρά. οἱ μὲν τὸ λεπτὸν ἐρίδιον (Wesselingus hoc sicut et Suidae loco κειρίδιον legendum censuit), ᾧ

καταδεῖται τὰ κατάγματα· οἱ δὲ δεσμοῦ τι γένος· οἱ δὲ τὴν χοίνικα, εἰς ἣν καθιᾶσιν τὴν κνήμην οἱ ἀφῃρημένοι τὸν πόδα. οἱ δὲ νάρθηκα καὶ καλάμους, οἷς δεσμοῦσι τοὺς τὴν κνήμην κατάξαντας. Suid. t. II, p. 413 λαμπάδια περὶ τό σφυρόν· οἱ μὲν τὸ λεπτὸν ἐρίδιον (nescio enim an ita ex Photio pro vulgato χειρίδιον restituendum sit), οἱ δὲ ἐπιδέσμου εἶδος. Hesych. II, p. 422, λαμπάδιον, τὴν λεπτὴν κηρίαν (hoc enim persuasum mihi est retineri posse), ἐν ᾗ ἐπιδέουσιν (non dubito quin ita cum Wesselingo pro vulgato ἐπιδιδοῦσιν emendandum sit). Ceterum quum nostro loco, ita ut cum praecedentibus connexum esset, olim legeretur ᾧ δὴ καλεῖται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων λαμπάδιον, Hemsterhusius ad Arist. Plut 1139 recte ita emendasse videtur ἀναδεδεμένον μέχρι τῆς κορυφῆς λαμπαδίῳ ὃ δὴ καλεῖται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Sed equidem in ea lectione, quam recentiores omnes exhibuerunt et in qua excerpentis ratio habenda est, acquievi.

ὑσκλωτόν. Quod vocabulum Stephanus quum explicare nesciret, duas hasce conjecturas quanquam dubitantissime protulit: κυκλωτόν et ἄκλειστον, priorem tamen correctionem eam ob causam vix admittendam esse professus est, quod rotunda calceamenti figura efficere non posset, ut pedes propemodum nudi conspicerentur, et quod κυκλωτός vocabulum classicorum scriptorum loco confirmatum non esset. At εὐκύκλωτος nescio apud quem comicum poëtam me legere memini et in Passovii quoque lexico κυκλωτός, etsi loco unde petitum sit non indicato, adnotatum est. Casaubonus legendum proposuit ἀκάλυπτον, quod aeque parum recipiendum est quam quod majorem veri speciem palaeographicam habet δικτυωτόν a Gronovio prolatum. Barthius ad Stat. Theb. II, 230 emendandum esse suspicatus est δίσκοπτον, discissum duobus locis: quod enim a typothetis ibi editum est διόκωπτον Hemsterhusius nihili esse recte monuit. Idem doctissimus vir vulgatam nostri loci lectionem ὑσκλωτόν accuratissime tuitus est in epistola ad Albertum scripta: „ὕσκλοι, ὕσχλοι, ἴσκλοι, ἴσχλοι (tot

enim modis nominis istius scriptura variatur) inter partes calceorum ponuntur a Polluce VII, 80. Rectam ejus loci lectionem jam Scaliger animadverterat, ut patet ex notis auctioribus ad Manil. V, 519, ubi tamen pessime viri maximi manum typothetae obscurarunt. Sunt autem ὕσχλοι ansae ab ima solea surgentes, quae corrigiis attractae supra pedem coëunt praecipuamque ejus partem relinquunt nudam, et plane obstrigilla, quod Scaliger dixerat, prout ab Isidoro describuntur Origg. XIX, 34. Dicaearch. ed. Oxon. p. 16 mirum est quam viros eruditos post operam a Scaligero bene navatam implicuerit genuinum ὑσκλωτόν. Ab harum ansarum numero calcei vel soleae sunt appellatae ἐννηῖσκλοι vel ἐνυηῦσκλοι, ἑπτύσκλοι (ita etiam Passovius exhibuit), quam vocem si quis cum Is. Vossio Polluci restituendam putat VII, 89, minime refragabor. Eadem in Hesychio sub macula longe praviore abdita delitescit: nam quod ordine suo scriptum est πτυόχλον, ὑπόδημα ἀνδρεῖον, primum refingi debet in πτύσχλον, deinde praeponi oportet literam E ἕπτυσχλον, quo mendae genere quam saepe sit in scriptore nostro peccatum, tu omnium optime nosti.“ Ex qua observatione postrema efficeretur apud Photium quoque p. 348 corrigendum esse ἕπτυσχλοι pro πτύσχλοι, ὑποδημάτιόν τι — κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ σ πτύχλοι, nisi cui forte magis liberet ex Photio locum Hesychianum constituere et ε literam ex ἑπτά numerali quocum compositum fuerit vocabulum oriundam suspicari per vulgarem pronuntiandi rationem excidisse. Ceterum cf. Hesych. II, p. 1480 ὕσκλοι, ἀγκύλαι, βρόχοι, οὓς ἡμεῖς ὕσκλους τῶν ὑποδημάτων καὶ τὰς λαγνὰς (an legendum τὰς λαβὰς?) τῶν ἱματίων. t. I, p. 410 ex Hemsterhusii emendatione ἕπτυσκλον, ἀνδρεῖον ὑπόδημα. I, p. 1251 ἐννηῖσκλοι (vulgatum fuerat ἐννηῖσκολοι, cujus loco aut quale exhibui aut cum Is. Vossio auctore ἐννηῦσκλοι sive ἐννεῦσκλοι legendum esse videtur), ὑποδήματα Λακωνικῶν ἐφήβων. Bekk. Anecdot. I, p. 16 v. ἄπεφθον διὰ τοῦ π̄ μὲν ἐκφέρουσιν, ὅμως δὲ δασύνουσι τὸ ἐφθόν. ἡ δὲ αἰτία, ὅτι ταχὺ ἔδοξεν

αὐτοῖς πρὸ τοῦ φ̄ καὶ τοῦ ϑ̄ τῶν δασέων ἔτι τὸ φ̄ παρενθεῖναι. οὕτω καὶ τὸ ἀπηχὲς ἔχει καὶ τὸ ἀντήλιον καὶ τὸ ἀπηλιώτης καὶ τὸ ἀπηθην (?), ὅθεν καὶ ἔπτυσχλοι (scribendum est ἔπτυσχλοι) ὤφειλε διὰ τοῦ φ̄ καὶ ϑ̄. καὶ γὰρ τὸ ὕσχλος δασύνεται. ἔστι δὲ τῶν ὑποδημάτων, ὅθεν οἱ ἱμάντες ἐξάπτονται πρὸς τὸ συνέχειν τὸν πόδα· ἡ δὲ ἔπτυσχλος εἰδός ἐστιν ὑποδήματος. Manzius quoque nostrum ad locum vulgatae patrocinatus est Hesychium voc. ὕσκλοι afferens eundemque ἀγκύλας (βρόχους) explicantem ἱμάντας ἐν κρηπῖσιν. Ovidii deinde loco idem doctissimus vir de arte amandi l. III hocce allegato „Pes malus in nivea semper celetur aluta, Arida nec vinclis crura resolve tuis“ magnam venustatis et elegantiae muliebris partem in brevi et concinno pede esse et γυμνοπόδια inter calceamenta muliebria a Polluce recenseri monuit. Doricas inprimis mulieres, quippe quae eleganti corpore fuisse viderentur, τὸ πολὺ τοῦ σώματος nudare solitas fuisse animadvertit, allatis Etym. M. et Hesych. v. δωριάζειν atque his Alexidis comici versibus apud Athenaeum l. XIII, p. 568 τυγχάνει μικρά τις οὖσα κ. τ. λ. Calceamenta Colophonia idem adnotavit teste Hesychio κοῖλα (βαθέα) fuisse, Sicyonia contra ὑποδήματα γυναικεῖα καὶ ψέλλια (an legendum ψιλά?). De Calceamentt. Sicyonn. cf. etiam Ath. IV, p. 155. c. ex Duridis Samii historiis de Polysperchonte: καὶ ἐνδυόμενον αὐτὸν κροκωτὸν καὶ ὑποδούμενον σικυώνια, διατελεῖν ὀρχούμενον. Marxius conjectura nostro loco plane non opus esse animadvertens ὑσκλωτὰ ὑποδήματα minus accurate dicit ansulas esse vel corrigias, quibus adstringerentur crepidae, quanquam quos ex Plin. h. n. IX, 36 coll. Salmas. ad Solin. p. 56 allegavit obstrigilli cum calceamentorum Thebanorum genere rectissime collocati sunt. Etiam Gailius in scriptura librorum mss. subsistens ὑσκλωτόν *corrigiis adstrictum* reddidit et Od. Muellerum citavit hist. stirp. Hellen. I, p. 28 nostrum locum Herodoteo illustrantem I, 195, ubi de mulieribus Asiaticis sermo est ὑποδήματα ἔχουσα ἐπιχώρια παραπλήσια τῇσι Βοιω-

Photium obvium τὸν μέγιστα φωνήσαντα τόπον ἄφωνον ἡ συμφορὰ πεποίηκε.

ἐνθερίσαι μὲν ἡ πόλις οἵα βελτίστη. Omni hoc loco Buttmannus non immerito offensus esse mihi videtur, quod sermone de terrae natura jam initio hujus capitis facto post mores incolarum descriptos oratio deinde ad eundem iterum agrorum habitum versus est. Ad οἵα autem βελτίστη, si qua opus est, conferri potuerit cum Marxio Theocrit. 14, 72. μισθοθότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος.

ἔτι particulam Vulcanius delendam esse sine satis justa causa censuit, quum hoc loco quam optime se habeat, idem quod πρὸς τούτοις *praeterea, insuper* significans, quae quidem significatio apud posteriores praesertim auctores frequentissima est cf. Jac. Athen. p. 92. Theophr. char. 2. Eadem notione προσέτι apud poëtici fragmenti scriptorem v. 95. legitur.

χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν Stephanus quod uno verbo χλωρά indicatum supra fuisset idem denotare animadvertit. Spanhemius qui omnem hunc locum ad Callim. hymn. Del. 87 ita transtulit: „ad transigendam vero aestatem ibidem urbs maxime opportuna; aquam enim habet plurimam eamque frigidam hortosque consitos; est praeterea commodo quoad ventos situ et vernante seu grato (?) adspectu, fructibus insuper omnibusque rebus ad victum venalibus abundans“ pro πρόσοψιν exhibuit περίοψιν et ad εὐήνεμος vocem Theophr. allegavit hist. plant. III, 7 εὔπνους κ. τ. λ.

ἐχέπωρος. Quod ad rationem palaeographicam Stephanus non aliud vocabulum propius accedere adnotavit quam ἐχέπωλος, sed hoc poëticum esse et praeterea in verborum connexu non satis aptum videri ipse idem existimavit neque eam conjecturam posteriorum quisquam editorum approbavit. Gronovius quod significaret πολλὴν ἔχουσα ὀπώραν legendum proposuit ἐχόπωρος a Casaubono quoque prolatum et a Valckenario ad Eurip. Phoen. p. 330 col-

laudatum. Eundem in sensum, quanquam vulgatam lectionem *ἐχέπωρος* in textis retinens, Spanhemius l. l. vertit. Graevius *εὐόπωρος* emendandum esse suspicatus est eamque emendationem J. Scaliger, Vulcanius et Berkelius ad Steph. Byz. p. 33, Manzius, Marxius et Buttmannus comprobarunt atque hic quidem in contextum recipere non dubitavit. Manzius, *εὐόπωρος* pro ipso Dicaearchi vero verbo judicans cum *εὔοινος*, *εὔοψος* et *εὐήνεμος* vocabulis juxta collocavit eamque regionem ita praedicari censuit quae sit *τῆς ὀπώρας καρπὸν ἡδὺν καὶ πολὺν ἔχουσα*. *ὀπώραν* autem idem Manzius adnotavit, ut ex geoponicis et medicis constaret, fructus significari auctumnales cf. etiam Soph. Trach. vs. 705 Xenoph. Oecon. 19, 19 de uvis. *ὅταν δὲ καιρὸς ᾖ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς, φυλλορροοῦσα διδάσκει ἑαυτὴν ψιλοῦν καὶ πεπαίνειν τὴν ὀπώραν*, communi nomine a Latinis poma appellatos, quorum proventus Pomona antiquitus diceretur. Quodsi quis *ὀπωριμός* eodem cum *ὀπωροφόρος* sensu hoc loco restituendum esse putaret animadvertendum esse Manzius monuit hic non copiam tantum, verum etiam praestantiam fructuum intelligi videri. Hudsono teste Holstenius *εὔπορός τε* proposuit, quod a nullo deinde alio virorum doctorum approbatum est. Zosimades, Marzius et Gailius in contextu vulgatam protulerunt. Equidem denique *εὐόπωρος* conjecturam omnium maxime arridere confiteor.

ἄξυλος, quod apud Homerum Il. λ. 155 eodem cum *ἀξύλευτος* sensu legitur, hoc loco principem habet significationem, *lignis carens*, sicut exempli causa etiam apud Herodotum IV, 61. 185.

ἐγχειμάσαι οἵα χειρίστη Vulcanius *οἵα τε* exhibuit, Stephanus autem ante superlativum *τε* particulam rectius omitti censuit eamque in rem quod supra legitur *οἵα βελτίστη* comparavit. Thebas autem tempore hiberno valde importunas commorantibus fuisse, praeter locum Dicaearchianum Muellerus Orchom. p. 27. etiam Columellae loco de re rust. I, 4, 9 testatur.

νέφεται. De Boeotiae coelo ejusque temperie cum Manzio cf. Thuc. III, 23 de obsessis Plataeensibus οἱ μὲν οὖν Πλαταιῆς ἐκείνους ἐώρων μᾶλλον ἐκ τοῦ σκότους ἑστῶτες ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου καὶ ἐτόξευόν τε καὶ ἐσηκόντιζον ἐς τὰ γυμνά, αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ ἀφανεῖ ὄντες ἧσσον διὰ τὰς λαμπάδας καθεωρῶντο, ὥστε φθάφρον, χαλεπῶς δὲ καὶ βιαίως. κρύσταλλός τε γὰρ ἐπέπηξε οὐ βέβαιος ἐν αὐτῇ ὥστ' ἐπελθεῖν, ἀλλ' οἷος ἀπηλιώτου ἢ βορέου ὑδατώδης μᾶλλον, καὶ ἡ νὺξ τοιαύτῳ ἀνέμῳ ὑπονειφομένη πολὺ τὸ ὕδωρ ἐν αὐτῇ ἐπεποιήκει, ὃ πόλις ὑπερέχοντες ἐπεραιώθησαν.

οἱ στίχοι Λάωνος. Ante Stephanum falsissime legebatur οἱ στοῖχοι. Ceterum qui sequuntur versus non satis apto loco collocati mihi esse videantur. Neque tamen cum Stephano inquisiverim, utrum duo tantum qui statim excipiunt versus Laonis habendi sint an etiam nonnulla praecedentium verba. Quodsi idem in his versibus universorum Boeotorum, non solorum Thebanorum rationem haberi animadvertit, ejusmodi aliquid simile observare licuit in superioribus, ubi de eo qui causas ad finem perduci Thebis voluerit καὶ μὴ εὐθέως ἀπάρας ἐκ τῆς Βοιωτίας. Laonem, cujus διαθήκην Stobaeus florileg. p. 505 citavisse a Fabricio bibl. Gr. ed. Harl. II, 452 relatus est, Meinekius quaestt. scen. II, p. 6 novae comoediae adscribendum esse conjicit.

μοιχὸς γὰρ ἄλοὺς ἀφείθη· μοιχάγρια sunt τὰ ἀποτινόμενα ὑπὸ τοῦ ἐν μοιχείᾳ ἁγρευθέντος vel, ut Eustathius explicat, τὰ ὑπὲρ ἀγρεύσεως, ὅ ἐστι συλλήψεως, μοιχῶν ἐκτινυύμενα.

μικροῦ διαφόρου. Stephanus in thesauro e Dionysio Halicarnassensi hanc similem locutionem attulit: ὡνείσθαι πολλοῦ διαφόρου μικρά. Eo sensu neutrum τὸ διάφορον multo usitatius est quam substantivum feminineum ἡ διαφορά cf. Thuc. VIII, 55. Ed Goell. t. I, p. XIX. Suid. t. I, p. 571. Hesych. t. I, p. 977. Bekk. Anecd. I, p. 47.

ἐξαγοράσας. Apud Stephanum versum est *placans*. Talis sensus desideratur quidem, sed magnopere dubito num in ἐξαγοράζειν verbo inesse queat. An sit *redimens*? Qua quidem significatione in thes. Steph. ed. Lond. I, p. 579 adnotatum est interdum reperiri idque cum genitivo rei et accusativo personae conjunctum.

p. 145. ἐφήμερος, quod in Zosimadum et Manzii adhuc editione legitur, in ἐφίμερος immutandum esse jam Stephanus rectissime intellexit eique Marxius, Gailius et Buttmannus obsecuti sunt.

ἐντεῦθεν εἰς Ἀνθηδόνα στάδια ρξ'. In codice quidem olim Hervartiano nunc Monacensi prosaicum nostrum fragmentum, Werfero et Spengelio testibus, ut ex Marxii et Buttmanni editionibus perspicere licet, haec in verba desinit. Illius vero viae, de qua cum Marxio Tzschuckium quoque ad Strab. III, p. 409 conferas, Strabo mentionem fecit l. IX, p. 408. Σχοῖνος δ' ἐστὶ χώρα τῆς Θηβαϊκῆς κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἀνθηδόνα, διέχουσα Θηβῶν ὅσον πεντήκοντα σταδίους· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς δι' αὐτῆς Σχοινοῦς.

ὁδὸς πλαγία, ἁμαξήλατος δι' ἀγρῶν πορεία. Ea verba Marxius quanquam in contextu eodem plane modo exhibens haud sana esse existimavit; neque equidem infitias iverim mira esse videri verba ὁδὸς πλαγία et ἁμαξήλατος δι' ἀγρῶν πορεία inter se ita conjuncta. In iis tamen ipsis quaerere adhuc possimus, utrum ὁδὸς πλαγία ἁμαξήλατος, δι' ἀγρῶν πορεία distinguamus an, discrimine nimirum inter ὁδόν quae semita potius existat atque ἁμαξήλατον πορείαν iter curruum usui aptum statuendo, copulare ita debeamus: ὁδὸς πλαγία, ἁμαξήλατος δι' ἀγρῶν πορεία. Nemo autem virorum doctorum, quod quidem sciam, in textis hujus loci constituendis a vulgata ratione discessit et recentissimum quoque editorem Buttmannum integram eam reliquisse video nulla insuper interpungendi nota interposita. Apud Gailium ὁδὸς πλαγία satis accurate ad verba versum est *via obliqua*, id vero

ipsum de viae praecipitiis intelligendum esse non dubitaverim cf. Menand. de encom. p. 75. *ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸ περὶ τῶν ἀκροπόλεων, ὧν αἱ μὲν ἐν μέσῳ πόλεων εἰσίν, αἱ δ' ἐν πλαγίοις.* Magis proprius vocabuli *πλάγιος* usus est in re marina, sicut apud Arrianum peripl. §. *γ'. ἀλλ' οὐ πλάγιόν γε ἦν τὸ κλυδώνιον.* §. *έ — ἡνίκα ἐν τῷ ὁρμίζεσθαι πρὸ τοῦ καιροῦ ἐπιστρέψασαν πλαγίαν ὑπολαβὸν τὸ κῦμα ἐξήνεγκεν εἰς τὴν ἠϊόνα καὶ συνέτριψεν.* §. *ς'. — πλαγίου τοῦ κλύδωνος ἐπειρώμεθα.*

ἡ δὲ πόλις οὐ μεγάλη τῷ μεγέθει. Non mirandum esse duxerim, quod post *μεγάλη* additum est *τῷ μεγέθει*, quum id vocabulum mediam habere significationem perspicuum sit. Adjecto praeterea eo nomine omnis sententiarum ambiguitas evitatur, quum alioquin accidere potuisset, ut eam urbem ingeniis incolarum et factis, non item spatii quod compleret ambitu et magnitudine exiguam fuisse cogitaremus. Simili plane ratione apud alios quoque scriptores illud nomen cum adjectivis *μέγας* et *μικρός* collocatum reperimus cf. Herod. II, 74 *μεγάθεϊ σμικροί.* IV, 32. *μεγάθεϊ σμικρή.* Paus. II, 34. *ἄγαλμα δὲ λευκοῦ λίθου μεγέθει τε μέγα καὶ ἐπὶ τῇ τέχνῃ θέας ἄξιον.* IX, 2. *Πλαταιεῦσι δὲ ναός ἐστιν Ἥρας. — πεποίηται δὲ ὀρθὸν μεγέθει ἄγαλμα μέγα.* Scymn. Ch. vs. 535. *μεγάλη τὸ μέγεθος.*

ἐπ' αὐτῆς τῆς Εὐβοϊκῆς κειμένη θαλάττης. Quid sit quod Vulcanium commoverit ut pro *τῆς Εὐβοϊκῆς* legendum conjiceret *τῆς Βοιωτικῆς*, mente equidem non assequor: illud enim mare, cujus partes sinus Maliacus, sinus Opuntius necnon Euripus efficiebant, Euboicum eodem jure atque Boeoticum dici per se potuisse manifestum est. Neque ea in re scriptorum usum ita dominari concesserim, ut, etiamsi quod significavi mare plerumque *Βοιωτικὴ θάλαττα*, rarissime autem vel nusquam adeo alibi *Εὐβοϊκή* nuncupata fuerit, efficiendum inde existimemus nostro loco *τῆς Εὐβοϊκῆς* ista quam indicavi ratione corrigendum esse. Accedit quod inferiori loco in eundem plane sensum pro-

latum legimus τῆς τῶν Εὐβοέων θαλάττης, ubi si constare sibi in animum induxisset Vulcanius corrigere debuit τῆς τῶν Βοιωτῶν θαλάσσης, de ejusmodi autem viri audacissimi suspicione eo loco nihil adnotatum reperitur. Αὐτῆς vocabulo indicari crediderim Anthedonem urbem mari Euboico quam proxime adjacere cf. infra φέρεται παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ λιμένος τείχη, qui quidem ejus urbis situs etiam a Strabone confirmatus est cf. l. IX, p. 620 Ἀνθηδὼν λιμένα ἔχουσα, ἐσχάτη τῆς Βοιωτικῆς παραλίας τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ. Schol. ad Il. β, 508. Ἀνθηδὼν δὲ παρὰ τὰ ἄνθη ἢ Ἄνθιον τὸν Ποσειδῶνος· ἔστι δὲ παρὰ τὸν Εὔριπον — Ἀνθηδόνα· ἐκ ταύτης ἦν Γλαῦκος ὁ θαλάσσιος.

τὴν μὲν ἀγοράν — αὕτη δέ. Quae verba si ex adverso sibi posita esse cogitamus, miram necesse est ejusmodi sentiendi et eloquendi rationem esse profiteamur; neque ea in re multum in melius commutaretur, si pro αὕτη δέ rescriberemus αὐτὴ δέ atque per haec et sequentia verba agrum et ditionem Anthedoniorum significari statueremus. Neque magnopere mihi quidem ea arridet ratio, qua scriptorem μέν restringendi sensu usurpantem post verba quae protulerat τὴν μὲν ἀγοράν oppositionem quae jure exspectabatur mente reservasse conjiciamus. Verum facere non possum, quin excerptoris vestigia eo loco legere mihi videar.

στοαῖς ἀνειλημμένην διτταῖς. στοαῖς διτταῖς Stephanus rectissime ita intelligendum esse existimat, ut de geminis utrimque porticibus cogitemus itaque forum Anthedonium non uno porticuum ordine, sed duplici omni ab parte inclusum fuisse statuamus. Quod autem nostrum ad locum Marxius Pausaniam libro nono complurium praeterea templorum quae ipse Anthedone conspexisset mentionem fecisse adnotat, ejus testimonii auctoritatem minime omnium impugno; Dicaearcheo tamen loco illa non innui credo, contra nihil aliud intelligendum esse videtur quam quod disertis verbis memoratum est *forum duplici porti-*

cuum ordine circumdatum. Eum enim sensum a Gailio, qui sicut ante eum Stephanus et postea Buttmannus vulgatam lectionem *ἀνειλημμένην* in textis retinuit, necnon a Marxio verbis *στοαῖς ἀνειλημμένην δικταῖς* tribui video. Sed hic quidem doctissimus vir merito dubitavit, num talis ille sensus qualem desiderari in aperto est verbo *ἀνειλημμένην* contineri posset, ejusque in locum *συνειλημμένην* restituendum esse suspicatus est. Quam emendationem quod ad palaeographicam rationem et quod ad sensus commoditatem satis aptam equidem quoque comprobarem, nisi vererer ne hoc iterum loco idem iste compilator verba Dicaearchi aliquando optime composita aut miro modo turbaverit aut eorum in locum plane alia protulerit, sua excerpta et grammatico habitu et verborum electione parum laudabilia. Excipiendi denique sensu interpretari fortasse liceret *ἀναλαμβάνειν*, ita ut forum Anthedonium a porticibus excipi traderetur; eam tamen in explicationem praesentis potius participium *ἀναλαμβανομένην* exspectassem, quam praeteriti *ἀνειλημμένην*.

αὕτη δέ quod omnes editores integrum reliquerunt mihi quidem eo verborum connexu magnae offensioni est. Quanquam autem fieri non potest, quin ipsum Dicaearchum ea verba aliquando optima sententiarum conjunctione protulisse, compilatorem deinde foedo modo transposuisse conjiciamus, contextum tamen aliquanto meliorem reddere *licet* facillima emendandi ratione eaque satis apta, pro *αὕτη δέ* rescribendo *αὐτὴ δέ* cf. quae de his vocibus quanquam versa vice inter se commutatis ad *εἰ αὐτη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη κ. τ. λ.* supra adnotavi. Neque vero ita cum verbis proxime praecedentibus accuratus sententiarum connexus restituetur. Ceterum non magnopere placeret, si quis in vulgata subsistens lectione *αὕτη δέ* ad *τὴν ἀγορὰν* referendum esse opinaretur.

εὔοινος. Ad hanc Boeotiae urbem referendum esse mihi cum Marxio videtur quod ab Athenaeo I, 56 p. 31, 316. a. et Plutarcho quaestt. Gr. p. 295 ed. Reisk. t. VII,

p. 184 cf. Zonar. lex. p. 126 v. *Ἀλθηφιάς*. Suid. t. I, p. 115 commemoratum est oraculum hocce: *Πὶν᾽ οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις Οὐδ᾽ ἱερὰν Ὑπέραν, ὄθι γ᾽ ἄτρυγον οἶνον ἔπινες.* Quanquam enim Plutarchus l. l. Anthedonem Boeotiae eam ob causam, quod vino non abundavisset, intelligi non posse existimavit et Calauriam insulam, Anthedoniam et Hyperean aliquando dictam, illis versibus significatam esse censuit, nihil tamen etiamsi Anthedonem Boeotiae non *πολύοινον* exstitisse cum Plutarcho statuamus nobis impedimento est, quo minus praestantissimo vini genere eam urbem delectatam fuisse conjiciamus. Quae quum ita sint, etiam vitium speciem quae *ἄμπελος Ἀνθηδονίας* perhibetur cf. Suid. Athen. l. l., ad oppidum nostro loco commemoratum cum Osanno referre non dubito cf. etiam O. Mueller Orchom. p. 29. qui Plutarchum omnino in errore versari statuit. De illo autem oraculo Aristoteles quoque in Troezeniorum civitate disseruerat et, sicut postea Plutarchus, ad Calauriam insulam quam proxime a Troezene sitam retulerat cf. Plutarch. Athen. l. l.; Mnasigiton vero illos versus non a Pythia prolatos, sed ab Antho factos et ad Hyperum fratrem conversos fuisse prodidit cf. Plutarch. l. l. *ὁ δὲ Μνασιγείτων φησὶν Ὑπέρης* (legendum videtur *Ὑπέρου* collato Athenaeo) *ἀδελφὸν ὄντα τὸν Ἄνθον ἔτι νήπιον ἀπολέσθαι καὶ τὸν Ὑπέρην* (leg. vid. *Ὕπερον*) *κατὰ ζήτησιν αὐτοῦ πλανώμενον εἰς Φερὰς πρὸς Ἄκαστον ἢ Ἄδραστον ἐλθεῖν, ὅπου κατὰ τύχην ὁ Ἄνθος ἐδούλευεν οἰνοχοεῖν τεταγμένος. ὡς οὖν εἱστιῶντο, τὸν παῖδα προσφέροντα τῷ ἀδελφῷ τὸ ποτήριον ἐπιγνῶναι καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ἡσυχῇ· πὶν᾽ οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις.*

εὔοψος. Hunc ad locum Stephanus *ὄψα* ad pisces potius quam ad carnes pertinere adnotavit ejusque sententiae auctorem Athenaeum compluribus locis cf. l. VI, 224. b. *μονονουχὶ γὰρ καὶ τὰς Νηρηΐδας ὀψωνήκει* e. *τοιαῦτ᾽ ἀκοῦσαι δεῖ τὸν ὀψωνοῦντά τι.* 227. d. VII, 304 d. Archestrati versus *Ἵππουρος δὲ Καρύστιός ἐστιν ἄριστος·*

Ἄλλως τ᾽ εὔοψον σφόδρα χωρίον ἐστὶ Κάρυστος. VII, 276. e. εἰκότως πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψων καλουμένων, ἐξενίσησεν ὁ ἰχθὺς διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδὴν μόνος οὕτως καλεῖσθαι, διὰ τοὺς ἐπιμανῶς ἐσχηκότας πρὸς ταύτην τὴν ἐδωδήν cf. etiam sqq. allegavit. Quibus ex locis quum Graecos posterioris aetatis universos inprimis piscibus delectatos fuisse comperiamus cf. Boeckh. Staatsh. I, p. 111, Stephano assentiri eo minus dubito, quod Anthedonii insuper piscatores esse sequentibus deinde verbis memorantur. Ceterum earum rerum quae ad victum pertinent abundantia urbibus et terris laudi saepissime ducitur cf. quos locos Manzius attulit Heraclid. Pontic. de Peparetho αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι καὶ εὔδενδρος. Lucian. in patriae encomio: πόλεις μὲν γὰρ παραβαλεῖν πειρωμένῳ προσήκει μέγεθος·ἐξετάζειν καὶ κάλλος καὶ τὴν τῶν ὠνίων ἀφθονίαν, Eubulum comicum apud Athenaeum l. II, 47. b. de Thebanorum agro ob frumenti fertilitatem insigni ita eloquentem: Ζῆθον μὴν ἐλθεῖν (conjicio μὲν ἐλθόντ᾽) ἀγνὸν ἐς Θήβης πέδον Οἰκεῖν κελεύει· καὶ γὰρ ἀξιωτέρους Πωλοῦσιν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἄρτους ἐκεῖ.

σίτῳ σπανίζουσα vulgata codicum est lectio jam a Stephano eam ob causam, quod σπανίζειν cum tertio casu conjungi nequeat, pro mendosa judicata, sed ab editoribus posterioribus, ut Zosimadibus, Marxio, Gailio et Buttmanno, nihilo minus in textis exhibita. Ac retineri sane poterunt haec verba ita inter se grammatice conjuncta, si quidem excerptori vitio vertimus seu gravissima ignorantia vel negligentia peccanti seu Latinos fortasse imitanti verba carendi et abundandi cum ablativo collocantes: quod enim apud Pindarum Nem. VI, vs. 31 sq. ἀοιδοὶ καὶ λόγοι τὰ καλά σφιν ἔργ᾽ ἐκόμισαν Βασσίδαισιν ἀ, τ᾽ οὐ σπανίζει istud verbum cum dativo copulatum legimus, aliena ejus significatio ibi valet a nostro loco, *rarum esse* atque, fac usus Pindaricus accuratissime huc caderet, scriptorem tamen nostrum vix crederem ejusmodi rationem in nostro loco conscribendo ante oculos habuisse.

Sed infitias equidem non iverim, quam maxime pronam esse emendandi rationem et a Stephano prolatam et a Jacobsio ad Philostr. imagg. p. 533 propositam, quorum ille *σίτου σπανίζουσα*, alter autem *σίτων σπανίζουσα* legendum esse suspicatus est. Lectioni autem Jacobsianae equidem cum Osanno eam potissimum ob causam palmam dederim, quod major ejus est palaeographica facilitas et quod pluralis elegantius se habere videtur singulari numero, quum vocabulo *σῖτοι* vel *σῖτα* plura frumentorum genera significari perspicuum sit. Ceterum cum nostro loco conferri apte potest, ubi Jacobsius conjecturam suam protulit, Philostr. sen. imagg. II, 24: *γῇ σταφίδας μὲν καὶ σῦκα ἀγαθὴ δοῦναι, ἀρόσαι δὲ οὐκ εὐδαίμων καὶ ἀμαξεῦσαι ἄπορος.*

διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι λυπράν. Magnopere dubito, an haec dicendi ratio, qua alicujus sententiae causa particula *διά* atque infinitivo cum articulo apud optimum quemque scriptorum indicatur, etiam ad consilium significandum, sicut Heeren ad Menandr. rhet. de encom. p. 63 conjiciendo intulit *χρὴ δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τούτων παραδείγματα ἐκθέσθαι διὰ τὸ εὐμαθέστερον καὶ σαφέστερον γενέσθαι τὸ σύνταγμα*, adhiberi potuerit, nisi *ἄν* vocabulo interjecto. Quid autem nostro loco Vulcanium commoverit, ut lectionem vulgatam *λυπράν* cum *λεπράν* commutandam esse censeret, equidem non intelligo; neque ista correctio ab ullo ceterorum virorum doctorum comprobata est. *λυπρός* enim de solo terrae quae *λεπτόγεως* exstat plane indubitatum neque Graecorum tantum usu, sed etiam Latinorum gracile et *laetum* solum sibi ex adverso collocantium consuetudine satis confirmatum est cf. Hom. Od. *ν.*, 242 sq., Appianum illi vocabulo quod modo attulimus simillimum proferentem *λυπρόγαιος*, Tim. lex. Plat. ed. Ruhnk. p. 68 *γεωπεῖναι οἱ μικρὰν καὶ λυπρὰν γῆν ἔχοντες*, Suid. t. II, p. 474. Hesych. t. II, p. 511 *λυπρὰν γῆν, τὴν λεπτήν.* Ea autem hujus adjectivi significatio latiorem quoque in sensum de universis rebus vilibus obtinet cf. Theophr. char. c. 4. *καὶ ἀργύριον δὲ παρά του λα-*

βὼν ἀποδοκιμάζειν λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, Joannis Antiocheni locum a Suida l. c. exscriptum οὕτω δὲ ἦν Κύντιος Κικιννάτος ὁ γεγονὼς Δικτάτωρ μέτριος καὶ σώφρων, ὡς ἐπὶ καλυβῇ λυπρᾷ καὶ ὀλίγῳ γῆς μέτρῳ ζῆν τὸν αὐτουργόν τε ἀγαπᾷν βίον.

ἀπ' ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες. Ante haec verba minorem interpunctionem collocandam esse Osannus recte monuit, ne quis ἁλιεὶς vocabulum cum sequentibus ἀπ' ἀγκίστρων conjungendum existimaret; eodem tamen quem Osannus indicavit modo locus jam in versione latina redditus est neque aliter in Buttmanni editione exhibitus. Ceterum cum praeceptore doctissimo in eo mihi non convenit, quod ἀπ' ἀγκίστρων verba non ad capturam piscium hamis instituendam, sed ad hamorum confectionem referenda esse arbitratus est. Quanquam enim per se non negaverim fieri potuisse, ut alicujus urbis incolae hamorum opificio victus partem sibi compararent, ejusmodi tamen occupationem inter rarissimas referendam esse non dubito neque talem usquam fuisse crediderim, ut incolae inde victum repetere dici potuerint. Equidem ἀπ' ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων verba ad id figurae genus quod ἓν διὰ δυοῖν appellatur accurate redire censeo, ita ut idem sensus efficiatur ac si scriptor dixisset: ἀπ' ἰχθύων οὓς θηρῶσιν ἀγκίστροις vel ἀπ' ἀγκίστρων οἷς θηρῶσι τοὺς ἰχθῦς. Pro πορφύρας singulari pluralis πορφυρῶν ex Vulcanii conjectura restituendus quam optime se habet, si quidem cum Stephano eodem modo, quo de piscibus antea sermo fuerit, πορφύρα deinde de ipsa concha interpretamur. Sed nihilo minus non necessaria est ista correctio, quum statuere liceat aut πορφύρα singularem de ipsa concha sensu collectivo prolatum esse aut, id quod mihi quidem magis arridet, πορφύρα ex vulgato usu hoc loco materiem pretiosissimam significare ex ea concha repetitam. Neque non ejusmodi explicatio congrua est cum Stephani sententia ἀπὸ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες idem quod

πορφυρευταὶ καὶ σπογγοθῆραι esse praedicantis, quod utrumque nomen inter se conjunctum apud Pollucem legitur Onomast. l. I. VII. ea quae de piscatoribus vel adeo iis qui ἁλιεῖς audiunt locum habent recensentem et ibidem etiam πορφυρευτικὴ καὶ σπογγοθηρευτική copulantem. Muellerus denique cf. Orchom. et Minyae p. 29 pro ἰχθύων conjecisse videtur δικτύων.

ἐν αἰγιαλοῖς τε καὶ φύκει καὶ καλυβαῖς καταγεγηρακότες. Eorum verborum non alius sensus statui posse mihi videtur, quam Anthedonios ad summam usque senectutem in litoribus et alga et casis ad mare constructis vitam degere, etiamsi accuratum scriptorem ad eam sententiam praesentis potius participium καταγηράσκοντες usurpaturum fuisse non infitior. Neque tamen mihi persuaserim illis verbis Anthedonios significari ob aetatem in re marina atque piscatoria consumtam mature consenescere neque isto studio ad excelsum longae vitae fastigium occupandum, id quod non minus ex loci verbis repeti possit, magnopere adjuvari. De καλύβη voce cf. Etym. M. p. 441 ἐκ τοῦ καλύπτω κατὰ μετάθεσιν τοῦ π εἰς φ, οἱονεὶ καλύφη τὶς οὖσα. p. 724. φορμηδόν, κοφινηδόν. φορμός ἐστι πλέγμα τινὸς μεγάλου εἴδους, ἐν ᾧ ἐκοιμῶντο οἱ πένητες· ἢ κατετίθεντο τὰ ὄσπρια· τάχα δὲ ἡ καλουμένη νῦν καλύβη, ἡ πλεκομένη ἀπὸ καλάμης. Etym. Gud. p. 295. καλύβη, ἡ καλύπτουσα καὶ σκέπουσα τὸν ἔνοικον. σημαίνει δὲ τὴν ξύλινον καὶ χόρτινον οἰκίαν· γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν καλῶν τῶν ξύλων. Hesych. t. II, p. 128. καλύβη, σκληρή (leg. vid. σκηνή, fortasse σκληρά scribendum idque cum παστάς conjungendum), παστάς.

πεῤῥοὶ ταῖς ὄψεσι. Quod Anthedonii rubro oris colore praediti fuisse a Dicaearcho vel secundum eum a compilatore narrantur, aliis quidem quantum scio scriptorum locis ejusmodi nihil traditum est; sed quum traditionem de Anthedoniis huic Dicaearcheae contrariam non noverimus, de ejus veritate neque dubitemus et rubram Anthedoniorum faciem aut huic urbi plane singularem fuisse putemus ra-

tionibus non perspicuis nitentem, aut ex conversatione in alga, unde fucum a veteribus arcessitum esse constat, aut ex nimio denique vini quod Anthedone praestantissimum fuisse supra legimus studio repetendam esse. Conjicere adeo denique possemus Anthedonios fucari solitos fuisse, idque quum a Dicaearcho accurate expositum fuisset, ex ea narratione excerptorem nihil nisi verba πυῤῥοὶ ταῖς ὄψεσι protulisse. Minus accurate Muellerus Orchom. et Minyae p. 29 dicit: „sie sind röthlich von Haar."

λεπτοί ad tenuitatem corporis et exilitatem referendum neque vero, sicut nonnunquam fit, tropico sensu de animi indole usurpatum esse crediderim.

τὰ δ' ἄκρα τῶν ὀνύχων καταβεβρωμένοι cum verbis statim excipientibus ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις conjungentes dubitare non possumus, quin proprio sensu intelligere debeamus eamque ad rationem de maris salsedine piscatoribus et nautis ungues saepissime abrodente conferre queamus Lucret. I, „nec mare quae impendent *vesco* sale saxa" Propert. Eleg. III, 5, vs. 65. „Huic fluctus vivos radicitus abstulit ungues." Solinum c. 4. de eadem vi salis haec proferentem: „cum salsiores escas edit gravida, unguibus caret partus." Si autem illa verba a subsequentibus separantur, de hominibus metaphorice explicari possint in omnibus rebus angustum parvorumque nimis studiosum animum prae se ferentibus. Ceterum ejusmodi homines, quales Anthedonios fuisse Dicaearchus refert, piscando atque navigando summam operam navantes a Strabone l. I, p. 37. θαλαττουργοί vocantur. Idem geographus de Iasi urbis in insula conditae incolis l. XIV, p. 658 ita refert: ἔχει δὲ λιμένα καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς ἐνθάδε ἐκ τῆς θαλάττης· εὐοψεῖ γὰρ χώραν τ' ἔχει παράλυπρον. Archilochum quoque confero de Pariis ab Athenaeo III, c. 9. p. 76 allegatum — τῶν δ' ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ — θαλάσσια ἔργα carmen exstitit Pancratis Ath. VII, 283. a. c. 305. c. 321. e. f. — Ἀρχίλοχος μνημονεύει λέγων οὕτως· ἔα Πάρον καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον βίον. Strabo

l. VI, init. de Eleae incolis ἀναγκάζονται γοῦν διὰ τὴν λυπρότητα τῆς γῆς τὰ πολλὰ θαλαττουργεῖν καὶ ταριχείας συνίστασθαι καὶ ἄλλας τοιαύτας ἐργασίας.

προσπεπονθότες πορθμοῖς οἱ πλεῖστοι καὶ ναυπηγοί. A nonnullis viris doctis ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις verba cum participio προσπεπονθότες juncta fuisse jam supra animadverti. Quam rationem ceteris H. Stephanus praeivit, qui quum πορθμοῖς vulgatam lectionem de freto aut de ipsius freti trajectu intelligens defendere atque vulgarem verba jungendi rationem accurate sequi studuisset, praestare tamen deinde professus est, si προσπεπονθότες cum dativo ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις collocaretur et pro πορθμοῖς rescriberetur πορθμεῖς. Quamquam idem doctissimus vir, antequam eam emendationem proposuit, πορθμοῖς in πορθμίοις commutare eumque dativum cum προσπεπονθότες copulare in animo habuit. Marxius atque Gailius vulgatam verborum lectionem et conjunctionem acceperunt; Buttmannus vero conjecturam Stephanianam comprobavit, quamvis minore tantum interpunctione post προσπεπονθότες collocata, rectissimeque animadvertit, quam concinne πορθμεῖς vocabulum atque ναυπηγοί juxta poneretur. Neque tamen omnino improbandum censuit Buttmannus quod eidem Stephano in mente fuisse vidimus πορθμίοις, quanquam diverso modo de mercede trajicientibus soluta intellexit, πορθμίοις προσπεπονθότες lingua vernacula reddens „eine leidenſchaftliche Wuth auf die Fährgelder habend" atque quod deinde de Anthedoniis a Dicaearcho proditur τὴν πλεονεξίαν κατοικεῖν ἐν Ἀνθηδόνι conferens. Equidem quoque Stephani emendationem πορθμεῖς elegantissime se habere infitias non iverim; necessariam autem esse mihi nondum persuasi. Quod autem ad πορθμίοις suspicionem, seu cum Stephano, ut cum natura vocis bene convenit, de navigiis, seu cum Buttmanno, id quod de πόρθμιον et de πορθμεῖον comprobatum est, de mercede nautica interpretamur, magnopere displicet. Ceterum quum verba τὰ δ' ἄκρα τῶν ὀνύχων καταβεβρω-

μένοι ob totum sententiarum connexum vix aliter quam proprio sensu intelligi posse videantur, nonnulla adjici oportuit, quibus ejus rei causa indicaretur, idque dativo ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις factum esse non dubito. πορθμοῖς προσπεπονθότες autem bene se habet neque alium continet sensum quam πορθμεῖς esse, seu πορθμοῖς de freto explicamus et cum Gailio vertimus „in freto libenter versantes“ seu, sicut apud Sophoclem quoque factum est cf. Trach. vs. 571 sq. τοσόνδ' ὀνήσει τῶν ἐμῶν, ἐὰν πίθῃ, Πορθμῶν, de ipso trajectu accipiendum esse et idem quod τῷ πορθμεύειν significare conjicimus.

τὴν δὲ χώραν οὐχ οἷον ἐργαζόμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ἔχοντες. οὐχ οἷον, ἀλλά apud Gailium ad universum ejus rationis dicendi sensum satis recte versum video tantum abest, ut — ut. Miram lectionem Zosimades hancce exhibuerunt: τὴν δὲ χώραν οὖν * οἷον ἐργαζόμενοι, nihil tamen de ea amplius adnotantes neque, an ex libro ms. repetita sit, certiores nos facientes. Vulcanius pro αὐτούς, quod jam sequitur et cum succedentibus verbis φάσκοντες κ. τ. λ. sine dubio conjungendum est, αὐτήν rescripsit idque ad τὴν χώραν referendum censuit; qualem accusativum pronominalem, quum τὴν χώραν vixdum dictum fuerit, aliquatenus claudicare contenderim. Hudsono quidem teste Stephanus protulit ἀλλ' οὐδὲ ἔχοντες αὐτούς et hoc pronomen per verba τοὺς ἂν ἐργαζομένους explicuit, quanquam equidem in thesauro Gronoviano Stephanum vulgata ratione locum exhibuisse video. Ceterum ibidem doctissimus Gallus, si quis miraretur, quo modo Dicaearchus eo loco Anthedoniis nullum agrum esse dicere posset, quum supra scripsisset διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι λυπράν, duo statui posse animadvertit, aut ne eam quidem regionem quam λυπράν vocasset ditionis Anthedoniorum fuisse aut Dicaearchum pro nulla habuisse, quae quam maxime arcta existeret. Posteriorem Stephani rationem praeferrem, si persuasum mihi esset hunc nostrum locum illi priori, cujus verba sunt διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι λυπράν, repugnare videri; sed

ante omnia considerandum est scriptorem non omnibus Anthedoniis rei marinae studium vindicasse, sed nonnisi plurimis cf. *σχεδὸν πάντες*, ita ut nonnulli Anthedonis urbis incolae rei rusticae operam navasse cogitari possint quanquam paucissimi ob soli nimirum quae memorata fuit sterilitatem. Quod autem Stephanus *χώραν* per *agrum* quam per *regionem* reddere maluit, ea in re mihi cum ipso accuratissime convenit. Manzius *αὐτούς* quidem excudit, sed id ipsum non, ut Stephanus fecisse traditus est, cum *ἔχοντες*, sed cum *φάσκοντες* copulavit. Marxius *αὐτούς* protulit et cum *φάσκοντες* recte conjunxit, *ἔχοντες* participio a subsequentibus commate separato.

ἀπογόνους εἶναι Γλαύκου τοῦ θαλασσίου. Cf. Paus. VI, 10. *ἐπὶ δὲ τοῖς κατειλεγμένοις ἕστηκεν ὁ Καρύστιος Γλαῦκος. εἶναι δέ φασιν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτῶν τὸ ἄνωθεν αὐτὸν γένος ἀπὸ Γλαύκου τοῦ ἐν θαλάσσῃ δαίμονος.* IX, 22. *τῆς δὲ Βοιωτίας τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Εὐρίπου, Μεσσάπιον ὄρος καλούμενον καὶ ὑπ' αὐτῷ Βοιωτῶν ἐπὶ θαλάσσης πόλις ἐστὶν Ἀνθηδών. γενέσθαι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα οἱ μὲν ἀπὸ Ἀνθηδόνος νύμφης, οἱ δὲ Ἄνθαν (Ἄνθον?) δυναστεῦσαι λέγουσιν ἐνταῦθα, Ποσειδῶνος τε παῖδα καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἀτλαντος. Ἀνθηδονίοις δὲ μάλιστά που κατὰ μέσον τῆς πόλεως Καβείρων ἱερὸν καὶ ἄλσος περὶ αὐτό ἐστι, πλησίον δὲ Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς ναός, καὶ ἀγάλματα λίθου λευκοῦ. Διονύσου τε ἱερὸν πεποίηται καὶ ἄγαλμα πρὸ τῆς πόλεως κατὰ τὸ ἐς τὴν ἤπειρον. ἐνταῦθα εἰσὶ μὲν τάφοι τῶν Ἰφιμεδείας καὶ Ἀλωέως παίδων· γενέσθαι δέ σφισι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ὑπὸ Ἀπόλλωνος κατὰ τὰ αὐτὰ Ὅμηρος πεποιήκασι καὶ Πίνδαρος, ὡς ἐπιλάβοι τὸ χρεὼν αὐτοὺς ἐν Νάξῳ τῇ ὑπὲρ Πάρου κειμένῃ. τούτων τε δή ἐστι τῇ Ἀνθηδόνι μνήματα καὶ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα. εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα καὶ ἐπεὶ τῆς πόας ἔφαγε, δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι κ. τ. λ. καὶ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν, οἵ τε ἄλλοι πιστὰ ἠγηνται καὶ οἱ τὴν θάλασσαν*

πλέοντες πλεῖστα ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ᾆσαι τὰ ἐς Γλαῦκον· Αἰσχύλῳ δὲ καὶ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσε. **26.** οἱ δὲ κατὰ λῃστείαν σὺν δυνάμει ναυτικῇ πλανωμένην (**Sphingem**) φασὶν αὐτὴν ἐς τὴν πρὸς Ἀνθηδόνι σχεῖν θάλασσαν, καταλαβοῦσαν δὲ τὸ ὄρος τοῦτο ἁρπαγαῖς χρῆσθαι, πρὶν ἐξεῖλεν Οἰδίπους αὐτὴν ὑπερβαλόμενος πλήθει στρατιᾶς, ἣν ἀφίκετο ἔχων ἐκ Κορίνθου. **Strab. IX, p. 405.** ἐν δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσσάπιον ὄρος ἐστὶν ἀπὸ Μεσσάπου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν Μεσσαπίαν τὴν χώραν ἐκάλεσεν. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν Γλαῦκον μυθεύεται τὸν Ἀνθηδόνιον, ὅν φασιν εἰς κῆτος μεταβαλεῖν. **X, p. 447.** ὑπὸ τοιοῦδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ· Εὐβοΐδα καμπὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς Ἀκτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα. **Athen XV, p. 679. a.** ἐπειδὴ οὖν ἤδη καὶ σὺ ἐμπεπλήρωσαι οὐ μόνον τῶν τοῦ Γλαύκου κρανίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀειζώου βοτάνης, ἧς ὁ Ἀνθηδόνιος ἐκεῖνος δαίμων ἐμφορηθεὶς ἀθάνατος (ἁλιηχὴς) γέγονε. **Apud eundem l. VII, p. 296. a. Theolyti versus, quos de se ipso Glaucus hosce profert:** Ἀνθηδὼν νύ τις ἐστὶν ἐπὶ πλευροῖο θαλάσσης, Ἀντίον Εὐβοίης, σχεδὸν Εὐρίποιο ῥοάων, Ἔνθεν ἐγὼ γένος εἰμί, πατὴρ δέ με γείνατο Κωπεύς, **quo loco varia praeterea variorum auctorum leguntur, quam ob causam** πόντιος **vocatus fuerit et** θαλάσσιος δαίμων **creditus. Agatharch.** περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης **apud Phot. bibl. II, p. 442.** Γλαῦκον θαλάσσιον. **442.** καὶ Γλαῦκον τετελευτηκότας πάλιν ἀναστῆναι. — τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ μάντεως τοῦ συγκατορυχθέντος. **Etym. M. p. 621** — ἀλλὰ καὶ Γλαῦκος ὁ Ἀνθηδόνιος ἁλιεύς. **Suid. I, 777.** ἔξω Γλαῦκε. χειμῶνα γὰρ σημαίνει ὁ θαλάττιος. **Schol. ad Il. β, 508.** Ἀνθηδών, πόλις Βοιωτίας. ἐκ ταύτης ἦν Γλαῦκος θαλάσσιος. **Nonn. Dionys. XIII, 73. Schol. ad Apoll. Rh. I, 1310. Etym. v.** ποντιάδες θεαί.

Heyn. ad Hom. Il. II, 508. t. IV, p. 307. O. Mueller Orchom. p. 264. De Aeschyli autem fabula, quae *Γλαῦκος Πόντιος* inscribebatur, ab ejusdem Glauco *Ποντιεῖ* diversa cf. Schweigh. ad Athen. III, p. 87. a.

ὃς ἁλιεὺς ἦν ὁμολογούμενος qui piscator fuit ex universa hominum opinione. Ceterum nescio, an levissima mutatione scribere praestet *ὁμολογουμένως*.

ἡ μὲν οὖν Βοιωτία τοιαύτη· αἱ γὰρ Θεσπιαὶ κ. τ. λ. Sententiarum connexus, ut jam Stephanus et Holstenius exposuerunt, nostro loco non alius est quam Boeotiae descriptionem jam absolutam esse, quum Thespiarum urbs, de qua aliquis fortasse cogitaret, memoratu vix digna esset neque quidquam memorabile nisi quasdam statuas contineret. Pro *Θεσπιαί* hoc loco, sicut etiam verbis infra sequentibus, in libro ms. *Θεσπεσιαί* vitiosissime scriptum fuisse Stephanus testatur. cf. Athen. XIII, 561. e. ubi pro *Θεσπιεῖς* antea edebatur *Θεσπεσιεῖς*. Ceterum *Θεσπιαί* ut supra monuimus in eorum nominum numerum referendum est, quae duplicem formam et singularem habuerunt et pluralem cf. Strab. IX, p. 409. *Θέσπειαν δὲ λέγει τὰς νῦν Θεσπιάς, πολλῶν ὀνομάτων τῶν μὲν ἀμφοτέρως λεγομένων καὶ ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς, καθάπερ καὶ ἀῤῥενικῶς καὶ θηλυκῶς, τῶν δ' ὑπωτέρως. ἔστι δὲ πόλις πρὸς τῷ Ἑλικῶνι, νοτιωτέρα αὐτοῦ, ἐπικειμένη δὲ τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ καὶ αὐτὴ καὶ ὁ Ἑλικών.*

φιλοτιμίαν ἔχουσι μόνον ἀνδρῶν καὶ ἀνδριάντας εὖ πεποιημένους. φιλοτιμίαν eo loco Manzius idem quod ambitionem significare censuit eamque in sententiam quod de iisdem Thespiensibus deinde legitur *φιλονεικία* attulit Budaeumque et Stephanum jam adnotasse animadvertit, Isocratem aliosque scriptores *φιλοτίμως ἔχειν* et *φιλονεικεῖν* pro iisdem usurpare. Item quod in epistolis Platonicis prolatum est *ἡ ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμία* non simplex honorum studium indicatum esse existimavit. Afferre praeterea licet ubi *φιλοτιμία* malam in partem similiter adhibitum est, Arist. Thesm. 383. *φιλοτιμίᾳ μὲν*

οὐδεμιᾷ μὰ τῶ θεῶ Λέξουσ' ἀνέστην Lucian. Somn. §. 6. μικροῦ γοῦν με διεσπάσαντο πρὸς ἀλλήλας φιλοτιμούμεναι et has lexigraphorum glossas Etym. M. p. 720. φιλοτίμως, μεγαλοδώρως, ὑπερμέτρως, ἐπιμελῶς. φιλοτιμία, δωρεά, ἢ πλεονεξία, ἢ κενοδοξία. Hesych. t. II, p. 1509. φιλοτιμία, δωρεά, κενοδοξία, πλοῦτος, μεγαλοφροσύνη. Ea igitur ratione φιλοτιμίαν ἀνδρῶν fere idem significaret ac si dixisset scriptor ἄνδρας φιλοτίμους, φιλοτιμουμένους, φιλονεικοῦντας. μέν particula, quam post vocem φιλοτιμίαν in codice legisse Stephanus videtur, quum ex ea particula μόνον eo loco originem duxisse suspicetur, ab Holstenio quidem et Zosimadibus in medium prolata est, a Marxio autem, Gailio et Buttmanno praetermissa neque ab Osanno respecta. Bene quidem se habeat, verbis ἄλλο δὲ οὐδέν ex adverso collocatis; sed nihilo minus non necessaria est et optimo jure statui potest ex μόνον effecta fuisse, quum aliquando verba hujus loci eo ordine se exciperent: αἱ γὰρ Θεσπιαὶ φιλοτιμίαν μόνον ἔχουσιν ἀνδρῶν, qua quidem restitutione etiam iste scrupulus, qui ob verborum singularem sedem Osannum non immerito offendit, de medio tolleretur. Holstenius quum μόνον ex particula μὲν in nostrum locum irrepsisse conjiceret μνήμην excudit et locum talem exhibuit: αἱ γὰρ Θεσπιαὶ φιλοτιμίαν μὲν ἔχουσι, μνήμην ἀνδρῶν καὶ ἀνδριάντας εὖ πεποιημένους, eo sine dubio sensu, ut appositi accusativi μνήμην ἀνδρῶν καὶ ἀνδριάντας εὖ πεποιημένους eas res indicarent, quibus Thespienses gloriarentur, memoriam nimirum magnorum virorum statuasque bene elaboratas. Sed ista correctio quod ad palaeographicam rationem audacissima est; inprimis quam maxime dubito, an οὐ πεποιημένους quae codicum est lectio in εὖ πεποιημένους commutari debeat, etiamsi a Stephano inde praeter Zosimades omnes editores ita exhibuisse video. Verbis enim ἀνδριάντας οὐ πεποιημένους Thespienses ipsos significari conjecerim eosque statuas non factas, sed genitas, natas nuncupari, quippe qui omni animi vigore caruerint cf. Bekk. Anecd. I, p. 83. τὸν λίθινον ἔφη Ἱππῶναξ

Βούπαλον ἀγαλματοποιόν. **Neque alienum a re foret cogitare eam comparationem ideo arcessitam esse, quod ipsae Thespiae excellentibus artis plasticae operibus insignes fuerunt cf. Strab. IX, p. 410:** *αἱ δὲ Θεσπιαὶ πρότερον μὲν ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τὸν Πραξιτέλους, ὃν ἔγλυψε μὲν ἐκεῖνος, ἀνέθηκε δὲ Γλυκέρα ἡ ἑταίρα Θεσπιεῦσιν ἐκεῖθεν οὖσα τὸ γένος, λαβοῦσα δῶρον παρὰ τοῦ τεχνίτου. πρότερον μὲν οὖν ὀψόμενοί τινες τὸν Ἔρωτα ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν θέαν, ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον.* **Plin. h. n. XXVI, 5. in operum Praxitelis commemoratione „ejusdem est et Cupido objectus a Cicerone Verri, ille, propter quem Thespiae visebantur.“ Plutarch. initio** *ἐρωτικοῦ:* *ἐν Ἑλικῶνι παρὰ ταῖς Μούσαις τὰ ἐρωτικὰ τῶν Θεσπιέων ᾀδόντων· ἄγουσι γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικόν, ὥσπερ καὶ ταῖς Μούσαις καὶ τῷ ἔρωτι, φιλοτίμως πάνυ καὶ λαμπρῶς.* **Conon** *διηγήσεις* **l. 24 in Phot. bibl. I, p. 134 sq.** *καὶ ἐξ ἐκείνου Θεσπιεῖς μᾶλλον τιμᾶν καὶ γεραίρειν τὸν Ἔρωτα καὶ πρὸς ταῖς κοιναῖς θεραπείαις καὶ ἰδίᾳ θύειν ἔγνωσαν.* **Paus. IX, 26.** *τραπομένῳ δὲ ἀπὸ τοῦ Καβειρίου τὴν ἐν ἀριστερᾷ καὶ προελθόντι ὡς πεντήκοντα σταδίους Θέσπεια ὑπὸ τὸ ὄρος τὸν Ἑλικῶνα ᾤκισται· θυγατέρα δὲ εἶναι Θέσπειαν λέγουσιν Ἀσωποῦ καὶ ἀπὸ ταύτης κληθῆναι τὴν πόλιν· οἱ δὲ Θέσπιόν φασιν ἐξ Ἀθηνῶν ἐλθόντα τὸ ὄνομα τῇ πόλει δοῦναι· γεγονέναι δὲ ἀπὸ Ἐρεχθέως αὐτόν. Θεσπιεῦσι δὲ ἐν τῇ πόλει Σαώτου Διός ἐστι χαλκοῦν ἄγαλμα ἔτι. — τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ Διονύσου καὶ αὖθις Τύχης, ἑτέρωθι δὲ Ὑγιείας· τὴν δὲ Ἀθηνᾶν, τὴν δὲ Ἐργάνην καὶ αὐτὴν καὶ Πλοῦτόν οἱ παρεστηκότα ἐποίησε. 27. θεῶν δὲ οἱ Θεσπιεῖς τιμῶσιν Ἔρωτα μάλιστα ἐξ ἀρχῆς· καί σφισιν ἄγαλμα παλαιότατόν ἐστιν ἀργὸς λίθος. ὅστις δὲ ὁ καταστησάμενος Θεσπιεῦσιν Ἔρωτα θεῶν σέβεσθαι μάλιστα οὐκ οἶδα. σέβονται δὲ οὐδέν τι ἧσσον καὶ Ἑλλησποντίων Παριανοὶ τὸ μὲν ἀνέκαθεν ἐξ Ἰωνίας καὶ Ἐρυθρῶν ἀπῳκισμένοι, τὰ δ' ἐφ' ἡμῶν τελοῦντες ἐς Ῥωμαίους. Ἔρωτα δὲ ἄνθρωποι μὲν οἱ πολλοὶ νεώτατον θεῶν εἶναι*

καὶ Ἀφροδίτης παῖδα ἤγηνται. Λύκιος δὲ κ. τ. λ. Θεσπιεῦσι δὲ ὕστερον χαλκοῦν εἰργάσατο Ἔρωτα Λύσιππος καὶ ἔτι πρότερον τούτου Πραξιτέλης λίθου τοῦ Πεντελησίου· καὶ ὅσα μὲν εἶχεν ἐς Φρύνην καὶ τὸ ἐπὶ Πραξιτέλει τῆς γυναικὸς σόφισμα, ἑτέρωθι ἤδη μοι δεδήλωται. πρῶτον δὲ τὸ ἄγαλμα κινῆσαι τοῦ Ἔρωτος λέγουσι Γάϊον δυναστεύσαντα ἐν Ῥώμῃ, Κλαυδίου δὲ ὀπίσω Θεσπιεῦσιν ἀποπέμψαντος Νέρωνα αὖθις δεύτερα ἀνάσπαστον ποιῆσαι· καὶ τὸν μὲν φλὸξ αὐτόθι διέφθειρε — τὸν δὲ ἐφ' ἡμῶν Ἔρωτα ἐν Θεσπιαῖς ἐποίησεν Ἀθηναῖος Μηνόδωρος τὸ ἔργον τὸ Πραξιτέλους μιμούμενος· ἐνταῦθα καὶ αὐτοῦ Πραξιτέλους Ἀφροδίτη καὶ Φρύνης ἐστὶν εἰκών, λίθου καὶ ἡ Φρύνη καὶ ἡ θεός. **Cf. etiam Dodw. II, 2, p. 40. adhuc opus caelatum in ecclesia quod militem equitantem repraesentaret superesse referentem et utrum Neochorio an Cacosi pro veteribus Thespiis habendum sit dubium existimantem. Celidonio in promptu quidem** εὖ κεκμηκότας **conjecturam esse dicit, sed in vulgata subsistendum et** ποιέω **eo loco per** ἐπιτελῶ **explicandum censet eumque in sensum vertit „e statue non perfette.“ Equidem denique, quanquam codicum scriptura retenta locum ita intelligi posse crediderim, ut Thespienses viri vana jactatione impleti statuisque comparandi referantur, in Osanni tamen potius sententiam decedo. Etsi enim erudito praeceptori non concesserim** ἀνδρῶν **vocabulum sine ullo epitheto prolatum mirum esse, quia** φιλοτιμίαν **appositum est, neque virorum virtutes quibus Thespienses tantopere gloriarentur enumerandas fuisse cum eodem crediderim, quia nullae eorum revera exstitisse videntur: verborum tamen istum connexum et processum** φιλοτιμίαν ἔχουσιν ἀνδρῶν καὶ ἀνδριάντας **pessimum et tironi, non item Dicaearcho condonandum esse mihi quoque persuasum est. Qua de causa si excerptori, ut statuere merito licet, eique ob styli deformitatem penitus capitis damnando cum locum vindicamus, manum de tabula; sin aut Dicaearcho reddere aut excerptorem a vitio satis gravi liberare studemus, Osanni suspicio magnopere habet,**

quibus commendetur, nostrum hunc locum interpolatum esse conjicientis. Nimirum *ἀνδρῶν*, id quod ex palaeographica similitudine haud aegre repetendum est, ex *ἀνδριάντων* corruptum esse atque ad verba *φιλοτιμίαν ἀνδριάντων* a librario glossam marginalem hanc adscriptam fuisse *ἤγουν ἀνδριάντας εὖ πεποιημένους* eamque particula *ἤγουν* ut saepissime factum est in *καὶ* immutata in texta irrepsisse. Locum autem omnem talem aliquando fuisse: *αἱ γὰρ Θεσπιαὶ φιλοτιμίαν ἔχουσι μόνον ἀνδριάντων, ἄλλο δὲ οὐδέν.* Equidem mallem *αἱ γὰρ Θεσπιαὶ φιλοτιμίαν μόνον ἔχουσιν ἀνδριάντων, ἄλλο δὲ οὐδέν.* Jam intelligitur *ἀνδρῶν*, si interpretari oportuerit, genitivum subjectivum statuendum fuisse, *ἀνδριάντων* autem pro objectivo accipiendum esse. In verbis denique *καὶ ἀνδριάντας οὐ πεποιημένους*, si glossam effecisse statuantur, *εὖ* pro certa scriptura existimandum esse apparet. Ceterum in critica totius ejus loci recensione magnopere considerandum est, quot et qualia vitia excerptori tribuere debeamus.

ἀκληρήματα cf. Bekk. Anecd. I, 77. Suid. I, p. 85. Zonor. p. 104. 114.

τὴν μὲν αἰσχροκέρδειαν κατοικεῖν ἐν Ὠρωπῷ κ. τ. λ. Locus omnis a Stephano ita versus est: *φιλονεικίαν* apud Thespias sedem suam habere, sicut invidiam Tanagrae, avaritiam apud Oropum, proterviam apud Thebas, rapacitatem apud Anthedonem, curiositatem apud Coroneam, arrogantiam apud Plataeas, febrim apud Onchestum, stupiditatem apud Haliartum.“ *αἰσχροκέρδειαν* Stephanus ampliorem significationem quam *avaritiam* quae esset *φιλαργυρία* habere atque *sordes* indicare existimavit et principi sensu turpe lucrum vel adeo deinde turpis lucri cupiditatem denotare animadvertit. Qua in re cum doctissimo Gallo mihi plane convenit; formam autem *αἰσχροκέρδεια* retineo neque cum communis dialecti forma *αἰσχροκερδία* commutaverim, etiamsi haec posterior unice vera esse in thes. Steph. t. II, p. 661 judicatur. Pro *ἐν Ὠρωπῷ* quod hoc loco olim lectum est Hudsonus et ceteri post eum editores

ἐν Ὠρωπῷ recte protulerunt. Ceterum quod de Oropiis nostro loco praedicatur cum iis quae supra relata sunt πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες et τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία accurate congruit.

τὸν δὲ φθόνον ἐν Τανάγρᾳ. Hujus rei aliunde testimonium comparare mihi non potui. In superioribus quoque fragmentis Dicaearchianis ejusmodi virtutes Tanagraeorum commemoratae fuerunt, quae cum invidia conjunctae incolis alicujus loci inesse cogitari vix queant. Quam ut perspicuum esse videtur repugnantiam de medio sublaturi statuere possumus, in ore vulgi Boeotici vel omnino Graeci Tanagraeos ob invidiam male audiisse, quanquam revera in optimas potius virtutes inclinaverint quam in odiosum invidiae vitium. Quid autem ex loco Hesychiano t. II, p. 1345. Ταναγραίων φυήν, κήτει ὁμοιότητα. Ἔφορος λέγει εἶναι τινὰ ἐν Τανάγρᾳ παχύτητα, ὃς ἐλέγετο Κρητεύς ad aliquam maculam Tanagraeis inspergendam effici possit, nescio, quum de lectione ejus loci vix quidquam certi statui posse videatur. Salmasius quidem legendum esse conjecit παχύτατον, ὃς κ. τ. λ., Palmerius aut cum Salmasio faciendum aut scribendum censuit παχύτητα, ἥ κ. τ. λ. Vossius in medium protulit Πάχητα. Ruhnkenius denique cum Hemsterhusio Athen. XII, p. 551. a. ἢ ὑπερπλουτοῦντας τῷ Ταναγραίῳ κήτει ἐοικέναι conferens ita restituendum esse existimavit Ταναγραίῳ φυὴν Κήτει (An leg. Κητεῖ quippe quod a Κητεύς repetatur?) ὁμώτατος (leg. ὁμοιότατος?). Ἔφορος λέγει εἶναι τινὰ ἐν Τανάγρᾳ, ὃς διὰ παχύτητα ἐλέγετο Κητεύς. Cf. Muelleri Orchom. p. 26.

τὴν φιλονεικίαν ἐν Θεσπιαῖς. Ex Stephani sententia prima vocabuli φιλονεικία significatio est *contentio*, hoc autem loco *ingenium contentiosum* denotat; quod quidem viro doctissimo non concesserim, imo pro principi ejus vocis sensu habuerim *contentionis studium* itaque cum Gailio nostro loco verterim, nimirum ad Thespiensium ingenia referens. Hoc autem contentionis studium vel quod ad idem

recurrit hanc ambitionem jam supra memoratam legimus, si quidem sana est vulgata ejus loci lectio *φιλοτιμίαν ἀνδρῶν*. Quem tamen ex Plutarchi vita Aristidis Manzius locum allegavit, ubi Thespiensium contentio cum Atheniensibus de digniori ordine in acie commemoraretur, eo loco quantum video de Tegeatis sermo est ob sedem in pugna certantibus cf. c. 16. *ὁ δ' Ἀριστείδης διαμαρτάνειν αὐτοὺς ἔφασκε τοῦ παντός, εἰ πρώην μὲν ὑπὲρ τοῦ τὸ εὐώνυμον κέρας ἔχειν διεφιλοτιμοῦντο Τεγεάταις καὶ προκριθέντες ἐσεμνύνοντο* neque Gailius quod Manzius indicavit investigare ibi potuit. Marxius denique Thespiensium ambitionem ex solo eorum studio armorum profectam esse videri animadvertit collato Heraclide Pontico sub finem *παρὰ Θεσπιεῦσιν αἰσχρὸν ἦν τέχνην μαθεῖν καὶ περὶ γεωργίαν διατρίβειν.*

τὴν ὕβριν ἐν Θήβαις iis quae de viris Thebanis superiori nostri fragmenti loco referuntur bene respondet. *τὴν ὕβριν* Stephanus *proterviam* hic esse statuit vel *insolentiam*, non *injuriam*, quod hoc ipso loco internus habitus, quo quis ad inferendam cuilibet injuriam proclivis esset, non aliqua simpliciter injuria declararetur.

τὴν πλεονεξίαν ἐν Ἀνθηδόνι. τὴν πλεονεξίαν, qua Anthedonii laborare dicuntur, Stephanus per se plus habendi cupiditatem esse, simul autem rapacitatem innuere de iis, qui etiam vi istam cupiditatem explerent, neque solam avaritiam ab *αἰσχροκερδείᾳ* distinctam, atque in universum *πλεονεξίαν* violentam potius quandam avaritiam indicare monuit. In illa autem ipsa Anthedonis descriptione Dicaearchea nihil plane inerat, quod ejusmodi vitium demonstraret, nisi forte in verbis *προσπεπονθότες πορθμοῖς οἱ πλεῖστοι καὶ ναυπηγοί* vocabulo *προσπάσχειν* ejusmodi lucri studium contineri atque indigitari statuimus.

ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἀλαζονείαν. Cum Marxio facio *τὴν ἀλαζονείαν* gloriationem, qualis in milite glorioso esset, ostentationem, jactationem interpretante et, superiorum verborum *καὶ ὅτι τῶν Ἑλλήνων καὶ Περσῶν παρ'*

ἐν Ὠ
nostr
τες
βλη
te
q
ε
;

αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο ratione habita, ad bellum Medicum referente. τὴν περιοργίαν ἐν Κορωνείᾳ. Versum est curiositatem, quod vocabulum optime respondet, inprimis si principem ejus sensum ex etymo curandi repetitum arcte tenemus cf. Theophr. char. 13.

τὸν πυρετὸν ἐν Ὀγχήστῳ. Marxius, intelligi non posse statuens qua de causa febris Onchesti habitaverit urbe sacra appellata pratisque abundante coll. Hom. Il. β, 506 Ὀγχηστόν θ' ἱερόν, Ποσειδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος. Hymn. in Merc. vs. 185 sq. — αὐτὰρ Ἀπόλλων Ὀγχηστόνδ' ἀφίκανε νιὸν πολυήρατον ἄλσος Ἀγνὸν ἐρισφαράγου Γαιήοχον vs. 190 ὦ γέρον Ὀγχήστοιο βατοδρόπε ποιήεντος, nomina transposita atque febrim Haliarto urbi tribuendam esse conjicit, quae urbs Strabone teste IX, p. 411 (cf. p. 407. 410) sita fuerit ἐν στενῷ χωρίῳ μεταξὺ ὑπερκειμένων ὄρους καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πλησίον τοῦ Περμεσσοῦ καὶ τοῦ Ὀλμειοῦ, καὶ τοῦ ἕλους τοῦ φύοντος τὸν αὐλητικὸν κάλαμον. Sed non minus Onchestus ad paludem Copaidem collocata est a Strabone cf. l. IX, p. 410. αἱ δ' ἄλλαι κύκλῳ (nimirum circa Copaidem paludem) εἰσὶν αἵδε· Ἀκραιφίαι, Φοινικίς, Ὄγχηστος, Ἁλίαρτος, Ὠκάλεαι κ. τ. λ. p. 412. Ὄγχηστος δ' ἐστίν, ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνήγετο ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ eodemque modo ejus situm in mappis Graeciae geographicis delineatum video. Neque negligendum nobis est sacrum Neptuni ea in urbe commemoratum, Paus. IX, 26. ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους τούτου πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια Ὀγχηστοῦ· φασὶ δὲ ἐνταῦθα οἰκῆσαι Ποσειδῶνος παῖδα Ὄγχηστόν. ἐπ' ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου καὶ τὸ ἄλσος, οὗ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπήνεσεν. I, 39. Βοιωτοὶ δὲ ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα κ. τ. λ. quod satis largo indicio esse videtur ditionem ejus oppidi aut aliquando aut semper aquis circumdatam fuisse. Sed etiamsi ea omnia locum non ha-

buerint, quum ipse Strabo Onchestum in altiori loco conditam esse referat, humidum tamen aërem in ea regione regnasse jam per prata licet, quibus excelluisse narratur, pro certo statuere. Fac vero optima coeli temperie illud oppidum gavisum fuerit, eam antiquiori tempore deteriorem fuisse conjiciamus atque ita febrim genuisse, quae firmam sedem occupaverit occupatamque, vel causa paulatim remota, aliquamdiu tenuerit. Etiam Muellerus Orchom. p. 72. de Dicaearchi hac notitia de febri Onchesti obtinente nullam dubitationem pronuntiavit et praeterea p. 43 lacum Onchestium (*λίμνη ἐν Ὀγχηστῷ*) partem Copaidis fuisse refert coll. Theophr. h. plant. 4, 12. Plin. 16, 66. Steph. Byz. v. *Ἀκραιφία*. Ael. var. h. 12, 57. Diod. 17, 10. Verum quidem praeterea est quod Marxius monet de febri Onchesti sedem tenente alios scriptores nihil memorare neque, ut equidem addo, Pausaniam IX, 26 ita referentem *ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπῄνεσε*, sed quod sciam neque de Haliarto aliquid ejusmodi proditum est. Perquam denique mirum est, quod nostro loco inter varia ingeniorum vitia subito corporis aegritudo recensetur. Quamobrem *πυρετός* de nimio animi fervore intelligendum nostro loco esse contenderem, si similis locus ubi *πυρετός* metaphorice usurpetur mihi praesto esset. Paulo enim aliter se habet quod Theophr. char. 3. usurpatum est de ejusmodi homine, qui febri occupari nolit ob stomachum propter garrulum, *ἀπύρετος*.

τὴν ἀναισθησίαν ἐν Ἁλιάρτῳ. τὴν ἀναισθησίαν apud Gailium, Stephano auctore, versum est *stupiditatem*. Collocandum est vocabulum cum *ἀναλγησία* quod supra ubi de Thebanis sermo fuit ex Demosthene allegavimus, et conferendus praeterea Theophrasti char. 14 *ἔστι δὲ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς τῆς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν, ὁ δὲ ἀναίσθητος τοιοῦτός τις, οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις καὶ κεφάλαιον ποιήσας ἐρωτᾶν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται· καὶ δίκην φεύγων καὶ ταύ-*

ἐν
no
τε
β.

t
(

αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο ratione habita, ad bellum Medicum referente.

τὴν περιεργίαν ἐν Κορωνείᾳ. Versum est curiositatem, quod vocabulum optime respondet, inprimis si principem ejus sensum ex etymo curandi repetitum arcte tenemus cf. Theophr. char. 13.

τὸν πυρετὸν ἐν Ὀγχήστῳ. Marxius, intelligi non posse statuens qua de causa febris Onchesti habitaverit urbe sacra appellata pratisque abundante coll. Hom. Il. β, 506 Ὀγχηστόν θ' ἱερόν, Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος. Hymn. in Mere. vs. 185 sq. — αὐτὰρ Ἀπόλλων Ὀγχηστόνδ' ἀφίκανε νεὸν πολυήρατον ἄλσος Ἀγνὸν ἐρισφαράγου Γαιήοχον vs. 190 ὦ γέρον Ὀγχήστοιο βαθυδρόπε ποιμήεντος, nomina transposita atque febrim Haliarto urbi tribuendam esse conjicit, quae urbs Strabone teste IX, p. 411 (cf. p. 407. 410) sita fuerit ἐν στενῷ χωρίῳ μεταξὺ ὑπερκειμένων ὀρῶν καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πλησίον τοῦ Περμησσοῦ καὶ τοῦ Ὀλμειοῦ, καὶ τοῦ ἕλους τοῦ φύοντος τὸν αὐλητικὸν κάλαμον. Sed non minus Onchestus ad paludem Copaidem collocata est a Strabone cf. l. IX, p. 410. αἱ δ' ἄλλαι κύκλῳ (nimirum circa Copaidem paludem) εἰσὶν αἵδε· Ἀκραιφίαι, Φοινικίς, Ὄγχηστος, Ἁλίαρτος, Θρᾶλεαι κ. τ. λ. p. 412. Ὄγχηστος δ' ἐστίν, ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνήγετο ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ eodemque modo ejus situm in mappis Graeciae geographicis delineatum video. Neque negligendum nobis est sacrum Neptuni ea in urbe commemoratum, Paus. IX, 26. ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους τούτου πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια Ὀγχηστοῦ· φασὶ δὲ ἐνταῦθα οἰκῆσαι Ποσειδῶνος παῖδα Ὀγχηστόν. ἐπ' ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπῄνεσεν. 1, 39. Βοιωτοὶ δὲ ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα κ. τ. λ. quod satis largo indicio esse videtur ditionem ejus oppidi aut aliquando aut [illegible] fuisse. Sed etiamsi ea omnia

buerint, quum ipse Strabo Onchestum in altiori loco conditam esse referat, humidum tamen aërem in ea regione regnasse jam per prata licet, quibus excelluisse narratur, pro certo statuere. Fac vero optima coeli temperie illud oppidum gavisum fuerit, eam antiquiori tempore deteriorem fuisse conjiciamus atque ita febrim genuisse, quae firmam sedem occupaverit occupatamque, vel causa paulatim remota, aliquamdiu tenuerit. Etiam Muellerus Orchom. p. 72. de Dicaearchi hac notitia de febri Onchesti obtinente nullam dubitationem pronuntiavit et praeterea p. 43 lacum Onchestium (*λίμνη ἐν Ὀγχηστῷ*) partem Copaidis fuisse refert coll. Theophr. h. plant. 4, 12. Plin. 16, 66. Steph. Byz. v. *Ἀχραιφία*. Ael. var. h. 12, 57. Diod. 17, 10. Verum quidem praeterea est quod Marxius monet de febri Onchesti sedem tenente alios scriptores nihil memorare neque, ut equidem addo, Pausaniam IX, 26 ita referentem *ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπῆνεσε*, sed quod sciam neque de Haliarto aliquid ejusmodi proditum est. Perquam denique mirum est, quod nostro loco inter varia ingeniorum vitia subito corporis aegritudo recensetur. Quamobrem *πυρετός* de nimio animi fervore intelligendum nostro loco esse contenderem, si similis locus ubi *πυρετός* metaphorice usurpetur mihi praesto esset. Paulo enim aliter se habet quod Theophr. char. 3. usurpatum est de ejusmodi homine, qui febri occupari nolit ob stomachum propter garrulum, *ἀπύρετος*.

τὴν ἀναισθησίαν ἐν Ἁλιάρτῳ. τὴν ἀναισθησίαν apud Gailium, Stephano auctore, versum est *stupiditatem*. Collocandum est vocabulum cum *ἀναλγησία* quod supra ubi de Thebanis sermo fuit ex Demosthene allegavimus, et conferendus praeterea Theophrasti char. 14 *ἔστι δὲ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς τῆς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος τοιοῦτός τις, οἷος λογισ[illegible]ς καὶ κεφάλαιον ποιήσας ἐρωτᾶν τὸν [illegible] γίνεται· καὶ δίκην φεύγων καὶ ταύ-*

ratione habita, ad bellum Medicum

ἐν Κορωνείᾳ. Versum est cu-

um optime respondet, inprimis si

x e mo curandi repetitum arcte

Marxius, intelligi non

hesti habitaverit urbe

ll. Hom. Il. β, 506

ν ἄλσος. Hymn. in

Ὀγχηστόνδ' ἀφί-

ισφαράγου Γαιηό-

δρόπε ποιήεντος,

o urbi tribuendam

IX, p. 411 (cf. p.

ιεταξὺ ὑπερκειμέ-

τλησίον τοῦ Περ-

νς τοῦ φύοντος

s Onchestus ad

cf. l. IX, p. 410.

lem paludem)

ος, Ἁλίαρτος,

ἐστίν, ὅπου

ᾳ πρὸς τῇ

in mappis

que negli-

ommemo-

ν πέντε

χηστοῦ·

χηστόν.

λείπετο

ήνεσεν.

Ποσει-

sse vi-

is

buerint, quum ipse Strabo Onchestum in altiori loco conditam esse referat, humidum tamen aërem in ea regione regnasse jam per prata licet, quibus excelluisse narratur, pro certo statuere. Fac vero optima coeli temperie illud oppidum gavisum fuerit, eam antiquiori tempore deteriorem fuisse conjiciamus atque ita febrim genuisse, quae firmam sedem occupaverit occupatamque, vel causa paulatim remota, aliquamdiu tenuerit. Etiam Muellerus Orchom. p. 72. de Dicaearchi hac notitia de febri Onchesti obtinente nullam dubitationem pronuntiavit et praeterea p. 43 lacum Onchestium (*λίμνη ἐν Ὀγχηστῷ*) partem Copaidis fuisse refert coll. Theophr. h. plant. 4, 12. Plin. 16, 66. Steph. Byz. v. *Ἀχραιφία*. Ael. var. h. 12, 57. Diod. 17, 10. Verum uidem praeterea est quod Marxius monet de febri Onesti sedem tenente alios scriptores nihil memorare neque, equidem addo, Pausaniam IX, 26 ita referentem *ἐπ᾽ ἐμοῦ ός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπήνεσε*, sed quod sciam e Haliarto aliquid ejusmodi proditum est. Perquam irum est, quod nostro loco inter varia ingeniorum corporis aegritudo recensetur. Quamobrem *πυ*io animi fervore intelligendum nostro loco em, si similis locus ubi *πυρετός* metaphorice praesto esset. Paulo enim aliter se habet har. 3. usurpatum est de ejusmodi homine, ri nolit ob stomachum propter garrulum,

ησίαν ἐν Ἁλιάρτῳ. τὴν ἀναισθησίαν phano auctore, versum est *stupiditatem*. abulum cum *ἀναλγησία* quod supra ubi uit ex Demosthene allegavimus, et conheophrasti char. 14 *ἔστι δὲ ἡ ἀναισ- ἶν, βραδυτὴς τῆς ψυχῆς ἐν λόγοις ἀναίσθητος τοιοῦτός τις, οἷος λογι- καὶ παράλαιον ποιήσας ἐρωτᾷν τὸν καὶ δίκην φεύγων καὶ ταύ-*

αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο ratione habita, ad bellum Medicum referente.

τὴν περιεργίαν ἐν Κορωνείᾳ. Versum est *curiositatem*, quod vocabulum optime respondet, inprimis si principem ejus sensum ex etymo curandi repetitum arcte tenemus cf. Theophr. char. 13.

τὸν πυρετὸν ἐν Ὀγχήστῳ. Marxius, intelligi non posse statuens qua de causa febris Onchesti habitaverit urbe sacra appellata pratisque abundante coll. Hom. Il. *β*, 506 *Ὀγχηστόν θ' ἱερόν, Ποσειδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος.* Hymn. in Merc. vs. 185 sq. — *αὐτὰρ Ἀπόλλων Ὀγχηστόνδ' ἀφίκανε νιὸν πολυήρατον ἄλσος Ἀγνὸν ἐρισφαράγου Γαιηόχου* vs. 190 *ὦ γέρον Ὀγχήστοιο βαθυδρόπε ποιμένιος*, nomina transposita atque febrim Haliarto urbi tribuendam esse conjicit, quae urbs Strabone teste IX, p. 411 (cf. p. 407. 410) sita fuerit *ἐν στενῷ χωρίῳ μεταξὺ ὑπερκειμένου ὄρους καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πλησίον τοῦ Περμεσσοῦ καὶ τοῦ Ὀλμειοῦ, καὶ τοῦ ἕλους τοῦ φύοντος τὸν αὐλητικὸν κάλαμον.* Sed non minus Onchestus ad paludem Copaidem collocata est a Strabone cf. l. IX, p. 410. *αἱ δ' ἄλλαι κύκλῳ* (nimirum circa Copaidem paludem) *εἰσὶν αἵδε· Ἀκραιφίαι, Φοινικίς, Ὄγχηστος, Ἁλίαρτος, Ὠκάλεαι κ. τ. λ.* p. 412. *Ὄγχηστος δ' ἐστίν, ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνήγετο ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ* eodemque modo ejus situm in mappis Graeciae geographicis delineatum video. Neque negligendum nobis est sacrum Neptuni ea in urbe commemoratum, Paus. IX, 26. *ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους τούτου πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια Ὀγχηστοῦ· φασὶ δὲ ἐνταῦθα οἰκῆσαι Ποσειδῶνος παῖδα Ὄγχηστόν. ἐπ' ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου καὶ τὸ ἄλσος, οὗ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπήνεσεν.* I, 39. *Βοιωτοὶ δὲ ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα κ. τ. λ.* quod satis largo indicio esse videtur ditionem ejus oppidi aut aliquando aut semper aquis circumdatam fuisse. Sed etiamsi ea omnia locum non ha-

buerint, quum ipse Strabo Onchestum in altiori loco conditam esse referat, humidum tamen aërem in ea regione regnasse jam per prata licet, quibus excelluisse narratur, pro certo statuere. Fac vero optima coeli temperie illud oppidum gavisum fuerit, eam antiquiori tempore deteriorem fuisse conjiciamus atque ita febrim genuisse, quae firmam sedem occupaverit occupatamque, vel causa paulatim remota, aliquamdiu tenuerit. Etiam Muellerus Orchom. p. 72. de Dicaearchi hac notitia de febri Onchesti obtinente nullam dubitationem pronuntiavit et praeterea p. 43 lacum Onchestium (*λίμνη ἐν Ὀγχηστῷ*) partem Copaidis fuisse refert coll. Theophr. h. plant. 4, 12. Plin. 16, 66. Steph. Byz. v. *Ἀχραιφία*. Ael. var. h. 12, 57. Diod. 17, 10. Verum quidem praeterea est quod Marxius monet de febri Onchesti sedem tenente alios scriptores nihil memorare neque, ut equidem addo, Pausaniam IX, 26 ita referentem *ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπῄνεσε*, sed quod sciam neque de Haliarto aliquid ejusmodi proditum est. Perquam denique mirum est, quod nostro loco inter varia ingeniorum vitia subito corporis aegritudo recensetur. Quamobrem *πυρετός* de nimio animi fervore intelligendum nostro loco esse contenderem, si similis locus ubi *πυρετός* metaphorice usurpetur mihi praesto esset. Paulo enim aliter se habet quod Theophr. char. 3. usurpatum est de ejusmodi homine, qui febri occupari nolit ob stomachum propter garrulum, *ἀπύρετος*.

τὴν ἀναισθησίαν ἐν Ἁλιάρτῳ. τὴν ἀναισθησίαν apud Gailium, Stephano auctore, versum est *stupiditatem*. Collocandum est vocabulum cum *ἀναλγησία* quod supra ubi de Thebanis sermo fuit ex Demosthene allegavimus, et conferendus praeterea Theophrasti char. 14 *ἔστι δὲ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς τῆς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν, ὁ δὲ ἀναίσθητος τοιοῦτός τις, οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις καὶ κεφάλαιον ποιήσας ἐρωτᾷν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται· καὶ δίκην φεύγων καὶ ταύ-*

την εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι· καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ, μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων· καὶ πολλὰ φαγὼν καὶ τῆς νυκτὸς ἐπὶ θάκον ἀνιστάμενος, ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι· καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτός, τοῦτο ζητεῖν καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν· καὶ ἀναγγέλλοντός τινος αὐτῷ, ὅτι τετελεύτηκέ τις αὐτοῦ τῶν φίλων, ἵνα παραγένηται, σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας εἰπεῖν· ἀγαθῇ τύχῃ! δεινὸς δὲ καί, ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον, μάρτυρας παραλαβεῖν· καὶ χειμῶνος ὄντος μάχεσθαι τῷ παιδί, ὅτι σικύους οὐκ ἠγόρασε· καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ παλαίειν ἀναγκάζων καὶ τροχάζειν, εἰς κύπους ἐμβάλλειν· καὶ ἐν ἀγρῷ αὐτὸς φακῆν ἕψων, δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβαλὼν ἄβρωτον ποιῆσαι· καὶ ὄντος τοῦ Διός, εἰπεῖν, ἡδύ γε τῶν ἄστρων ὄζει (ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης [Ast. conj. *τῆς γῆς*]) *καὶ λέγοντός τινος· πόσους οἴει κατὰ τὰς Ἡρίας πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν· „ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.“* Quem ad locum Astius rectissime adnotat *ἀναισθησίαν* neque meram esse stupiditatem neque animum tantum distractum, sed ex utroque mixtam et temperatam; hoc autem id esse quod vernaculo sermone dicamus Träumerei (träge und dumpfe Gedankenlosigkeit), Suetonioque oblivionem esse et inconsiderantiam. Locus Athenaei in thes. Steph. II, p. 1651 ex libro XII hicce allegatus est *οἱ δὲ καὶ εἰς πάχος σώματος ἐπέδωκαν, ἄλλοι δὲ καὶ εἰς ἀναισθησίαν διὰ πολλὴν τρυφήν.* Ceterum istius *ἀναισθησίας* exemplum se non observare Marxius animadvertit in amatoria duorum Haliartiorum narratione apud Plutarchum *ἐρωτ.* p. 771, magis in altera apud Paus. l. IX, ubi pater oraculi jussu suum filium occideret.

ὁ στίχος Φερεκράτους. Inelegantem iterum animadvertere licet et nonnisi excerptore dignam rationem poëtarum versus allegandi. Ex quanam autem Pherecratis comici fabula hic versus repetitus sit, dijudicari plane non potest; tredecim quidem ei a Meinekio quaestt. scen. II,

p. 30 sqq. his titulis adjudicatae sunt: *Ἄγριοι*, cf. Plat. Protag. p. 327. d quo loco lectionem *μισάνθρωποι* non mutandam esse Meinek. docuit com. misc. sect. I. Hal. Sax. 1822. *Αὐτόμολοι*, *Γρᾶες*, *Δουλοδιδάσκαλος*, *Ἐπιλήσμων* (*Ἐπιλήσμονες* Schol. ad Arist. Vesp. 542. 962. 1092) *ἡ Θάλαττα*, *Κοριαννώ*, *Κραπάταλοι*, *Λαμία*, *Λῆροι*, *Μυρμηκάνθρωποι*, *Πετάλη*, *Τυραννίς*, *Ψευδηρακλῆς* (*Παννυχίς*, *Πέρσαι*, *Χείρων* Schol. ad Arist. Pac. 1241. Ran. 365. 1343 de duabus his addubitavit Meineke). Boeotos vero et imprimis Thebanos comicis poëtis materiem singularium fabularum suppeditasse constat.

ἡ μὲν οὖν τῶν Βοιωτῶν χώρα τοιαύτη. Jam Stephanus ea in re offensus est, quod eadem fere verba, quibus finem Boeotiae descriptioni impositum esse supra indicatum fuerat, hoc iterum loco leguntur. Quod ea verba repetita exhibentur Osannus explicare inde studuit, quod excerptor quum *ἡ μὲν οὖν Βοιωτία τοιαύτη* supra protulisset nonnulla quae insuper dicenda essent praetermiserit iisque deinde ratione satis inepta additis (*αἱ γὰρ Θεσπιαὶ κ. τ. λ.* Osannus nullo sententiarum connexu cum praecedentibus cohaerere existimat) tum demum Boeotia absoluta nostra verba adjunxerit. Quod praeceptor eruditissimus praeterea monet talem ejus capitis finem non exspectari, quum nusquam antea indicatum fuerit, ubi Boeotia initium capiat, ea in re equidem non multum momenti collocaverim, primum quod in illarum urbium enumeratione minime omnium necesse fuit scriptor Boeoticas esse memoraret utpote notissimarum et nihilominus Boeotiam describi apparuit, deinde autem quod in genuino operc ejus capitis initio accurata verba de Boeotia facta esse potuerunt, temporum vel excerptoris injuria deperdita. Miram autem quam Osannus rectissime dixit viam, quam topographus in Boeotia describenda sequitur, soli compilatori quae gravissima viderentur sine certo ordine excerpenti, non geographo Dicaearcho vindico. Attamen non omnia, quae Osannus de ista via exposuit, satis recte se habere videntur. Quod

enim scriptorem Anthedone delineata Thespias converti dicit, minime verum est; sed nihil aliud scriptor quam Boeotiam jam descriptam esse indicavit, quum reliquae urbes, inter quas Thespiae sunt, nihil admodum memorabile continerent. Quod praeterea scriptorem Boeotia finita Anthedonem iterum pergere monet, ut Chalcidis descriptionem inde aggrediatur, non minus rejiciendum est; ex contrario scriptor hoc iter accurate persequitur: Anthedonem enim venerat et cum hac urbe Boeotiam absolverat, nonnulla deinde de universa Boeotia adjecerat et tum demum ex urbe inde Anthedone, quam postremam delineaverat, Chalcidem perrexit. Quod autem scriptor Athenis Oropum et Tanagram accedit, occidentem deinde subito petit et Plataeas urbem ingreditur, postea Thebas et inde Anthedonem venit, neque vero ut hoc exempli instar afferam iter ita instituit, ut Athenis Plataeas, Plataeis Thebas, Thebis Anthedonem, Anthedone Tanagram atque inde Oropum adeat, satis displicet, si quidem hanc Graeciae imaginem cum itineris descriptione collocandam esse censemus. Ceterum non impedirem, si quis verba *ἡ μὲν οὖν τῶν Βοιωτῶν χώρα τοιαύτη* delenda existimaret eo quidem consilio, ut lacinias operi correcto similiores redderentur.

ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ὁ, μέχρι τοῦ Σαλγανέως. Salganeus tumulus in Boeotia proxime Euripum erat, qui a Salganeo quodam Boeoto a Persis ob falsam suspicionem interfecto et deinde eo loco sepulto nomen acceperat cf. Strab. IX, p. 405 *πλησίον δ' ἐστὶν ἐφ' ὑψους κείμενον χωρίον Σαλγανεύς, ἐπώνυμον τοῦ ταφέντος ἐπ' αὐτῷ Σαλγανέως ἀνδρὸς Βοιωτίου, καθηγησαμένου τοῖς Πέρσαις εἰσπλέουσιν εἰς τὸν διάπλουν τοῦτον ἐκ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου· ὃν φασιν ἀναιρεθῆναι, πρὶν ἢ τῷ Εὐρίπῳ συνάπτειν, ὑπὸ τοῦ ναυάρχου Μεγαβάτου, νομισθέντα κακοῦργον, ὡς ἐξ ἀπάτης ἐμβαλόντα τὸν στόλον εἰς τυφλὸν τῆς θαλάσσης στενωπόν· αἰσθόμενον δὲ τὸν βάρβαρον τὴν περὶ αὐτὸν ἀπάτην μεταγνῶναί τε καὶ ταφῆς ἀξιῶσαι τὸν ἀναιτίως ἀπο-*

ϑανόντα. I, p. 10. Πέρσαι δὲ καὶ Λίβυες τοὺς πορϑμοὺς ὑπονοήσαντες εἶναι τυφλοὺς στενωποὺς ἐγγὺς μὲν ἦλθον κινδύνων μεγάλων. τρόπαια δὲ τῆς ἀνοίας κατέλιπον· οἱ μὲν τὸν τοῦ Σαλγανέως τάφον πρὸς τῷ Εὐρίπῳ τῷ Χαλκιδικῷ τοῦ σφαγέντος ὑπὸ τῶν Περσῶν ὡς καϑοδηγήσαντος φαύλως ἀπὸ Μαλεῶν ἐπὶ τὸν Εὔριπον τὸν στόλον. Diodoro autem Siculo teste castelli vicibus fungebatur atque, Stephano Byzantino auctore, oppidum efficiebat. Ptolemaeus *Saganeum* appellat et inter Aulidem et Anthedonem collocat; quo ex situ Dodwellus t. II, 1, 246 quod nunc Babo-Castro vel Cara-Babo nominatur eum locum obtinere conjicit quem Salganeus aliquando habuerit. Mirum nostro loco videri sine dubio oportet, quod scriptor Anthedonis a Chalcide distantiam indicaturus addidit μέχρι τοῦ Σαλγανέως, quum *ad Salganeum* non idem esse quod *usque ad Chalcidem* perspicuum sit et noster praeterea scriptor intervallum *ab alia urbe ad aliam atque ad aliam iterum urbem* nusquam definire solent. Quod quum ita sit simplicissimum esse mihi videtur, cum Buttmanno μέχρι τοῦ Σαλγανέως verba cum sequentibus copulare, ita ut hic sensus efficiatur: „usque ad Salganeum via propter litus omnis levis est etc.“; neque ea in ratione Gailii scrupulum curo, qui quum aliquando plane idem suspicatus fuisset Salganeum deinde monuit mari non ita imminuisse, ut planae circa litus viae locum non daret, etiamsi montana et aspera loca viam aliquantum rumperent. Sed minime omnium necesse est oppositam quae cogitanda est sententiam fortissimam esse putemus: aliud enim remedium, quo τῇ μέν κ. τ. λ. ad viam usque ad Salganeum, τῇ δὲ κ. τ. λ. ad viam a Salganeo ad Chalcidem usque referatur, verbis nostri loci curandis adhiberi posse non crediderim. Gailius vero quum istum nodum solvere non posset discindere ausus et verba μέχρι τοῦ Σαλγανέως interpolata esse professus est: Chalcidensium enim ditione per Alexandrum Magnum ita aucta, ut etiam extra Euboeam pateret ejusque partem fere usque ad Salganeum complecteretur, aliquem indicaturum

istis verbis hoc *loco fuisse* suspicatus est, stadiorum septuaginta *intervallum non* ad antiquam Chalcidem, sed ad novam, ad Salganea *tantum* computandum esse. Quae praeterea Gailius de loco ita constituto cum sequentibus proxime verbis *μείζων τῆς ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς αὐτὴν φερούσης ὁδοῦ* bene concinno exposuit, quanquam quid sibi velint me penitus fugere ingenue confiteor, benevolo tamen lectori invidere noluerim. Censet autem, quod Dicaearchus Chalcidem stadiis septuaginta patentem dicto septuaginta stadiorum intervallo majorem esse retulerit, inde explicandum esse quod res magis extollatur quam accurato numero definiatur. —

λεία τε πᾶσα καὶ μαλακή „levis omnis molliterque declivis" ea enim adjectivi *μαλακός* significatio nostro loco obtinere videtur.

τῇ δὲ ὄρος οὐχ ὑψηλὸν μὲν ἔχουσα. Nescio an idem mons significetur quem Hesychius respicit t. II, p. 1478 *Ὑποχαλκίς, ἡ ὑπὸ Ὁμήρου Χαλκίς, διὰ τὸ κεῖσθαι ὑπό τι ὄρος.*

ἄλσεσι δὲ καὶ ὕδασι πηγαίοις κατάῤῥυτον. In codice Palatino *ἄλσιον* exhibetur, unde Hoeschelius *λάσιον* effecit ejusque explicandi causa *δένδρεσι* mente intelligendum esse monuit; quam conjecturam quum *ἄλσεσι κατάῤῥυτον* dici nequiret Marxius neque non Osannus, praeceptor doctissimus similitudinem *ΛΑΣΙΟΝ* et *ΛΑΣΙΟΝ* vocabulorum uncialibus prolatorum palaeographicam animadvertens et in Pelii descriptionis fragmento pro *δάσος* similiter *ἄλσος* restituendum esse conjiciens, quam maxime approbaverunt. Quum vero *ΛΑΣΙΟΝ* pari jure statuere liceat vitio calami deberi in locum *ΛΑΣΕΣΙΝ* scripturae substituentis, atque *ἄλσεσι καὶ ὕδασι πηγαίοις κατάῤῥυτον* per zeugma idque non in pessimo solum scriptore condonandum explicari in eundem sensum possit ac si dictum fuerit *ἄλσεσι καταφυτευθέν καὶ ὕδασι πηγαίοις κατάῤῥυτον*, lectioni vulgatae quam in omnibus editionibus integram relictam esse video libentissime patrocinor.

p. 146. ἐστὶ μὲν σταδίων ὁ, μείζων τῆς ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς αὐτὴν φερούσης ὁδοῦ. Quae inter hunc locum atque illum, ubi distantia Anthedonis a Chalcide indicata fuit, obtinet repugnantiam jam Stephanus observavit, nihil tamen quo efficeretur medela attulit. Quod enim nostro loco pro σταδίων ὁ, quum στάδιος nomen saepissime compendiarie scriptum esset, fortasse σταδίοις ὁ legendum esse proposuit, eam ob causam ipse deinde repudiavit, quod eo modo Chalcidis magnitudo nimia efficeretur. Etiam Marxius quanquam quomodo succurrendum esset se nescire profitens nostrum locum suspectum sibi esse pronuntiavit. In versione apud Gailium ita redditur: „in circuitu major via quae ab Anthedone ad ipsam ducit", in editione autem nisi valde fallor οὐ μείζων legitur, conjectura ob praecedentem notam ὁ sine dubio satis prona. Buttmannus taciturno silentio vulgatam exhibuit, nullo insuper interpunctionis signo post μείζων collocato; item Manzius et Zosimades vulgarem loci lectionem et distinctionem accurate secuti sunt. Equidem denique, — nisi forte excerptori vitio vertendum aut ista verba, cum particula tamen οὐ adscripta, a librario quodam prioris loci bene memore ad marginem adjecta esse et inde in contextum irrepsisse existimamus, — aut οὐ μείζων rescribendum esse aut siglum ὁ in locum amplioris sigli seu π′ seu φ seu denique ῥ immigrasse conjecerim. Ceterum Chalcidis ambitus aetate fere Dicaearchea aliquantum adauctus fuisse memoratur cf. Strab. X. p. 447 κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν καὶ τὸν περίβολον τῆς πόλεως ηὔξησαν, ἐντὸς τείχους λαβόντες τόν τε Κάνηθον καὶ τὸν Εὔριπον, ἐπιστήσαντες τῇ γεφύρᾳ πύργους καὶ τεῖχος καὶ πύλας.

γεώλοφος δὲ πᾶσα καὶ σύσκιος. Mira scriptoris est ratio singulas hujus loci partes inter se connectendi: ἐστὶ μὲν σταδίων ὁ — γεώλοφος δὲ πᾶσα usque ad ὕδατα ἔχουσα τὰ μὲν πολλὰ ἁλυκά — ἓν δ' ἡσυχῇ μὲν ὑπόγλυκυ — τῇ δὲ χρείᾳ ὑγιεινόν κ. τ. λ. γεώλοφος apud Gailium hoc loco versum est *clivosa* eaque princeps est

vocabuli significatio: illa enim quam Gailius superiori aliquo loco statuerat fertilitatis notio in ipsa voce non continetur.

τὰ μὲν πολλὰ ἁλυκά, ἓν δ' ἡσυχῇ μὲν ὑπόπλατυ. ἁλυκός adjectivum metaphorico interdum sensu usurpatum est, sicut in Homeri quoque Iliade β, 266 olim legebatur ἁλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ, quod Zonaras lex. p. 133 retulit ἁλυκόν per δριμύ interpretans, ubi tamen pro ἁλυκόν hodie θαλερόν exhibetur. Etym. M. p. 64. ἁλμυρός, παρὰ τὴν ἅλα ἁλυκός καὶ ἁλυκός. ἁλυκόν, ἁλμυρόν, χλιαρόν, ψυχρόν. οἱ δὲ θερμόν — ἁλυκή, ἐὰν μὲν τὸ ᾱ δασύνηται, ἡ θάλασσα. ἐὰν δὲ κ. τ. λ. ἡσυχῇ nostro loco eadem significatione qua supra in verbis de via Plataeas ducente ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἔρημος καὶ λιθώδης *aliquatenus*, *aliquantum*, *satis* intelligendum esse Stephanus recte statuit, quanquam virum doctissimum nostra quidem sententia minus recte ἡσυχῇ sine ι exhibere jam supra adnotavimus. Lectio ab omnibus codicibus prolata ὑπόπλατυ a Manzio retinetur, item in contextu a Marxio quamvis cum conjectura ὑπόγλυκυ commutandum esse censente et a Buttmanno, qui quidem ὑπόπλατυ significatione *paululum salsi* indubitatum atque sibi comprobatum esse praedicavit. Equidem quoque in vulgata acquiesco scriptura, locos scriptorum, ubi de eo vocabuli πλατύς sensu dubitari plane nequit, nonnullos adscribens Herod. II, 108 ἀλλ' — οὗτοι, ὅκως τε ἀπίοι ὁ ποταμός, σπανίζοντες ὑδάτων, πλατυτέροισι ἐχρέοντο τοῖς πόμασι, ἐκ φρεάτων χρεόμενοι. (Aristot.) Meteorolog. II, c. 3 ὅθεν μὲν οὖν ἡ γένεσις ἔνεστι τοῦ ἁλμυροῦ ἐν τῷ ὕδατι, εἴρηται καὶ διὰ τοῦτο τά τε νότια ὕδατα πλατύτερα καὶ τὰ πρῶτα τῶν μετοπωρινῶν et paulo post ἀνάγεται δὲ ἀεί τι μέρος αὐτῆς μετὰ τοῦ γλυκέος· ἀλλὰ ἔλαττον τοσούτῳ ὅσον καὶ ἐν τῷ ὑομένῳ τὸ ἁλμυρὸν καὶ πλατὺ τοῦ γλυκέος ἔλαττον et ibidem ἐν τῇ Χαονίᾳ κρήνη τις ἐστὶν ὕδατος πλατυτέρου· ἀποῤῥεῖ δ' αὕτη εἰς ποταμὸν πλησίον γλυκύν. Eundem in sensum etiam grammaticus quidam apud Athenaeum usurpavit quanquam locos Homericos Il. η, 26

et ρ, 432 ubi est πλατὺς Ἑλλήσποντος falso interpretans cf. Athen. II, 13. p. 41 διαστέλλει δὲ καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἀπὸ πλατέος· τὸν μὲν Ἑλλήσποντον εἶναι λέγων πλατύν· ὑπὲρ δὲ θατέρου φράζων „στήσαμεν νῆας ἀγχοῦ ὕδατος γλυκεροῖο“, contra quam grammatici sententiam Casaubonus scholiorum minorum (scholiastae Veneti in Villoisoni editione item conferas adnotationem), Eustathii et Hesychii explicationem v. πλατὺν Ἑλλήσποντον recte attulit. Ceterum idem Hesychius πλατὺ ὕδωρ, τὸ ἁλμυρόν glossam exhibet. Mirantem autem quomodo πλατύς ex principi sua *lati* significatione *salsi* sensum induere potuerit Passovius quempiam docebit πλατὺ ὕδωρ in universum mare significasse videri atque in hac dicendi ratione postea solam salsi notionem ita ut πλατύς idem quod ἁλμυρός indicaret respectam fuisse. In illis vero quos attuli locis vocabuli comparativus, nisi valde fallor, eundem in sensum usurpatus est in quem nostro loco compositum ὑπόπλατυς adhibitum legimus. Etiam Wesselingus, ad Herodoti locum de πλατύς vocabulo ejusque memorata significatione verba faciens, loco Dicaearcheo vulgatam lectionem contra Stephani suspicionem ὑπόπαχυ tuitus est, quam eandem Gronovius merito oppugnavit, quod ὑπόπαχυ τῷ ἁλυκῷ quippe quod et ipsum subdensum esse posset opponi nequiret neque aquarum proprium esset. Quod autem emendandum esse Gronovius arbitratus est ejusque conjecturae ignarus Hudsonus idem protulit, ὑπόγλυκυ, ad sensum quidem loci minime ineptum, sed nullo modo vulgata lectione melius ac praeterea neutiquam necessarium esse dixerim. Ex ea enim conjectura quam Zosimades deinde, Marxius et Gailius comprobaverunt, hic efficeretur sensus: „urbs Chalcis plurimas quidem aquas habet salsas, unam autem satis quidem subdulcem, usu vero salubrem et frigidam“, ita ut inter verba ἡσυχῇ μὲν ὑπόγλυκυ et τῇ δὲ χρείᾳ ὑγιεινόν nulla plane oppositio evadat. In vulgata autem loci lectione haec sententia continetur sine dubio sanissima: „urbs Chalcis plurimas quidem aquas habet salsas, unam autem satis quidem

subsalsam, usu vero salubrem et frigidam.“ Ad verba τῇ δὲ χρείᾳ ὑγιεινὸν καὶ ψυχρόν Manzius adnotavit contrarium omnino de eo fonte a Proclo ad Hesiod. ἔργ. κ. ἡμ. I, p. 133 ex Plutarcho affirmari καὶ μὲν καὶ περὶ ὕδατος ἄλλοι μὲν γράφουσιν εἰς σταθμὸν ἀποβλέποντες, ἐκλεγόμενοι τὸ κουφότερον. καί τινες καὶ ὑδροστάτας κατασκευάζουσι, δι' ὧν τὸ βαρὺ καὶ κοῦφον ὕδωρ κρίνουσι. καίτοι πολλαχοῦ κοῦφον μέν ἐστι, πονηρὸν δέ, ὡς ἐν Χαλκίδι Πλούταρχος ἱστορεῖ τὸ τῆς Ἀρεθούσης.

τῆς καλουμένης Ἀρεθούσης cf. Strab. I, p. 58 ἐν δὲ τῇ Φοινίκῃ φησὶ Ποσειδώνιος γενομένου σεισμοῦ καταποθῆναι πόλιν ἱδρυμένην ὑπὲρ Σιδόνος καὶ αὐτῆς δὲ Σιδόνος σχεδόν τι τὰ δύο μέρη πεσεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀθρόως, ὥστε μὴ πολὺν φθόρον ἀνθρώπων γενέσθαι. τὸ δ' αὐτὸ πάθος καὶ ἐπὶ τὴν Συρίαν ὅλην διέτεινε, μετρίως δέ πως. διέβη δὲ καὶ ἐπί τινας νήσους τάς τε Κυκλάδας καὶ τὴν Εὔβοιαν· ὥστε τῆς Ἀρεθούσης (ἔστι δ' ἐν Χαλκίδι κρήνη) τὰς πηγὰς ἀποτυφλωθῆναι· συχναῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ἀναβλῦσαι κατ' ἄλλο στόμιον· μὴ παύεσθαι δὲ σειομένην τὴν νῆσον κατὰ τὰ μέρη, πρὶν η χάσμα γῆς ἀνοιχθὲν ἐν τῷ Ληλάντῳ πεδίῳ πηλοῦ διαπύρου ποταμὸν ἐξήμεσε. X, p. 689 ubi Chalcidenses in oraculi versu vocantur ἄνδρες, οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθούσης. Ath. VII, 278. e. ὥσπερ ὑποτιθέμενος αὐτοῖς, κατὰ τὴν Πυθίαν, ζητεῖν Ἵππον Θεσσαλικὴν, Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα, Ἄνδρας δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης, Schweighaeusero enim ob Strabonis praesertim auctoritatem assentiri nequeo hoc oraculi edictum ad Siculam Arethusam referenti. Athenaeus, VIII, p. 331 e. f. de Chalcidica ita disserit ex Nymphodori Syracusii periplo ἐγὼ δὲ ἐν τῇ κατὰ Χαλκίδα Ἀρεθούσῃ τεθέαμαι, ἴσως δὲ καὶ ὑμῶν οἱ πλεῖστοι, κεστρεῖς χειροήθεις καὶ ἐγχέλεις ἐνώτια ἐχούσας ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, λαμβανούσας τε καὶ λαμβάνοντας παρὰ τῶν προσφερόντων τροφὰς τά τε ἀπὸ τῶν ἱερείων σπλάγχνα καὶ τυροὺς γλωρούς cf. Lucian. diall. deorr. mar. Ἀλφ. p. 295. Dodwellus II, 1,

p. 249 de Chalcide referens nostrumque Dicaearchi locum allegans nihil jam ejus urbis superesse monet nisi aliquas haud facile interpretandas lapidum ruinas, nonnulla subterranea conclavia et Arethusam fontem larga atque clara aqua praeditum.

ὡς δυναμένης κ. τ. λ. Quanquam quod Vulcanius legendum proposuit multo facilius est et promptius *δυνάμενον*, atque cum Holstenio, sicut Hudsono teste emendandum censuit, *δυναμένης* salvo sensu et grammatica lege exstingui plane potest: mutandi tamen necessitatem non perspicio.

καὶ τοῖς κοινοῖς δ' ἡ πόλις διαφόρως κατεσκεύασται. Vocabulum *τοῖς κοινοῖς* a sequenti *γυμνασίοις* separandum atque in universum de publicis urbis aedificiis et ornamentis explicandum est eaque nomina praeparare cogitandum quae sequuntur *γυμνασίοις*, *στοαῖς*, *ἱεροῖς*, *θεάτροις κ. τ. λ.*, ita ut post *κατεσκεύασται* distinguendum esse appareat. Qua autem de causa Vulcanius pro vulgata lectione exhibuerit *καὶ τοῖς κοινοῖς μέν*, mente non assequor, nisi forte haec verba sequentibus deinde *τῇ τ' ἀγορᾷ κ. τ. λ.* ex adverso posita esse existimavit. Ceterum quispiam, quum singula *κοινά* deinde enumerentur, pro *διαφόρως* scribendum esse suspicetur *διαφόροις* idque aut de diversis aut de distinctis ab aliis, excellentissimis publicis ornamentis intelligendum. Si enim adverbium ad *κατεσκεύασται* adjiciendum fuit, eo sensu magis placuisset *διαφερόντως*.

γυμνασίοις pro vulgato antea *γυμνασίαις* a Stephano repositum est.

γραφαῖς, ἀνδριάσιν ad aedificia quidem publica accurate referri non possunt; sed quum iis exornandis inserviant, huncce commemorationis locum merito habent.

τῇ τ' ἀγορᾷ κειμένη πρὸς τὰς τῶν ἐργασιῶν χρείας ἀνυπερβλήτως. In editione Manziana et Zosimadum, sicut etiam apud Stephanum, codicum lectio exhibetur *τῇ τ' ἀγορᾷ κειμένων*, qui genitivus quomodo

grammatice jungendus sit, equidem plane non intelligo, seu ea verba cum praecedentibus conjungere seu, ut Stephanus faciendum esse praecepit, ab iis separare malumus. Quod ejus in locum Vulcanius rescripsit χειμένη quodque ab Holstenio deinde, quamquam levi cum mutatione sine articulo ἀγορᾷ τε χειμένη, et a Buttmanno comprobatum est, postulat ut eos dativos τῇ τ' ἀγορᾷ χειμένῃ ab eodem illo κατεσκεύασται verbo pendere statuamus. Hoc vero quanquam fieri potest, praestare tamen videtur, inprimis quum de solo fori situ, nihil autem de ejus ornamentis referatur, χειμένη rescribere et hanc omnem sententiam prioribus ab excerptore participio annexam eadem lance qua praecedentes ceteras examinare. Neque aliter fecit Marxius. Quem secutus est Gailius locum exhibens ita versum: „forodque mire commodo mercatorum ad usus.“ Ceterum etiam conjici posset τῇ τ' ἀγορᾷ cum κατεσκεύασται copulandum et χειμένη cum reliquis verbis, novam sententiam constituentia, ad ἡ πόλις subjectum referenda esse; neque displiceret, si quis scribendum suspicaretur aut γραφαῖς, ἀνδριάσιν ἐν τῇ ἀγορᾷ χειμένῃ aut γραφαὶς, ἀνδριάσιν ἐν τῇ ἀγορᾷ χειμένῃ cum sequentibus copulato, γραφαῖς, ἀνδριάσιν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ille denique idem Vulcanius pro verbis πρὸς τὰς τῶν ἐργασιῶν χρείας nescio qua satis justa causa protulit πρὸς ταῖς τῶν ἐργασιῶν χρείαις. Quo loco si quid mihi offensioni est verba ἐργασιῶν χρείας eadem de causa, qua supra in verbis μεταβολῶν ἐργασία inter se junctis haerebam, mihi displicent; cui rei ut succurreretur facillima opera rescribere liceret πρὸς τὰς τῶν ἐργαστῶν χρείας, ita ut quae opificibus necessaria sunt (Bedürfniſſe) aut ipsa opificia significarentur.

ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς Βοιωτίας Σαλγανέως καὶ τῆς τῶν Εὐβοέων θαλάττης ῥοῦς εἰς. τὸ αὐτὸ συμβάλλων καὶ τὸν Εὔριπον φέρεται παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ λιμένος τείχη. Vulgatam hanc lectionem Stephanus exhibuit nihil tamen de ea animadvertens, eandemque Gailius et Buttmannus in textis retinuerunt et

in adnotationibus explicuerunt et defenderunt. Gailius, verbis εἰς τὸ αὐτό praecedentibus, particula καί nostro loco, sicut apud Romanos per *ac*, *et* conjunctiones, aequitatem indicari statuens in versione contextui subjecta nostra verba ita reddita habet: „aquae enim a Salganeo Boeotiae et a mari Euboeensi in unum confluentes et Euripum facientes ipsa portus munimenta lambunt." Quam contra rationem jam Osannus monuit talem sententiam a miserrimo tantum scriptore proferri potuisse: perspicuitas enim καὶ εἰς τὸν Εὔριπον dici desiderabat atque etiam ita haec verba, quum ante legatur εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλων, valde claudicarent. Simili modo Buttmannus interpretatus est „in einen Punct zuſammenfließend und ſomit in den Euripus", quam ad explicationem grammatice et logice defendendam, cetera quae de Chalcidis situ exposuit, quanquam per se bene se habent, nihil tamen valent. Hudsonus καὶ τὸν Εὔριπον ποιῶν legendum esse conjecit, quae quidem conjectura quod ad sensum optima ideoque a Zosimadibus comprobata, quod vero ad palaeographiam — praecedentis enim syllabae terminalis πον fere nulla ratio habenda est — audacissima est. Marxius in contextu quidem vulgatam protulit lectionem, sed omnem locum sibi admodum obscurum esse profitens, quum de celebri Euripi reciprocatione septies mutata eo loco cogitari nequiret, rescribendum existimavit κατὰ τὸν Εὔριπον, quae emendatio quum palaeographica ratione in promptu maxime posita esse tum sensum aptissimum continere apparet eamque ob rem ab Osanno collaudata et sede in ipsis textis dignissima judicata neque minus a Jacobsio ad Achill. Tat. p. 672 comprobata est. Conjici autem praeterea posset καὶ κατὰ τὸν Εὔριπον vel etiam κατὰ τὸν Εὔριπον restituendum idque non cum συμβάλλων, sed cum φέρεται conjungendum esse. Fieri vero fortasse hoc quoque posset, ut verba καὶ τὸν Εὔριπον qualia vulgo exhibentur a praecedentibus sejuncta hanc in sententiam cum φέρεται copularentur: „Euripum quoque juxta ipsa portus munimenta praetervehit": ita enim Gailius παρά recte explicuit *juxta*,

le long de, non ut in versione vulgata *per*, reddendo. Sed nihilo minus verba *καὶ τὸν Εὔριπον* glossemati similia mihi videntur, quippe a librario quid illud *εἰς τὸ αὐτό* esset in quod duo maris fluxus convenirent exposituro ad marginem apposita *ἤγουν τὸν Εὔριπον* et in *καὶ τὸν Εὔριπον* deinde mutata et in contextum recepta cf. quae ad *καὶ ἀνδριάντας* supra adnotata sunt. Ceterum Buttmannus Chalcidem in septentrionali Euripi exitu, ubi id fretum angustissimum esset, sitam fuisse animadvertit. Meridiem versus initio utrimque litora recedere, deinde sibi iterum appropinquare eaque re speciem portus satis magni formari. Collato loco Liviano XXVIII, 6 („Sulpicius tam facili ad Oreum successu elatus Chalcidem inde protinus victrice classe petit. Ubi haudquaquam ad spem eventus respondit. Ex patenti utrimque coactum in angustias mare speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi praebuerit: sed haud facile alia infestior classi statio est. Nam et venti ab utriusque terrae praealtis montibus subiti ac procellosi se dejiciunt et fretum ipsum Euripi non septies die, sicuti fama fert, temporibus statis reciprocat; sed temere in modum venti nunc huc nunc illuc verso mari, velut monte praecipiti devolutus torrens rapitur. Ita nec nocte nec die quies navibus datur") septentriones versus fretum memorat continuo ad octoginta stadia dilatari atque moenia ejus urbis et occidentem et septentrionem et meridiem versus mari allui, allegatis Walpole's memoirs on turney p. 300. Dodwell travels in Greece vol. 2. Ponte denique in duobus arcubus posito fretum eo loco junctum atque Euripum per eum solum arcum qui ad Euboeam pertineret navigabilem fuisse. Quibus expositis sensum totius nostri loci Buttmannus hunc esse statuit: „fluxum Euboici maris a septentrione meridiem versus ferri secundum Boeotiae et Euboeae oras; ad Boeotiae autem Salganeum sic repente illam latitudinem longe prostantibus utrimque oris minui, ut fluxus ille quodammodo in duas sibi occurrentes partes discindatur. His duabus igitur partibus in eundem locum se conjicientibus unum

iterum fluxum restitutum ferri secundum ipsa portus moenia.“ De Euripo cf. Strab. IX, p. 403 καὶ ὁ Εὔριπος δ' ἐστὶ πλησίον ὁ Χαλκίδος, εἰς ὃν ἀπὸ Σουνίου στάδιοι ἑβδομήκοντα· ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ γεφύρα δίπλεθρος, ὡς εἴρηκα· πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας· διῳκοδόμηται δ' εἰς αὐτὸν σύριγξ. περὶ δὲ τῆς παλιῤῥοίας τοῦ Εὐρίπου τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν ἱκανόν, ὅτι ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα· τὴν δ' αἰτίαν ἐν ἄλλοις σκεπτέον. Plin. h. n. IV, 12 Euboea et ipsa avulsa Boeotiae — interfluente Euripo. Etym. M. p. 358 Εὔριπος, παρὰ τὸ ῥιπίζω, οἱονεὶ ὁ εὐχερῶς ῥιπιζόμενος· ἢ παρὰ τὸ εὐρὺ κατ' ἀντίφρασιν, ὁ μὴ ὢν πλατύς. πέλαγος γάρ ἐστι στενὸν ὁ Εὔριπος μεταξὺ τῆς Εὐβοίας (καὶ τῆς Βοιωτίας)· ὅπερ ἑπτάκις καθ' ἡμέραν ἐναλλάττει τὴν ἰδίαν κίνησιν καὶ πάντως ἐναντίως τῇ κινήσει τοῦ ἀνέμου κινεῖται. ἐκεῖσε δὲ ἐτελεύτησεν ὁ Ἀριστοτέλης ὀλιγοψυχήσας, μὴ εὑρηκὼς τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης κινήσεως. Suid. t. I, p. 907 Εὔριπος, πέλαγος στενὸν ἢ τόπος ὑδατώδης μεταξὺ δύο γαιῶν, τουτέστι Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς (Εὐβοίας). ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ἐκεῖσε ὕδωρ τρέπεται. Hesych. t. I, p. 1523 Εὔριπος, θαλάσσιος τόπος πολύχροος (Kusterus legit πολύῤῥοος παρὰ τὸ πλάτος vel διὰ τὸ πλάτος et Hesychium Εὔριπος ab εὐρύς vocabulo repetiisse existimat) τὸ πλάτος τῆς μεσότητος τῶν ὑδάτων ἢ ὁ εὐχερῶς μεταβαλλόμενος. Cyrill. lex. Εὔριπος οὕτως λέγεται ὁ πορθμὸς ὁ μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Εὐβοίας, παρὰ τὸ εὐρίπιστον καὶ ἀεὶ εἰλητόν, ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν βάθος ὑδάτων et paulo post Εὔριπος, ὁ πολλάκις τῆς ἡμέρας τρεπόμενος.

καθ' ὃ συμβαίνει τὴν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἶναι πύλην κ. τ. λ. Hac in sententia Stephanus offensus etiam quae sequerentur inter se non satis apte cohaerere monuit, nimirum καὶ γὰρ ὁ Εὔριπος δισσὸν ἔχων τὸν εἴσπλουν et proxime praecedentia verba καὶ ταχείας τῆς ἐκ τῶν πλοίων γινομένης τῶν φορτίων ἐκκομιδῆς πολὺς

ὁ καταπλέων ἐστὶν εἰς τὸ ἐμπόριον, ita ut in medio quaedam desiderari viderentur. Cui quidem rei aliqua ex parte succurrere ita possumus, ut potissimam causam, ob quam permulti mercatores in portum invehantur, eam habeamus quae verbis σύνεγγυς οὖν κειμένου τῆς ἀγορᾶς τοῦ λιμένος continetur eaque quae proxime excipiunt accuratius tantum explicandi causa addita esse censeamus. Verba ταύτης δ' ἔχεσθαι τὴν ἀγορὰν πλατεῖάν τε οὖσαν καὶ στοαῖς τρισὶ συνειλημμένην, quum a συμβαίνει non satis apte pendere fortassis videantur, quispiam suspicetur orationem obliqua ita prolata largo ejus rei indicio esse, quod excerptor eum locum confecerit. Quod autem plurimis editoribus scrupulum hoc loco injecit, καθ' ὅ rectissime se habere et apud Gailium verbis *hac parte* optime versum esse mihi videtur. Ea enim significatione, cum Latinorum *qua* et *ubi* conferendum, haud raro atque inprimis apud Strabonem reperitur cf. IV, p. 185 καθ' ὃ δὲ συμπίπτουσιν ὁ Ἴσαρ ποταμὸς κ. τ. λ. p. 187 διέχει δ' ἡ Νέμαυσος τοῦ μὲν Ῥοδανοῦ περὶ ἑκατὸν σταδίους, καθὸ ἐν τῇ περαίᾳ πολίχνιόν ἐστι Ταράσκων. Omnis igitur locus ita constitui potest, ut καθ' ὃ δὲ συμβαίνει τὴν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἶναι πύλην a praecedentibus separata relativam sententiam efficere, verba autem ταύτης ἔχεσθαι τὴν ἀγορὰν πλατεῖάν τε οὖσαν καὶ στοαῖς τρισὶ συνειλημμένην pro demonstrativa quae illi relativae respondeat sententia habenda esse cogitentur in eaque accusativus cum infinitivo a συμβαίνει mente iterum adjiciendo repetatur. Eadem vero ellipsi constituta, omnia illa verba pro relativa tantum sententia, quae praecedentibus accurate adjuncta sit, licet considerare, quanquam jam particula δέ adjicienda in posteriori ejus parte et priori omittenda. Ita etiam Manzius quamvis δέ non elisum proferens, nec non Gailius exhibuerunt. Contra Marxius adverbialem verborum καθ' ὅ notionem sive ignorans sive nostro loco non considerans, praecedentium παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ λιμένος τείχη ratione habita καθ' ἃ vel παρ' ἃ aut ita ut ad λιμένος referretur καθ'

ὄν scribendum esse conjecit. Quarum conjecturarum Buttmannus primam comprobavit nostroque omni loco huncce sensum inesse censuit: „in quibus (moenibus) emporii est porta (Packhofthor), ad quam forum applicatur, latum et tribus porticibus circumdatum. Quum igitur forum prope portum sit et hanc ipsam ob causam merces celeriter e navibus in urbem transportentur, permulti in emporium veniunt: nam quum Euripus utrimque intrari possit, trahit mercatorem in urbem.“ Manzius verba τρισὶ στοαῖς συνειλημμένην respiciens, Chalcidica Romanorum a triplici Chalcidensium porticu nomen accepisse adnotat. Ea autem peristylia sive publicas sub porticibus ambulationes fuisse, ut videre liceret apud Vitruvium l. V, c. 1. in extrema Basilicae Juliae Aquitanae parte Chalcidica fuisse referentem atque apud Dionem atrium Minervae Chalcidicum et Basilicam Juliam ab Augusto exstructam his verbis commemorantem: ἐπὶ δὲ ταῦτα διετέλεσε τό τε Ἀθηναῖον καὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον καθιέρωσε. Hinc etiam in privatis aedibus loca aprica sive atria columnis suffulta hoc nomine appellata fuisse, quae Italis vulgo *loggie* dicerentur, in quibus aestivo tempore convivari solerent. Ita Arnobium l. IV Deos gentium dicere in tricliniis coelestibus atque in Chalcidicis aureis coenitare, potare etc.

τῆς ἐκ τῶν πλοίων γινομένης τῶν φορτίων ἐκκομιδῆς cf. Aesch. Sept. c. Theb. vs. 1025 εἶναι δ' ἄτιμον ἐκφορᾶς φίλων ὕπο, ubi ἐκφορά a scholiaste per ἐκκομιδή explicatur, et Hesych. t. I, p. 437 ἐκκομιδή, ἐκφορά.

καὶ γὰρ ὁ Εὔριπος δισσὸν ἔχων τὸν εἴσπλουν ἐφέλκεται τὸν ἔμπορον εἰς τὴν πόλιν. Apud Stephanum neque aliter apud Zosimades et Manzium τὸν ἔμπορον exhibitum neque quidquam de lectionis varietate adnotatum est. In Marxii vero editione legitur τὸν ἐμπόριον, sed ea de forma ad sensum qui hic desideratur satis mira plane nihil proditur. Item Gailius τὸν ἐμπόριον

ὁ καταπλέων ἐστὶν εἰς τὸ ἐμπόρ
dam desiderari viderentur. Cui qu
succurrere ita possumus, ut potis
permulti mercatores in portum in
quae verbis σύνεγγυς οὖν κειμέν
νος continetur eaque quae pre
tantum explicandi causa addita e
της δ' ἐχεσθαι τὴν ἀγορὰν πλ
τρισὶ συνειλημμένην, quum a
pendere fortassis videantur,
obliqua ita prolata largo eju
cerptor eum locum confeceri
toribus scrupulum hoc loco
habere et apud Gailium ver
esse mihi videtur. Ea enim
qua et *ubi* conferendum,
Strabonem reperitur cf. IV,
σιν ὁ Ἴσαρ ποταμὸς κ.
σος τοῦ μὲν Ῥοδανοῦ π
τῇ περαίᾳ πολίχνιόν ἐστ
ita constitui potest, ut κ
ἐμπόριον εἶναι πύλην a
sententiam efficere, verba
ρὰν πλατεῖάν τε οὖσαν
pro demonstrativa quae il
habenda esse cogitentur in
a συμβαίνει mente iterum
vero ellipsi constituta, omn
sententia, quae praecedent
considerare, quanquam jam p
riori ejus parte et priori
quamvis δέ non elisum profe
runt. Contra Marxius adver
tionem sive ignorans sive nost
cedentium παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ
καθ' ἃ vel παρ' ἃ aut ita ut



protulit neque tamen secus vertit ac si scriptum esset τὸν ἔμπορον: „facit ut mercatores urbem frequentent.“ ἐμπόριος autem adjectivum ea quae ad mercaturam vel mercatores pertinent significans cadere huc nequit neque quadrat, ut a dubia ejus vocabuli auctoritate discedam, nomen substantivum ab Hesychio per μέτοικος illustratum. Quamquam vero, quum apud utrumque et Gailium et Marxium de vitio typographico vix cogitari possit, istud ἐμπόριον ex libro ms. repetitum esse statuimus, attamen eam commutationem quum per se, tum quod in superioribus ἐμπόριον aliquoties praecesserat, facillimam fuisse apparet. Quod autem ad vocalem ι in codicibus saepissime elisam et versa vice additam, instar omnium Strabonis locum affero III, p. 145 τὴν δὲ ἀφθονίαν τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Τουρδιτανίας ἐμφανίζει τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος τῶν ναυκληρίων, ubi pro vulgato τῶν ναυκλήρων cum codicibus Casaub. Vat. a. b. Venet. τῶν ναυκληρίων rescribendum esse Casaubonus et Corayus recte statuisse mihi videntur, donec alicui libuerit docere, ναύκληρος vel ναύκληρον ea significatione quae eo loco desideratur usurpatum esse. Ceterum non improbarem, si quis nostro loco τὸν ἐμπορικόν rescribere in animo haberet, eique suppeditarem locum ex Arriani periplo apud Gailium Geogr. Gr. minorr. t. III, p. 58 ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸν ὅρμον ἐχρῆν ἀσφαλῆ εἶναι ταῖς ναυσὶ καὶ ὅσα ἔξω τοῦ φρουρίου κατῳκεῖτο ὑπό τε τῶν πεπαυμένων τῆς στρατιᾶς καί τινων καὶ ἄλλων ἐμπορικῶν ἀνθρώπων ἔδοξε, quanquam adjecto ibi nomine ἄνθρωπος res aliquantum mutatur.

ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ θάλασσα. Comprobaverim Gailii observationem, verba exscripta praecedentibus ἡ δὲ χώρα πᾶσα αὐτῶν ἐλαιόφυτος ex adverso collocata mare significare quod ob largam piscaturam bonum appelletur. Neque aliter Manzius explicuit ad copiam piscium inprimisque ostreorum referens, de quibus facetum Dromeae parasiti responsum apud Athenaeum l. IV, p. 132, c. exstat; qui quum interrogatus esset πότερον ἐν ἄστει γίνεται βελτίω

δεῖπνα ἢ ἐν Χαλκίδι; respondit, τὸ προοίμιον τῶν ἐν Χαλκίδι δείπνων χαριέστερον εἶναι τῆς ἐν ἄστει παρασκευῆς (τὸ πλῆθος τῶν ὀστρέων καὶ τὴν ποικιλίαν προοίμιον εἰπὼν δείπνου).

οἱ δ' ἐνοικοῦντες Ἕλληνες οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φωνῇ· τῶν μαθημάτων ἐντός· φιλαπόδημοι· γραμματικοί. Haec verba a sequentibus majori aliqua interpunctione separanda esse existimo eaque ratione eorum quae de Chalcidensibus praedicantur collocationem aliquanto minus miram reddere mihi videor. Dicendi autem genus, quod homini ex ampliore Dicaearchi opere negligentissime excerpenti debetur, ad meliores fruges revocandum non suscipio, sed nihilo minus vulgatam lectionem, quanquam omnis sententiarum externa connexio accurata abest, sensum tamen satis aptum continere persuasum habeo eamque contra omnes quae factae sunt conjecturas tueor. Quod Ἕλληνες esse Chalcidenses referuntur, Strabo l. X, p. 546 confirmat Chalcidem coloniam Atheniensium longe antiquissimam et ante bellum Trojanum conditam esse memoriae prodens. In his tamen primis loci verbis fere nemo editorum a codicum scriptura magnopere discessit, nisi quod apud Zosimades articulus ante γένει omissus est et quod Holstenius connexum sententiarum meliorem redditurus ita emendavit οἱ δὲ ἐνοικοῦντες, Ἕλληνες [οὐ τῷ γένει μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ φωνῇ ὄντες, quod postremum ὄντες ex ἐντός vocabulo plane ejecto satis audacter elicuit. Quod deinde Chalcidenses τῶν μαθημάτων ἐντός esse memorantur, et Chalcidensium et Eretriensium studium literarum a Strabone collaudatur cf. l. X, p. 448 ἀλλὰ καὶ πρότερον αὗται μέγα εἶχον ἀξίωμα καὶ πρὸς πόλεμον καὶ πρὸς εἰρήνην, ὥστε καὶ φιλοσόφοις ἀνδράσι παρασχεῖν διαγωγὴν ἡδεῖαν καὶ ἀθόρυβον. μαρτυρεῖ δὲ ἥ τε τῶν Ἐρετριῶν φιλοσόφων σχολὴ τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γενομένη καὶ ἔτι πρότερον ἡ Ἀριστοτέλους ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβή, ὅς γε καὶ ἐκεῖ κατέλυσε τὸν βίον. Quae quum ita sint,

Dodwelli conjecturam τῶν μαθημάτων ἐκτός tolerari omnino non posse perspicuum est. Qualis autem sensus in suspicione Holsteniana φιλαπόδημοι τῶν μαθημάτων insit, mente nondum assecutus sum. Ceterum τῶν μαθημάτων ἐντός etiam quod ad grammaticam rationem rectissime se habet cf. Vit. Thucyd. Marcell. adscript. p. 1. καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆναι et quae simillimae sunt dicendi rationes praepositione ἐν compositae cf. Plat. Protag. p. 317. c. καίτοι πολλά γε ἤδη ἔτη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ. Phaed. p. 59. a. οὔτε αὖ ἡδονή, ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων, ὥσπερ εἰώθειμεν. Gorg. 452. e. καίτοι ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει δοῦλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρόν, ubi Stallbaumius bene vertit „hac dicendi facultate instructum", ἐν φιλοσοφίᾳ εἶναι philosophiae operam dare, ἐν λόγοις εἶναι eloquentiae studere cf. Heindorf. ad Plat. Phaed. l. l. Ast. ad Plat. legg. p. 47. Jacobs Anth. Pal. p. 878. Buttmanno igitur nostro loco assentiri nequeo ὄντες supplendum esse et haec verba aliquid miri habere existimanti. Quo vocabulum φιλαπόδημος legatur non alius mihi adest locus, sed simillimam vocem ex Strabone affero l. l. p. 36 προστίθηται οὖν τούτῳ καὶ τὸ φιλείδημον καὶ τὸ φιλέχδημον τοῦ ποιητοῦ, ὅπερ αὐτῷ μαρτυροῦσιν ὅσοι τὸν βίον ἀναγράφουσι. Eum vero sine dubio significat qui peregrina peregrinationesque amat, eumque in sensum Marxius et Gailius intellexerunt, quanquam hic peregrinandi studium inde repetendum censuit, quod Chalcidenses doctrinae adipiscendae causa ad itinera facienda moverentur, ille vero istud peregrinationum studium cum multis Chalcidensium coloniis in Siciliam, Italiam et Asiam minorem emissis, qua de causa a Strabone μητρόπολις diceretur, collocandum esse existimavit. γραμματικοί usu Graecorum antiquiori ita intelligendum est, ut homines universis literis, inprimis scriptoribus interpretandis operam navantes significentur, neque a Dodwello in πραγματικοί commutandum fuit. Ceterum haud infitias iverim, γραμματικοί, quemadmodum Stephanus et Gailius revera mutandum arbitrati sunt, post

τῶν μαθημάτων ἐντός quam post φιλαπόδημοι aptiorem locum habiturum fuisse; sed in hac ipsa verborum sede turbata manum negligentissimi excerptoris video integrumque locum relinquo, non sperans fore ut tam abrupta et disjecta membra ad genuinum corpus reficiantur. Memoranda denique est Stephani permira ratio, qua τῶν μαθημάτων ἐντός cum antecedentibus verbis οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φωνῇ conjungendum et eorum verborum talem sensum esse conjecit, ut Chalcidenses hereditario quodam jure velut pedem habere intra disciplinas dicerentur simulque sermone uti qui ipsos ad illas quodammodo praepararet.

τὰ προσπίπτοντα ἐκ τῆς πατρίδος δυσχερῆ γενναίως φέροντες. Verbis ἐκ τῆς πατρίδος interpositis infortunia significata esse conjecerim, quibus patria Chalcidensium afficeretur, quanquam eam dicendi rationem miram esse non infitior Buttmannoque condono ea in re offenso. Suspicetur denique quispiam ἐκ τῆς πατρίδος eodem sensu cum ἐκ τῆς μητροπόλεως proferri Athenasque intelligi calamitates Chalcidensibus inferentes.

δουλεύοντες γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον Gailius ita illustrat: „a longo enim tempore in servitutem redacti (quae alioqui ab eorum ingenio liberali valde abhorret)." Eam conditionem Dodwellus de jugo Cassandri durioris domini quam Demetrius Phalereus fuit intelligendam esse et Dicaearchum talia proferre potuisse adnotavit, quod Demetrii aetate Dicaearchea dominantis mansuetudinem ne irritari quidem posse cognovisset. Marxius autem haec verba ad Atheniensium dominationem, quibus Chalcis paruisset coll. Thuc. VIII, 95 vel, id quod probabilius esset, ad Phoxi et Antileontis tyrannidem, cujus Aristoteles Polit. V, 3. 12 mentionem faceret, referenda esse existimavit.

τοῖς δὲ τρόποις ὄντες ἐλεύθεροι. Stephanus hoc in loco magnopere offensus est, quod scriptor Chalcidenses *pro patria* (?) incommoda fortiter pati referens ejus tolerantiae eam rationem redderet, quod a longo tem-

pore in servitutem redacti magnum quendam ad tolerantiam habitum contraxissent, et quod idem scriptor de illa patientia modo γενναίως φέρειν, modo ῥᾳθύμως φέρειν proferret. Cui quidem rei ita succurri posse suspicatus est, ut utrumque conjunctum intelligeretur φέρειν ῥᾳθύμως ὑπὸ γενναιότητος prae generositate. Verba autem τοῖς δὲ τρόποις ὄντες ἐλεύθεροι, quum tale ingenium quale iis verbis indicaretur [cum ista tolerantia parum consentire videretur, parenthetice accipienda pariterque interpretanda esse existimavit ac si scriptor dixisset: „in servitutem jam pridem redacti, quae alioqui ab eorum ingenio valde abhorret, quod minime servile, sed liberum et ingenuum est.“ Equidem denique, ob quam ὄντες vulgatum cum Marxio in μένοντες emendandum sit, nullam video satis justam causam atque cum Gailio, Buttmanno reliquisque editoribus vulgatae patrocinor.

φέρειν ῥᾳθύμως τὰ προσπίπτοντα. Excerptorem agnosco in prioribus pleniorem illam sententiam τὰ προσπίπτοντα. ἐκ τῆς πατρίδος δυσχερῆ proferentem, posteriori hoc loco usque ad quandam obscuritatem corripientem et nihil nisi τὰ προσπίπτοντα exhibentem.

ὁ στίχος Φιλίσκου. De Philisco comoediae mediae adscribendo cf. Meinek. quaestt. scen. spec. 3, p. 58. Locis veterum de eo ibi collectis adde Athen. V, 138, ubi Masurius Callixenum Rhodium citat περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γεγενημένης ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ βασιλέως πομπῆς — Σάτυροι, μεθ' οὓς ἐπορεύετο Φιλίσκος ὁ ποιητής — ἱερεὺς ὢν Διονύσου. καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Fabulae ejus a Suida t. III, p. 602 hae recensentur: Ἄδωνις, Διὸς γοναί, Θεμιστοκλῆς, de qua Meinekius non levissimas dubitationes movet, Ὄλυμπος, Πανὸς γοναί, Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναί, Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, quibus ex Stobaeo serm. LXXIII, 53 Gaisf. Φιλάργυροι vel adeo Φιλάργυρος adjicienda est.

χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις. Ita cum Stephano et qui eum secutus est Meinekio versus sine ullo dubio scribendus est. Manzius talem habet *χρηστῶν σφόδρ' ἐστ' ἡ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις*, Gailius *χρηστῶν σφόδρ' ἐσθ' ἡ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις* et Zosimades huncce proferunt: *χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶν ἡ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις* metro plane repugnantem. Buttmannus cum eodem vitio quo Manzius edidit.

ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαβών. Ante hunc nostrum locum in ipso Dicaearchi opere genuino de Graeciae propriae provinciis praeter Atticam et Boeotiam reliquis, sicuti etiam de Thessalia expositum fuisse Gailius non sine magna veri specie statuit recteque animadvertit, quam parum accurate verba *τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα* et quae sequuntur cum *οὖν* particula incipientia cum iis, quae in laciniis nostris antea leguntur, cohaerere appareant. Excerptorem igitur vel temporum injurias criminemur necesse est, quod ea ceterarum Graeciae regionum descriptio nunc quidem penitus desideratur: postremis enim hujus totius fragmenti verbis Graecia ad ea usque loca, quae secundum Dicaearchum Graeciae terminos efficiebant, ab ipso descripta fuisse accuratissime indicatur *τὴν διήγησιν πεποιημένοι καταπαύομεν τὸν λόγον*, quibus verbis num libri, seu primus fuerit seu secundus, exitus, ut Buttmannus cum aliis viris doctis censuerunt, significatus sit memet dubitare obiter animadvertam. Ceterum quaeri potest, utrum Dicaearchus quantum quidem ex compilatoris reliquiis cognoscere liceat Peloponnesum Helladi adscripserit an ab ea sejunxerit. Ex anagraphes quidem quae superest initio, quanquam utravis fortasse sententia inde repeti potuerit cf. vs. 4. *νυνὶ πεπόνηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα* et vs. 14 sq. *νήσους τε τοὺς διάπλους τε καὶ λιμένας· ἃ τ' ἐστὶν ἐν Πελοποννήσῳ γένη κ. τ. λ.*, nostram ad rem nihil efficere audeo, quia istam pro liberiore metrica operis Dicaearchiani vel adeo exiguae ejus partis tractatione eaque permulta nonnisi versuum explendorum causa interposita continente ju-

dicare plane non dubito. Gravior hanc in rem est qui in fragmento Pelii descriptionis legitur locus ὅτι ἡ μὲν Ἑλλὰς ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων σταμπου, vix aliter explicandus quam ut Peloponnesus Helladi injungatur ejusque initium constituere referatur. Quod autem Buttmannus qui fragmentum Pelii descriptionis cum nostro prosaico fragmento conjungendum esse censuit ea verba utpote ab excerptore profecta e contextu ejecit, haud respicio, quia ad sensum nostri loci illustrandum, etiamsi Buttmannus recte senserit, nihilo minus aliquantum faciunt, neque hoc loco in discrimen voco, quae nos externa auctoritas ad istud Pelii descripti fragmentum Dicaearcho tribuendum commovere debeat. Largior enim ejus sententiae, qua Peloponnesus Helladi inseritur, auctor inter alios veterum scriptores Strabo adest cf. VIII, p. 334. αὕτη (θάλασσα nimirum) δ' ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους προπεσοῦσα τῇ μὲν ἀναχεῖται πρὸς τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, τῇ δ' ἀποτελεῖ χερρόνησον μεγάλην τὴν Πελοπόννησον ἰσθμῷ στενῷ κλειομένην. ἔστι δὲ ταῦτα δύο μέγιστα συστήματα τῆς Ἑλλάδος, τό τε ἐντὸς ἰσθμοῦ καὶ τὸ ἐκτὸς πυλῶν μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πηνειοῦ ποταμοῦ. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ Θετταλικόν· ἔστι δὲ καὶ μεῖζον καὶ ἐπιφανέστερον τὸ ἐντὸς ἰσθμοῦ, σχεδὸν δέ τι καὶ ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ Πελοπόννησος συμπάσης τῆς Ἑλλάδος et, ubi de oraculo Delphico sermo est, IX, p. 419 τῆς γὰρ Ἑλλάδος ἐν μέσῳ πως ἐστι τῆς συμπάσης τῆς τε ἐντὸς ἰσθμοῦ καὶ τῆς ἐκτός. Considerandum praeterea est, Ἑλλάς vocabulum, quod antiquiores scriptores arctiori sensu, ita ut Peloponnesus excluderetur, cf. Herod. VIII, 43 ἐκ μὲν Πελοποννήσου usque ad finem. 44. οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου — Ἀθηναῖοι δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην ἦσαν Πελασγοί κ. τ. λ. 47. τῶν δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων Κροτωνιῆται μοῦνοι ἦσαν οἳ ἐβώθησαν τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ usurpaverunt, inde ab eo potissimum tempore, quo Philippus in Amphictyonum judi-

cium se recipi jussit, ampliorem usum induisse, neque fortasse negligendum est, quod Herodotus 1, c. 56 inprimis Lacedaemonios generis Dorici h. e. Hellenici esse refert et ipse infra Dicaearchus τὸ ἑλληνίζειν non ἐν τῷ διαλέγεσθαι ὀρθῶς, sed ἐν τῷ γένει τῆς φωνῆς contineri existimat. Grammatica denique animadvertenda est ratio verborum ἀρχὴν λαμβάνειν ἀπό τινος non alia, quam in Latinorum quod dicitur *initium capere ab aliquo*, haecce ut scriptores ea abs quibus se exordiri dicunt non separent, sed injungant. Quae quum ita sint, Gailio assentiri nequeo τὴν Ἑλλάδα nostro loco Helladem quae proprie vocabatur significatam atque Peloponnesum exceptam fuisse existimanti locumque Plinianum h. n. IV, 7. Ab Isthmi angustiis Hellas incipit, nostris Graecia appellata. In ea prima Attica cf. IV, 4. (utrimque lateribus angusta cervice Peloponnesum contingere Helladem) utpote simillimum afferenti.

μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων ΣΤΑΜΠΟΥ. Quod a codicibus hoc loco exhibetur ἀφορίζων, quamvis ita, ut excerptori verba scriptoris negligentissime conglutinanti verbumque finitum quod suo animo observaretur omittenti vindicemus, retinere et ob ipsam vitiositatem defendere possimus, facillima tamen correctione cum Salmasio cf. exercc. Plin. ad Solin. p. 100, Vossio cf. adnot. ad Pomp. Mel. p. 143. ad Scylac. p. 20, Stephano, Hudsono, Zosimadibus, Marxio et Buttmanno in ἀφορίζω indicativum immutare non dubito, illam sententiam τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα κ. τ. λ. atque posteriorem hancce τάχα δὲ φήσουσί τινες κ. τ. λ. ita sibi invicem accuratissime appositas esse mihi persuadens et meliorem omnino de toto hoc loco quam de praecedentibus fragmenti partibus habens sententiam. ἀφορίζω autem verbum non alio sensu interpretandum duxerim quam terminandi, finibus circumscribendi, neque causam video justam, qua commoti cum Gailio et hoc loco et duobus aliis a me statim commemorandis illud verbum *extendendi* potius significatione usurpatum esse censeamus idque ita factum ad Dicaearchi verba in novos modos

detorquentis consuetudinem referamus. Neque omnibus tamen iis locis in terminandi et fines constituendi significatione, qua ἀφορίζειν ibi utitur, extendendi notionem subesse negaverim idemque ego eruditissimo Gallo concesserim ἀφορίζειν apud Apollonii Rhodii scholiasten I, 4 ἀφορίζων αὐτὸ (τὸ Ἄργος) τῆς Πελοποννήσου *excludendi* notionem accepisse, id quod ex principi vi praepositionis ἀπό, quacum verbum compositum est, repetendum esse patet. Nostrum autem locum atque verba ex Pelii descripti fragmento μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων σταμπου cum fine prosaici nostri fragmenti τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν σταμπου καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου collocantes suspicemur fere necesse est, duos illos locos detruncatos esse. Quum vero in codicibus nullum plane lacunae signum reperiatur, etiamsi Marxius et Gailius in verborum nostrorum contextu post σταμπου et Manzius post ἀφορίζων posuerunt, conjectura in promptu sita est, qua excerptorem accuratiorem locum qui nunc quidem fragmenti postremus est in brevius effinxisse existimemus. Neque dubitare possumus, quin nostrum locum et Pelii descripti verba critice constituturi ante omnia de exitu nostri fragmenti restituendo certum judicium nobis efformare debeamus. Quae ibi in codicibus prolata est lectio σταμπου vel, sicut ex Stephani nostro loco se ἄμπου reperisse referentis annotatione efficio, ἄμπου et ab omnibus editoribus desperata fuit et omnino desperanda est atque pro corruptela judicanda, quae quum uno loco a librariis recepta esset reliquis quoque deinde duobus intrusa fuerit. Cujus in locum quanquam multa adsunt quae substitui possint, sicut καμπῆς de Thessalia orientem versus inflexa intelligendum, ἄγκους de Tempesi fortasse interpretandum, στομίου a Zosimadibus comprobatum cum iisque de Peneo fluvio per Thessalica Tempe lapso et in mare deinde effundente explicandum, ποταμοῦ ad Peneum referendum, et alia nomina appellativa, nomen tamen proprium ob sequentia τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου prope desiderari censeo idque omnium

aptissimum *Τεμπῶν* commendare cum Buttmanno non dubito. De *στομίου* praeterea conjectura adnotare liceat, magnopere quaeri, annon eum in sensum *Πηνειοῦ* potius *στομίου* quam *Θετταλῶν στομίου* proferendum fuerit et de *Τέμπους* suspicione quae Vossio et aliis post eum viris doctis in mente fuit animadvertere, singularem ejus vocabuli nobis nondum agnitum esse. Quod autem Buttmannus totius hujus loci progressum, quo Dicaearchus post Graeciae descriptionem absolutam addiderit: *usque ad hos locos pertinere Graeciam existimo* et causis hujus suae sententiae expositis in fine deinde dixerit: *Graecia usque ad eos locos descripta libri finem facio*, quod inquam Buttmannus hunc progressum cum ea ratione, qua scriptor in Boeotia describenda usus supra fuerit Boeoticis oppidis expositis adjiciens *ἡ μὲν οὖν Βοιωτία τοιαύτη* et deinde Boeoticarum civitatum calamitatibus commemoratis iterum proferens *ἡ μὲν οὖν Βοιωτῶν χώρα τοιαύτη*, collocandum esse existimavit, non assentior, illo in loco me aperta excerpentis vestigia cernere profitens eaque de re ad superiores meas adnotationes relegans, hoc autem posteriori quod ad expositionis progressum sententiarumque connexum nullam necessitatem reperiens, qua accuratum scriptorem ita scribere potuisse infitiemur. Quum jam pateat ex mea quidem sententia, si quid in melius revocare licuerit nostro fragmento ab excerptore ceteroquin male vexato, hocce loco neque non in Pelii descripti verbis restituendum esse *μέχρι τῶν Θετταλῶν ἀφορίζω (ν) Τεμπῶν καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου*, restat ut virorum doctorum quae de hoc loco prolatae sunt conjecturas recenseam, in quibus fere omnibus id peccatum esse statim apparebit, quod eum locum per se singulum neque vero, uti facere debuerunt, cum fine prosaici fragmenti collocatum consideravere. Stephanus ex sequentibus vel *στομίου* vel *Ὁμολίου* restituendum esse existimavit, quanquam neutrum accurate quadrare professus est, quum in fine fragmenti *Θετταλῶν στομίου* neque vero *Μαγνήτων στομίου* diceretur, *Ομολίου* autem quod ad

palaeographicam similitudinem nimis longe recederet. Ceterum etiam in fine fragmenti σταμπου, non στομίου codicum lectionem esse compluribus viris doctis fidem habuimus. Salmasius l. l. rescripsit μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζω Ὁμολίου, Vossius legendum proposuit μέχρι τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου καὶ τῶν Θετταλῶν ἀφορίζω Τεμπους. Hudsonus restituendum esse existimavit μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζω κόλπου idque a Zosimadibus quamvis in textis codicum lectionem retinentibus comprobatum est. In editione Holstenii Manziana scribendum esse praecipitur μέχρι τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου ἀφορίζων καὶ Τεμπῶν ibidemque in fine fragmenti propositum est ἕως τῶν Θετταλῶν Τεμπῶν καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου. Marxius nostro loco sibi arridere professus est στομίου, et quod postea recurreret (at fac ita revera esset, qua de re dubitare nos adnotavimus, Θετταλῶν στομίου ibi legeretur, non Μαγνήτων) et quod Plinius h. n. IV, 9 inter Magnesiae urbes etiam *Penei ostium* commemoraret. Gailius qui in verborum contextu codicum hujus loci lectionem protulit primo adspectu στομίου adoptandum videri adnotavit: si enim Τέμπους vel Ὁμολίου rescriberetur, Graeciae terminum non ad mare perduci, sed eum ad locum, ubi Peneus per Tempe fluere coepisset et ubi Homolium fuisset. Hunc autem Graeciae terminum Phileam statuere eumque Magnesiam extra Graeciam collocare, Dicaearchum contra alienam a Philea sententiam sequi et in fine prosaici fragmenti eos increpare, qui Thessaliam (ideoque etiam Magnesiam) in Graecia positam nollent. Qua de re infra accuratius expositurus Gailium commemoramus ex Dicaearchi sententia Graeciae terminum ab Ambracia usque ad mare et Penei ostia collocandum censuisse eamque in rem Ὁμολίου rejecisse, Τέμπους vero ita comprobasse, ut ea vallis regio intelligeretur, ubi Peneus effunderet, atque μέχρι τοῦ Τέμπους idem esset ac si scriptor dixisset μέχρι τοῦ Πηνειοῦ ἐκβολῶν. Causam vero, ob quam Τέμπους praeferendum videretur, Gailius eam quoque indicavit, quod codicum

lectioni *σταμπου* vel *ἀμπου* omnium proximum esset. In fine autem nostri fragmenti Gailius *ἕως τῶν Θετταλῶν Τέμπους* scribendum et verba *τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου* delenda esse existimavit, quippe quae explanationis vel emendationis causa adjecta fuissent et praeterea ad Phileae geographiam redirent, abs qua Dicaearchus recederet. Ceterum Magnetum Homolium et Thessalica Tempe ideo fortasse juxta collocata sunt ad extremum Graeciae terminum significandum, quod illud summam ejus terrae extensionem septentrionem versus, haec vero usque ad mare porrecta extremum orientem indicare debuerint. Homole autem sive Homolium non solum mons in Magnesia exstabat, sed etiam oppidum, quod Peneus fluvius praeterfluebat, ab exsulibus fortasse quibusdam Thebanis ante Trojam deletam conditum, si quidem Pausaniam huc referimus Thebanorum exsules illo tempore Homolen montem insedisse ibique versatos esse commemorantem, donec per Thersandrum Polynicis filium in patriam restituti fuissent. Muellero enim cf. Orchom. et Miny. p. 233 quanquam assentior Pausaniam in eo erravisse censenti, quod portae Thebarum Homoloides ab Homole Magnesiae nomen acceperint, non causam tamen video justam, qua motus de colonia ea omnino dubitem et connexum quendam inter Homolen Magnesiae et Homoloidum portarum Homoloeorumque festi (cf. Boeckh. Oeconom. Athen. II, p. 361) nomina infitier ex vocabulo *ὅμολος*, quod apud Aeolenses ad pacatum et socialem statum significandum usitatum fuisse dicitur, repetendum. Cf. Strabonis locum ex egregia Groskurdi emendatione IX, p. 443 *τοὺς δ' οὖν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεχθέντας Μάγνητας ὑστάτους ἐν τῷ Θετταλικῷ καταλόγῳ νομιστέον τοὺς ἐντὸς τῶν Τεμπῶν ἀπὸ τοῦ Πηνειοῦ καὶ τῆς Ὄσσης ἕως Πηλίου, Μακεδόνων τοῖς Πιεριώταις ὁμόρους τοῖς ἔχουσι τὴν τοῦ Πηνειοῦ περαίαν μέχρι θαλάττης. τὸ μὲν οὖν Ὁμάλιον ἢ τὴν Ὁμόλην (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) ἀποδοτέον αὐτοῖς· εἴρηται δ' ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς* (qui locus nunc jam non superest), *ὅτι ἐστὶ πρὸς τῇ Ὄσσῃ κατὰ τὴν ἀρ-*

χὴν τῆς τοῦ Πηνειοῦ διὰ τῶν Τεμπων διεκβολῆς (hoc non solum tolerandum, sed etiam aptius et significans accuratius censeo quam quod Groskurdo rescribendum visum est ἐκβολῆς). εἰ δὲ καὶ μέχρι τῆς παραλίας προϊτέον τῆς ἐγγυτάτω τοῦ νοτιωτέρου Πηλίου, λόγον ἔχει, ὥστε τὸν Ῥιζοῦντα προσνέμειν καὶ Ἐρυμνὰς ἐν τῇ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ παραλίᾳ κειμένας καὶ τῇ ὑπὸ Εὐμήλῳ — εἶναι δὲ τὸ νῦν καλούμενον Πελασγικὸν πεδίον, ἐν ᾧ Λάρισσα καὶ Γυρτωνη καὶ Φεραὶ καὶ Μόψιον καὶ Βοιβηῖς καὶ Οσσα καὶ Ὁμόλη καὶ Πήλιον καὶ Μαγνῆτις. Anagr. Dicaearch. vs. 34 ὄρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην κεκλημένον. Scylac. peripl. in Gailii geopraphis t. I, p. 255 μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ καὶ Ὁμολίου Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστι παρὰ τὸν ποταμόν. Urbs porro commemoratur a Plinio IV, 9 neque non apud Stephanum Byzantinum s. v., ubi quod πόλις Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας esse refertur, ex posterioris aetatis ratione, quam in rem Strabonis locum allegatum conferre licet cf. etiam VII, p. 327, fortasse repetendum est, nisi forte de diversis omnino duobus locis cogitare praestat. Homoles montis, qui in Macedoniae et Magnesiae confinio non procul a Penei ostio et Tempeon convalle situs fuisse videtur cf. Mueller l. l., mentio facta est a Pausania IX, c. 8 de Thebarum portis exponente τελευταῖαι δ' εἰσὶν Ὁμολωΐδες· ἐφαίνετο δὲ εἶναί μοι καὶ τὸ ὄνομα νεώτατον ταῖς πύλαις ταύταις, αἱ δὲ Ὠγύγιαι τὸ ἀρχαιότατον. Τὰς δὲ Ὁμολωΐδας κληθῆναί φασιν ἐπὶ τοιῷδε· ἡνίκα ὑπὸ Ἀργείων μάχῃ πρὸς Γλισᾶντι ἐκρατήθησαν, τότε ὁμοῦ Λαοδάμαντι τῷ Ἐτεοκλέους ὑπεξίασιν οἱ πολλοί· τούτων οὖν μοῖρα τὴν μὲν ἐς τοὺς Ἰλλυριοὺς πορείαν ἀπώκνησε· τραπόμενοι δὲ ἐς Θεσσαλοὺς καταλαμβάνουσιν Ὁμόλην, ὀρῶν τῶν Θεσσαλικῶν καὶ εὐγεων μάλιστα καὶ ὕδασιν ἐπιῤῥεομένην, a scholiaste Apollonii Rhodii I, vs. 594, a Theocrito VII, 103 Τόν μοι, Πάν, Ὁμόλας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας, Ἄκλητον τήνοιο φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις Εἴτ' ἔστ' ἄρα Φιλῖνος ὁ μαλθακός, εἴτε τις ἄλλος, quem ad locum scholion

Ὁμόλος δὲ Θετταλίας ὄρος, ἐνθα τιμᾶται ὁ Πάν, et a Virgilio Aen. VII, 675 — quum vertice montis ab alto Descendunt Centauri, Homolen Othrymque nivalem Linquentes cursu rapido; dat euntibus ingens Silva locum et magno cedunt virgulta fragore.“ Denique quod ad Graeciae terminos a Dicaearcho constitutos et ad eam quae jam sequitur demonstrationem pertinet, qua Thessaliam Graeciae vindicare studuit cf. *ἡμᾶς ἀγνοεῖν τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος καταριθμοῦντας* et in fine *πρὸς μὲν τοὺς οὐχ ὑπολαμβάνοντας εἶναι τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος — ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω*, communiorem Graecorum sententiam fuisse animadvertimus, qua Thessali ab Helladis finibus Hellenumque nomine excluderentur, oratores Atticos afferimus Philippum quem pro Graeco non haberent contumeliose Thessalum et Macedonem appellantes cf. Demosth. Olynth. 3. p. 35 *ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς, ὥσπερ ἐστὶ προσῆκον βάρβαρον Ἕλλησι.* Philipp. 3. p. 118 sq. *ἀλλ᾽ οὖν ὑπὸ γνησίων γε ὄντων τῆς Ἑλλάδος ἠδικοῦντο — ἀλλ᾽ οὐχ ὑπὸ Φιλίππου καὶ ὧν ἐκεῖνος πράττει νῦν οὐχ οὕτως ἔχουσιν οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ᾽ οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ὁλέθρου Μακεδόνος κ. τ. λ.* et Euripidem allegamus Thessalos ab Helladis incolis in Alcestide ita distinguentem vs. 851 sq. *τίς τοῦδε μᾶλλον Θεσσαλῶν φιλόξενος; Τίς Ἑλλάδ᾽ οἰκῶν*; Quanquam alii scriptores originem Macedoniae vel regiae saltem gentis Hellenicam statuebant cf. Herod. V, 22. VIII, p. 137—40. Thuc. II, 99. Ceterum Strabo etiam majorem Helladis ambitum statuit cf. praeter alios locos jam supra partim allegatos inprimis l. VIII, p. 332. *ἐπεὶ — περιωδεύσαμεν πάντα ἐν αὐτῇ μέχρι τοῦ Τανάϊδος καὶ τῆς Ἑλλάδος τὸ πολὺ μέρος, τὸ τῆς Μακεδονίας* (ea cum exigua mutatione Casauboni et Groskurdi sententiam accipio), *ἀποδώσομεν νυνὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἑλλαδικῆς γεωγραφίας* et paulo post: *μετὰ μὲν οὖν τοὺς Ἠπειρώτας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς τῶν Ἑλλήνων Ἀχαρ-*

νᾶνές εἰσι καὶ Αἰτωλοὶ καὶ Λοκροὶ οἱ Ὀζόλαι — μετὰ δὲ Μακεδονίαν Θετταλοὶ μέχρι Μαλιέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς ἰσθμοῦ καὶ αὐτῶν τῶν ἐντός. p. 334. Ἔφορος μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναι τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀκαρνανίαν φησὶν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν· ταύτην γὰρ συνάπτειν πρώτην τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ἔθνεσιν. ἀλλ' ὥσπερ οὗτος τῇ παραλίᾳ χρώμενος μέτρῳ ἐντεῦθεν ποιεῖται τὴν ἀρχήν, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλατταν κρίνων πρὸς τὰς τοπογραφίας, ἐπεὶ ἄλλως γ' ἐνεχώρει κατὰ τὴν Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν γῆν ἀρχὴν ἀποφαίνεσθαι τῆς Ἑλλάδος κ. τ. λ. Iidem autem Graeciae fines, quos nostro loco Dicaearchus indicavit, in Anagraphe quoque vs. 31 sqq. constituuntur ἡ δ' Ἑλλὰς ἀπὸ τῆς Ἀμβρακίας εἶναι δοκεῖ Μάλιστα συνεχής· τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειόν, ὡς Φιλέας γράφει, Ὄρος τε Μαγνή-των Ὁμόλην κεκλημένον, quo loco antea distinguebatur μάλιστα συνεχὴς τὸ πέρας· αὐτὴ δ' ἔρχεται, eam vero rationem, quam sequendam esse equidem non dubitavi, Casaubonus praeivit atque Salmasius et Vossius comprobarunt ita tamen ut αὐτή quod ille reliquerat cum αὐτῆς commutarent. Consentit etiam Scylacis periplus, nisi quod Homolium oppidum neque vero mons terminum efficere traditur, loco supra citato μετὰ δὲ Μολοττίαν Ἀμβρακία πόλις ἑλληνίς· ἀπέχει δὲ αὕτη ἀπὸ θαλάττης στάδια ἡ (ita cum Corayo lego pro vulgato π', Strabonem l. VII, p. 325 conferente παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὁ Ἄραχθος ποταμός, ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτὴν ὀλίγων σταδίων). ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττης τεῖχος καὶ λιμὴν κλειστός (cujus lectionis de veritate pro eo quod vulgo exhibebatur κάλλιστος Osannus mihi persuasit Ephemerr. scholast. 1833 p. 1119 not). ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ καὶ Ὁμολίου Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστι παρὰ τὸν ποταμόν. Quo ex loco quod *de Sainte-Croix* Mém. de l'Acad. t. XLII, p. 352 peripli Scylacei aetatem Herodoto antiquiorem efficere conatus est, Herodotum Helladis notionem jam magis extendere et

cum Thessalia Epirum aut saltem Thesprotiam Epiri potiorem partem comprehendere animadvertens idque ex Herodoti libro II, cap. 52, ubi de oraculo Dodonaeo disseritur, repetens *τὸ γὰρ δὴ μαντήϊον τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι*, Gailius recte monuit ex Herodoti loco minime omnium consequi, ut Herodotus Graeciam haud interruptam usque ad Dodonam extenderit, atque Scylaceo sicut etiam Anagraphes loco vocabulum *συνεχής* (quod recte vertit *formant un corps*) adjectum etiam atque etiam considerandum esse. Aeque autem debile argumentum est, quod pro antiquitate istius peripli ipse Gailius attulit, Homoles urbis nullum scriptorem praeter Scylacem, Plinium et Stephanum mentionem fecisse commemorans idque factum ita explicans, ut illud oppidum Scylacis aetate nondum dirutum fuisset, a Plinio autem et Stephano secundum ipsorum consuetudinem recenseretur etiam eos locos qui ipsorum aetate non jam exstarent allegandi. Ne silentium ceterorum scriptorum ea de urbe ex ipsius tenuitate repetam neve ad casum talibus in rebus magnopere dominantem animadvertam, Strabonem respicio de Homole ita eloquentem, ut magis consentaneum sit de urbe quam de monte cogitare. Eadem porro Graeciae terminatio, quae nostro loco, alio quoque peripli Scylacei loco reperitur ex vulgata lectione hocce: *μέχρι ἐνταῦθά* (usque ad Perrhaebos) *ἐστιν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλάς. ἐπιεικῶς δὲ καὶ ἐπὶ θάλατταν πᾶσα Ἑλλάδι ὅμοιός ἐστιν* et fortasse aut ita constituendo *μέχρι ἐνταῦθά ἐστιν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλάς, ἐπιεικῶς δὲ καὶ ἐπὶ θάλατταν. πᾶσα γὰρ Ἑλλάδι ὅμοιός ἐστιν* aut cum superioribus simul hunc in modum restituendo: *ἐν μεσογείᾳ δὲ ἐποικοῦσιν ἔθνος Περραιβοί. Ἕλληνες μέχρι ἐνταῦθα, ἐπιεικῶς δὲ καὶ ἐπὶ θάλατταν. πᾶσα δὲ Ἑλλάδι ὅμορός ἐστι καὶ ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλας.* Ab ipso autem vel saltem ex ipso Dicaearcho Phileas, quo de geographo nonnulla in dissertatione mea de Pythea p. 5 obiter monita sunt, accuratiora ab Osanno praeceptore pie reve-

rendo mox exspectare licet, auctor illius sententiae de Graeciae finibus allatus est cf. diserta Anagraphes verba *ὡς Φιλέας γράφει*. Si autem iis Anagraphes versibus qui jam excipiunt vs. 35 sqq. *Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῆς Ἑλλάδος λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν Ἀποχωρίσαντα· τοῦτο δ' εἶναι συμφανὲς Τοῖς φιλομαθέσι μάλιστα φιλοτιμουμένοις* contrarium plane de Philea proditur, eam repugnantiam ex negligentia versifici hominis repeto neque, quamvis facillimum esset negandi particulam inferre et *ἀποχωρίσαντα* nonnisi definiendi sensu interpretari — *τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν οὐχ Ἑλλάδος κ. τ. λ.* — mutare audeo neque Dicaearchum mihi persuadeo eam quaestionem de Graeciae terminis ista parum amabili dissolutione tractaturum atque ad reliquum sermonem fere dixerim transulturum (cf. vs. 39. *πλὴν δ' ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προβήσομαι*) fuisse. Ceterum viros doctos miror illam quae aperta est repugnantiam neque observantes et Dicaearchum a Philea dissentire statuentes.

τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος καταριθμοῦντας. Quod Vulcanius exhibuit *καταριθμοῦντες* ob omnem quae jam sequitur scriptoris demonstrationem ferri non posse perspicuum est. Hujus autem nostrae sententiae magnam aliquam similitudinem cum anagraphes loco supra exscripto vs. 35 sqq. animadvertere mihi videor, quo etiam verbum *ἀγνοεῖν* duobus his locis eodem modo usurpatum referre licet: nullo enim objecto addito vel mente supplendo absolute positum eandem quam Latinorum *errare* habet significationem a Buttmanno in ephemeridd. Jahnii volum. suppl. ann. 1835. p. 395 e Polybio quoque IV, 31 et IV, 74 comprobatam.

ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσά ποτε πόλις. Helladem quae principio vocabatur in Thessalia et, ut accuratius dicam, in ejus regione Phthiotide sitam fuisse plurimi veterum auctorum inter se consentiunt cf. Hom. Il. *β*, 683. *ι*, 595. *ο*, 395. Eustath. ad Il. p. 1077. Anleitung zur Kenntniss etc. I. p. 97. Schol.

ad Il. β, 683 in Villoisoni editione p. 76 καὶ οὐδὲ Ἑλλάδα (λέγει) τὴν οἰκουμένην ὑπὸ Ἑλλήνων, ἀλλὰ μίαν πόλιν Θεσσαλίας. Apoll. schol. p. 43. Thuc. I, c. 3. Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων — πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔτι καὶ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος (Ὅμηρος) οὐδαμοῦ τοὺς ξύμπαντας ὠνόμασεν, οὐδ' ἄλλους ἢ τοὺς μετὰ Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος, οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν. Apollod. cf. edit. Heyn. t. I, p. 423 apud Strabonem VIII, p. 370. καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ μόνους τοὺς ἐν τῇ Θετταλίᾳ καλεῖσθαι φησὶν Ἕλληνας. Paus. Lacon. c. 20. τὸ δὲ οἰκετικὸν τὸ ἐπικτηθὲν ὕστερον Δωριεῦσι, Μεσσηνίους ὄντας ὀνομασθῆναι καὶ τούτους ἐξενίκησεν Εἵλωτας, καθότι καὶ Ἕλληνας τὸ σύμπαν γένος ἀπὸ τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ ποτὲ καλουμένης Ἑλλάδος. Hesych. t. I, p. 1180. Ἑλλάς, πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ. καὶ τὸ ἔθνος. ἡ Ἀχαΐα. καὶ ἡ αὐτόθεν γυνή. De hac antiqua Hellade seu sicut Dicaearchus nostro loco refert urbe seu regione ex veteribus inprimis conferendus est Strabo l. IX, p. 431 sq. et ex recentioribus Mannertus geogr. vet. t. VII, p. 613, Dissen explicat. Pindar. p. 394 et Crusius in libro cui Hellas inscribitur. Strabo alios memorat Helladem cum Phthia eandem statuere et in meridionali Thessaliae regione collocare, alios pro diversis locis existimare. Homerum geographus refert utpote diversos locos exhibere, sed incertum in carminibus reliquisse, utrum de regione an de urbe sermo fiat. Posteriorum alios Helladem pro regione accipere ejusque terminos inter Thebas Phthioticas et antiquam Pharsalum ponere eique sententiae ex Thetidii situ testimonium acquirere, alios urbem existimare. Quorum iterum Pharsalios sexaginta stadiis a sua urbe rudera oppidi monstrare quod Helladem exstitisse crederent, Melitaeenses contra narrare, eo tempore, quo ipsorum urbs Pyrrha vocaretur, decem stadiorum ab ea intervallo ultra Enipeum Helladem fuisse ex eaque, quod humili situ fuisset, Hellenes Melitaeam se recepisse. Ejus vero rei Melitaeenses testimonium afferre Hellenis sepul-

crum in suo foro collocatum. Verba Strabonis haecce sunt ex Groskurdi conjectura, qua initium loci nunc quidem persanatum est, exhibita Φθίαν τε οἱ μὲν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ Ἑλλάδι τῇ καὶ Ἀχαΐᾳ Φθιώτιδι, ταύτην δ' εἶναι διατεμνομένης τῆς συμπάσης Θετταλίας κατὰ (nondum mihi persuasi eam praepositionem sicut Groskurdus voluit ejiciendam esse) θάτερον μέρος τὸ νότιον, οἱ δὲ διαιροῦσιν. ἔοικε δ' ὁ ποιητὴς δύο ποιεῖν τήν τε Φθίαν καὶ τὴν Ἑλλάδα, ὅταν οὕτω φῇ.

οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
ὡς δυοῖν οὐσῶν· καὶ

φεῦγον ἔπειτ' ἀπάνευθε διὰ Ἑλλάδος εὐρυχόροιο,
Φθίην δ' ἐξικόμην —

καὶ

ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

ὁ μὲν οὖν ποιητὴς δύο ποιεῖ· πότερον δὲ πόλεις ἢ χώρας, οὐ δηλοῖ. οἱ δ' ὕστερον τὴν Ἑλλάδα οἱ μὲν εἰπόντες χώραν διατετάσθαι φασὶν εἰς τὰς Θήβας τὰς Φθιώτιδας ἀπὸ τῆς πάλαι Φαρσάλου· ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ καὶ τὸ Θετίδιόν ἐστι πλησίον τῶν Φαρσάλων ἀμφοῖν τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας, κἀκ τοῦ Θετιδίου τεκμαιρόμενοι τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ μέρος εἶναι καὶ τήνδε τὴν χώραν. οἱ δ' εἰπόντες πόλιν Φαρσάλιοι μὲν δεικνύουσιν ἀπὸ ἑξήκοντα σταδίων τῆς ἑαυτῶν πόλεως κατεσκαμμένην πόλιν, ἣν πεπιστεύκασιν εἶναι τὴν Ἑλλάδα, καὶ δύο κρήνας πλησίον, Μεσσηΐδα καὶ Ὑπέρειαν· Μελιταιεῖς δ' ἄπωθεν ἑαυτῶν ὅσον δέκα σταδίους ᾠκῆσθαι τὴν Ἑλλάδα πέραν τοῦ Ἐνιπέως, ἡνίκα ἡ αὐτῶν πόλις Πύῤῥα ὠνομάζετο· ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐν ταπεινῷ χωρίῳ κειμένης εἰς τὴν ἑαυτῶν μεταικῆσαι τοὺς Ἕλληνας· μαρτύριον δ' εἶναι τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ σφετέρᾳ τάφον τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Δευκαλίωνος υἱοῦ καὶ Πύῤῥας. ἱστορεῖται γὰρ ὁ Δευκαλίων τῆς Φθιώτιδος ἄρξαι καὶ ἁπλῶς τῆς Θετταλίας· ὁ δ' Ἐνιπεὺς ἀπὸ τῆς Ὄθρυος παρὰ Φάρσαλον ῥεῖς εἰς τὸν Ἀπιδανὸν παραβάλλει, ὁ δ' εἰς τὸν Πηνειόν. περὶ μὲν Ἑλλήνων ταῦτα. Schol. ad Il. α, 2.

Ἕλληνες δὲ κοινῶς πάντες οἱ τῆς Ἑλλάδος ἐκλήθησαν, ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Διός. πρῶτοι οὖν οὕτως ἐλέγοντο οἱ ἐν Θεσσαλίᾳ ἄνθρωποι καὶ οὗτοι οὐ πάντες, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἐν Ἑλλάδι τῇ πόλει. ἔπειτα μεγάλα δυνηθέντος τοῦ Ἕλληνος καὶ τῶν τούτου παίδων ἀπ' αὐτοῦ πάντες ἐκλήθησαν Ἕλληνες. **Ex Aristotelis vero sententia antiqua Hellas circa Dodonam fuit et Acheloum** *περὶ Δωδώνην καὶ Ἀχελῷον* **cf. Aristot. Meteorolog. I, 14. p. 548. c. ed. Duvall. Schol. ad Il. φ, 194.** *ἡ ἀρχαιοτάτη Ἑλλὰς περὶ Δωδώνην καὶ Σελλοὺς ἔκειτο, ὁθεν ὁ Ἀχελῷος ἐκρέων δι' Αἰτωλίας εἰς τὸν Ἀμβρακικὸν ἐξήει κόλπον, ἄχρις οὗ Ἡρακλῆς αὐτὸν ἀπέστρεψεν.* **O. Mueller Dor. I, p. 10, quam discrepantiam viri docti ita de medio tolli posse suspicantur, ut principes Hellenum sedes usque ad Dodonam porrectae fuisse cogitentur cf. Antiquit. Gr. C. Fr. Hermanni p. 19 sq. Contra ex scholiorum ad Il. β, 494 auctoritate Hellen in Boeotia habitavit, quam ob causam recensus Graecorum in Homerico navium catalogo a Boeotis incepisse statuitur.**

ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου. **Sturzius de dialecto Macedonica et Alexandrina quae commentatio in thesauri Stephaniani editione Londinensi t. I de integro excusa est p. 157, ubi hunc locum exhibuit, vulgatam hanc codicum lectionem merito protulit atque ante** *Αἰόλου* **vocabulum** *πατρός* **mente subintelligendum esse existimavit. Idem doctissimus vir ad fragm. Hellanic. p. 121 in originis genitivis non solum filii sed etiam patris interdum notionem contineri monuit eaque de re suam ipsius prolusionem de nominn. Gr. et Lamberti Bosii de ellipsi Graeca librum cf. ed. Schaefer p. 93 allegavit. Hellenici locus in scholiis ad Odysseae λ, 289 servatus hicce est** *Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος ἔχων θυγατέρα Πηρὼ τοὔνομα κάλλει εὐπρεπεστάτην οὐδενὶ ταύτην ἐξεδίδου πρὸς γάμον, εἰ μὴ πρότερον ἐκ Φυλάκης τὰς τῆς μητρὸς Τυροῦς ἑλάσειέν τις βοῦς παρ' Ἰφίκλου. πάντων δὲ ἀπορουμένων Βίας ὁ Ταλαοῦ μόνος ὑπέσχετο δράσειν τοῦτο*, **ubi Buttmannus in tali**

verborum conjunctione πατήρ nomen omitti posse infitians Βίας ὁ Ἀμυθάονος legendum esse praecepit, Sturzius autem ab audacissima quaque conjectura abhorrens neque ullam de ea ellipsi dubitationem habuit et codicum scripturae patrocinatus est. Si enim apud genitivos notiones quae multo remotiores sunt quam patris, sicut mariti, uxoris cf. v. c. quod exemplum ex Euripidis Oreste vs. 1719 παρ' Ἥρᾳ τῇ Θ' Ἡρακλέους Ἥβῃ Matthiaeus gr. Gr. §. 380 not. 5 attulit, fratris, sororis, amici, amicae interdum subaudiendae sunt, plane non dubitare licet, eo casu, cujus princeps significatio fuit originis, eam rationem indicari potuisse, quae inter patrem et filium intercedat, neque solum ita ut genitivus auctorem, sed etiam ut prolem generis demonstret. Verum enim vero scriptorum classicorum loci adsunt, quos nisi forte temerarias suspiciones inferre libet alio modo interpretari nequeamus. Quo nostrum refero eamque sententiam, quae de Hellene Aeoli patre ita pronuntiatur, non solum aliis scriptorum locis, sicut Iamblichi de vit. Pythag. c. 34. λέγειν δέ τινάς φησι Δευκαλίωνος τοῦ Προμηθέως καὶ Πύρρας τῆς Ἐπιμηθέως γενέσθαι Δῶρον· τοῦ δὲ Ἕλληνα· τοῦ δὲ Αἴολον (quo loco Koenius ad Greg. Corinth. ed. Schäfer p. 11. legendum proposuit — γενέσθαι Ἕλληνα, τοῦ δὲ Δῶρον καὶ Αἴολον). ἐν δὲ τοῖς Βαβυλωνίων ἀκούειν ἱεροῖς Ἕλληνα γεγονέναι Διός· τοῦ δὲ Δῶρον καὶ Ξοῦθον καὶ Αἴολον· αἷς ὑφηγήσεσιν ἀκολουθῆσαι καὶ αὐτὸν Ἡρόδοτον. ὁποτέρως μὲν οὖν ἔχει περὶ τῶν ἀρχαίων οὐκ εὐμαρὲς δέχεσθαι τάχριβῆ τοῖς νεωτέροις καταμαθειν, sed etiam loco Euripidis infra exhibito et verbis ipsius fragmenti hisce Ἕλληνες δ' οἱ ἀφ' Ἕλληνος, οὗτοι δ' εἰσὶν Αἴολος κ. τ. λ. confirmatam videmus. Unus autem qui in vulgata lectione superest scrupulus, quod rerum naturae magis consentaneum ideoque etiam magis usitatum est viros per patres quam per filios designari, nobis de medio tolletur observantibus, Aeolum ex Dicaearchi necnon Euripidis sententia ob plurimas stirpes Hellenicas ab eo oriundas quam maxime memo-

rabilem esse. Palmerius Gr. ant. p. 8 et Gronovius legendum conjecerunt *ἀφ' Ἕλληνος πατρὸς τοῦ Αἰόλου*, quod supplementum cogitando, non item scribendo necessarium esse supra vidimus. Salmasius quum ad Solin. p. 152 nostrum locum integrum reliquisset, de ling. Hell. p. 355 *Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος* scribendum esse suspicatus est, quam contra conjecturam, ne de palaeographica dissimilitudine disseram, cujus in nominibus propriis ubi librarii suam doctrinam prae se ferre et discrepantes sententias scriptorum contextui intrudere haud raro studuerint minor ratio habenda esse videatur, monere licet, illum Hellenem secundum Euripidem quidem ipsumque Dicaearchum cf. infra, atque Hesychium t. I, p. 1101 *Ἕλληνες, οἱ ἀπὸ τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Διός* (ita enim Valesius pro vulgato *οἱ ἀπὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ἕλληνος* rescribendum esse rectissime statuit) cf. etiam Iamblichi locum supra exscriptum, Apoll. Schol. I, p. 6. 162, Jovis filium fuisse, et Stephanum Byzantinum disertis verbis memorare, eum Hellenem non Deucalionis fuisse, sed Hellenem Phthium (Jovis filium, ut videtur: non enim cogito de Phthii filio his in Stephani verbis: *ἐκτίσθη ὑπὸ Ἕλληνος, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τοῦ Φθίου*). Si autem repugnantiam in nostrum scriptorem inferre non vereremur, *τοῦ Δευκαλίωνος* etiam defendere possemus Thucydidis loco supra allegato I, c. 3. *τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος* atque multo magis Strabonis l. VIII, 383. *φασὶ δὲ Δευκαλίωνος μὲν Ἕλληνα εἶναι· τοῦτον δὲ περὶ τὴν Φθίαν τῶν μεταξὺ Πηνειοῦ καὶ Ἀσωποῦ δυναστεύοντα κ. τ. λ.* et Eusebiano. cf. etiam ex *διηγήσεσι* Cononis apud Photium bibl. ed. Bekk. t. I, p. 135 *ἡ κζ' τὰ περὶ Δευκαλίωνος ἀπαγγέλλει, ὃς ἐβασίλευε τῆς Φθιώτιδος, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος κατακλυσμοῦ· καὶ περὶ Ἕλληνος, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, ὃν ἔνιοι τοῦ Διὸς παῖδα εἶναί φασιν, ὃς καὶ διεδέξατο τὴν βασιλείαν τελευτήσαντος Δευκαλίωνος καὶ τίκτει παῖδας τρεῖς. ὧν Αἴολον μὲν τὸν πρῶτον βασιλεύειν ἐδικαίωσεν ἧς ἦρχε γῆς, Ἀσωπῷ καὶ*

Ἐνιπεῖ δυσὶ ποταμοῖς τὴν ἀρχὴν διορισάμενος, ἐξ οὗ τὸ Αἰολικὸν κατάγεται γένος. Δῶρος δ' ὁ δεύτερος μοῖραν τοῦ λαοῦ λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποικίζεται καὶ ὑπὸ τὸν Παρνασσὸν τὸ ὄρος κτίζει πόλεις, Βοιόν, Κυτίνιον, Ἐρινέον, ἐξ οὗ Δωριεῖς. ὁ δὲ νεώτατος Ἀθήναζε ἀφικόμενος κτίζει τετράπολιν καλουμένην τῆς Ἀττικῆς καὶ γαμεῖ Κρέουσαν τὴν Ἐρεχθέως καὶ τίκτει ἐξ αὐτῆς Ἀχαιὸν καὶ Ἴωνα. **Achaeus deinde narratur ob necem invite factam exsul factus in Achajam Peloponnesi venisse, Ion autem Atheniensium rex constitutus esse ab eoque Athenienses ceterique subditi Iones cognominati fuisse. Hemsterhusius ad Lucian. Halcyon. t. I, p. 455 ed. Bip.** *Ἕλληνος τοῦ Διός* **legendum existimavit eamque ad rationem Euripidis locum a Dicaearcho allatum et verba ipsius scriptoris eum excipientia** *Ἑλλὰς μὲν οὖν ἐστί, ὥσπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν* **inprimis facere animadvertit. Eadem verba quam maxime respiciens Buttmannus nostro loco Hemsterhusii conjecturam comprobavit, sed ut mihi quidem videtur plane immerito, quum verba** *ὥσπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν* **nonnisi Helladem ab Hellene conditam innuant et ad verba proxime praecedentia** *ἡ Ἑλλὰς ὑφ' Ἕλληνος οἰκισθεῖσα πόλις τε καὶ χώρα* **pertineant neque etiam ad nostrum simul locum relata impediant, quominus Hellen Helladis conditor altero loco Aeoli pater, altero idem Jovis filius significetur. Marxius de lectione nostri loci nihil se decernere professus est, quod in Hellenis genealogia scriptores mirum in modum dissentirent; quod quidem satis recte se habet, quum Pindari scholia, id quod ex Deucalionis a Prometheo origine repetendum est, adeo Promethei filium efficiant. Gailius codicum lectionem, sicut etiam ceteri editores, in textis verborum exhibuit et in versione reddidit: „ab Hellene, Aeoli (patre).“ Nisi denique sub finem nostri fragmenti Aeolus Hellenis filius atque Hellen Jove natus fuisse docerentur, Dicaearchum cogitare liceret singularem genealogiam secutum fuisse et Hellenem Aeoli filium praedicasse. Sed jam**

satis singularis ea ratio est, qua Dicaearchus et Euripides solum Aeolum cum liberis pro prole Hellenis judicasse videntur.

p. 147. *ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη.* Hanc conjungendi rationem forsitan aliquis ad *ὕστερον πρότερον* redire dixerit; sed rem accuratius considerantes nihil aliud quam duas condendi et nominandi actiones Helleni hoc loco adscriptas, quae inter se quam maxime cohaerent, etiam externo sententiarum vinculo, particulis *τε* et *καί* juxta collocatis, inter se arctissime copulatas reperimus. Ceterum *ἀπό* praepositio cum *Ἕλληνος* juncta ad *ἐκλήθη* tantum verbum quadrat, *ὑφ' Ἕλληνος* autem quod ad *ἐκτίσθη* apponi desiderabatur cf. infra *ὑφ' Ἕλληνος οἰκισθεῖσα πόλις τε καὶ χώρα* in eo simul latet neque, quum sententia omni obscuritate exemta sit, *ὑφ' Ἕλληνος* vel *ὑπ' αὐτοῦ* adjici necesse fuit.

ἀνάμεσον Φαρσάλου τε κειμένη καὶ τῆς τῶν Μελιταιέων πόλεως. Hic Helladis antiquae situs a Dicaearcho constitutus bene congruit cum Strabonis narratione supra commemorata de Pharsaliis sexaginta stadiorum intervallo a sua urbe priscum illud oppidum statuentibus et de Melitaeensibus Helladem veterem decem stadiis ab ipsis sitam fuisse referentibus, quanquam *ἀνάμεσον*, sicut usus quoque ejus vocabuli admittit, non accurate urgendum esse apparet. Pro *τῶν Μελιταίων*, quod a recentioribus quoque omnibus editoribus integrum relictum est, cum Vulcanio *τῶν Μελιταιέων* equidem rescribendum esse duxerim, quum a *Μελίταια* voce nomen gentile *Μελιταῖος* efformari potuisse dubitem atque insuper Strabonem l. l. *Μελιταιεῖς* pluralem usurpasse videam, ubi duo codices Par. et Mosc. *Μελιτεεῖς*, formam ob pronuntiandi similitudinem a librariis dictantium verba excipientibus effictam, exhibere atque Polybius et Stephanus idem illud nomen *Μελιταιεύς* in usum vocavisse adnotantur. Neque loco qui infra legitur dubitari potest quin pro vulgata codicum scriptura *Μελιτίαν*, quam Stephanus in contextu protulit quamque apud

Thucydidem exhibitam legimus, cum Berkelio, Marxio, Gallio, Buttmanno et aliis editoribus emendandum sit *Μελίταιαν*: neque *Μελίτειαν* quod apud Stephanum Byzantinum reperitur et, ut Casaubonus refert, Strabonis loco l. IX, p. 434 *διαριθμοῦνται δὲ τὰς ὑπὸ τῷ Φθιωτικῷ τέλει κ. τ. λ. τῷ ὑπ' Ἀχιλλεῖ κατοικίας — Ἐρινεὸν πρὸς τοῖς, Κορώνειαν ὁμώνυμον τῇ Βοιωτικῇ, Μελίταιαν κ. τ. λ.* a nonnullis codicibus exhibetur, substituere voluerim, eandem ob causam, quod ex *Μελιταίων* vel adeo *Μελιταιέων* forma nomen *Μελίταια* Dicaearcho comprobatum fuisse colligitur atque, sicut Marxius recte monuit, novam ab eodem deinde ejusdem vocabuli speciem usurpari molestum foret. *ἀνάμεσον* in eundem sensum cum *μεταξύ*, quanquam hoc de tempore plerumque usurpatur, interpretandum hoc loco ab omnibus editoribus unum vocabulum prolatum est, licet principio duas voces efficeret *ἀνὰ μέσον*, quemadmodum apud Strabonem l. IV, p. 196 editum est *τούτους δ' ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ πάντας κατέλυσαν τοὺς ἀνὰ μέσον Ῥήνου καὶ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἅπαντας*. Scribendi autem ratio in hoc vocabulo sicut in talibus plerisque observanda fere ex arbitrio nostro pendet neque, seu conjunctim seu separatim excudimus, sensus ullam mutationem efficimus. Etiam adjectivum exstabat *ἀνάμεσος*, quod in eundem fere sensum cum *μεσόγειος* ab Herodoto usurpatum est l. II, c. 108 *ὅσοι τῶν Αἰγυπτίων μὴ ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἔκτηντο τὰς πόλις, ἀλλ' ἀναμέσους*.

Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσι — φύντες. Quam lectionem Vulcanius adoptavit *Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσι τῷ γένει καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζουσιν, ἀφ' Ἕλληνος* non dubito, quin vulgatae codicum scripturae *Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσιν, οἳ τῷ γένει κ. τ. λ.* praeferenda sit, quippe in qua non solum quod conjunctum legitur *ἑλληνίζουσι τῷ γένει* aliquo modo mihi offensioni sit, sed etiam non aptum sensum contineri censeam. Quid enim hunc ad locum ea sententia, qua Hellenes ii esse affirmentur, qui et genere et lingua Hellenes existant, nisi simul adjiciatur vel innuatur saltem,

quinam Graeciae incolae pro talibus existimandi sint? In Vulcanii autem lectione ex verbis proxime praecedentibus qui in Helladis veteris vicinitate habitabant aut Pharsalii et Melitaeenses aut omnino Thessali subjectum arcessi debent, ita ut ea sententia, quam sequentibus perspicue eloquitur *το γὰρ ἑλληνίζειν ἐγὼ εἶναί φημι οὐκ ἐν τῷ διαλέγεσθαι ὀρθῶς, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τῆς φωνῆς· αὕτη δ' ἐστὶν ἀφ' Ἕλληνος*, jam nostro loco praeparetur. *ἀφ' Ἕλληνος* non tantum, quemadmodum videri facile possit, ad *ἑλληνίζουσιν* ita ut idem significet quod *secundum Hellenem*, quantum ad totam sententiam pertinet causalemque hunc sensum continet: *quippe qui ab Hellene oriundi sint*, quasi scriptor accuratius dixisset *ἀφ' Ἕλληνος ὄντες*. Sed hoc arctiori sensu de Hellenis ipsis colonis iisque posteris qui in Thessalia remanserunt intelligendum esse apparet; quod nisi fieret, scriptorem infra Hellenes ab Hellene oriundos Aeolum, Sisyphum et ceteros cum nepotibus recensentem atque hoc loco Aeoli posteros *αἰολίζειν* referentem sibi ipsi contradicere pateret. Scriptorem autem Hellenis prolem sive Hellenes eum in sensum strictiorem cf. Thuc. loc. cit. de Achillis civibus *οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν*, Raoul-Rochette histoire critique des etablissemens etc. t. I, p. 13. adhibuisse, plane perspicuum esse credo iis quoque ex verbis, quibus locum Homericum interpretatur *Ἕλληνας δὲ (λέγων) τοὺς μικρῷ πρότερον ῥηθέντας* et e nostri fragmenti fine *οὐδὲ τοὺς Θετταλοὺς Ἕλληνος ἀπογόνους ὄντας ἑλληνίζειν*. Illa vero interpretatione salva nostro loco fortasse non male haberet, si quis rescribendum existimaret *Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσι τῷ γένει καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζουσιν οἱ ἀφ' Ἕλληνος* atque *οἱ ἀφ' Ἕλληνος* idque strictiori sensu intelligendum pro subjecto acciperet et ex articulo ante *ἀφ' Ἕλληνος* obliterato pronomen relativum post *εἰσίν* irrepsisse suspicaretur. Thessalos autem inprimis et ob generis originem et ob dialecti rationem pro Hellenibus propriis judicatos fuisse, testimonium cum Marxio ex Platonis Menone p. 82. b. affero, ubi

Meno Thessalus Socrati quaerenti: *Ἕλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει;* respondet: *πάνυ γε σφόδρα· οἰκογενής.* Dicaearchi igitur sententiam quae omni huic loco inest eam fuisse cogito: pro Hellenibus propriis judicandos esse proximos ipsius Hellenis et colonos et posteros in Thessaliae regione significata habitantes, quippe qui et generis originem ab Hellene repeterent et lingua Hellenica uterentur: Athenienses enim qui et genere Hellenes non essent et linguae speciem Atticam usurparent huc non referendos esse neque Dorienses neque Aeolios neque Iones, qui quanquam originem Hellenicam prae se ferrent dialectis tamen uterentur Dorica, Aeolica et Ionica. Attamen posteriora haec verba *ὥσπερ Δωριεὶς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ δωρίζουσιν* usque ad *φύντες* ad explicanda tantum verba *Ἀθηναῖοι ταῖς διαλέκτοις ἀττικίζουσιν* adnexa esse conjicere possumus. Si autem scriptor tota hac expositione Thessaliam Helladi vindicare studet, Athenienses simul qui genuinam linguam Hellenicam sibi potissimum vel sibi solis adscribere solerent cf. infra *ὅτι τὴν αὐτῶν φωνὴν καὶ τὴν πόλιν φασὶ τῆς Ἑλλάδος εἶναι* erroris convicturus fuisse videtur, eosdem quos verbis *τάχα δὲ φήσουσί τινες κ. τ. λ.* neque non *πρὸς μὲν τοὺς οὐχ ὑπολαμβάνοντας εἶναι τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος* significatos esse conjicio. Quod forsitan aliquis cum malevolo animo collocandum esse suspicetur, quo Dicaearchum in Athenienses omnino affectum fuisse ex nonnullis locis, ut supra indicavi, colligere possimus. Quod autem Athenienses genere Atticos esse dicit, id quod inprimis in nostra sententiarum oppositione originem Hellenicam penitus excludere apparet, conferenda est Atticorum ipsorum opinio se indigenas praedicantium et Herodoti notitia Atticam gentem Pelasgicam fuisse referentis, ita ut Hellenes ideo tantum existimandi viderentur, quod cum Ionibus immigrantibus sese commiscuissent cf. Thuc. I, 2. *τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί.* Strab. VIII, 333 *τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συ-*

νέβη, λεπτόγεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν ἀπορῥήτους μὲν εἶναι, καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναι διὰ τοῦτο φησὶν ὁ Θουκυδίδης, κατέχοντας τὴν αὐτὴν ἀεὶ μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων. **Herod. I, 57.** εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτο τὸ Πελασγικόν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος, ἐὸν Πελασγικόν, ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. **Aliam narrationem Strabo secutus est Iones genere ab Atheniensibus oriundos esse memoriae prodens cf. VIII, 383.** ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν παλαιὸν Ἴωνες ἐκράτουν ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες. **p. 333, quo loco in verbis** τοῦτο τοίνυν αὐτὸ καὶ τοῦ ἑτερογλώττου καὶ τοῦ ἑτεροεθνοῦς αἴτιον, ὡς εἰκός, ὑπῆρξε καίπερ ὀλίγοις οὖσιν **respicienti inprimis praecedentia** καὶ τὰ ἄλλα ἔθη πρὸς τὸ μὴ ὁμογενές **pro** ἑτεροεθνοῦς **vulgata** ἑτεροεθοῦς **rescribendum esse mihi videtur, Schol. ad Arist. Acharn. 104.** Ἴωνες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. τούτων δ' αὐτῶν τεσσάρων οὐσῶν τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμέν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι. **Cf. etiam Conon. narrat. 27. apud Phot. cap. 186. Eustath. ad Dionys. p. 109. Quodsi Herodotus gentem Atticam ex Pelasgica in Hellenicam commutatam linguam Hellenicam recepisse retulit, Dicaearchus contra aut ea in re plane dissensisse aut etiamsi idem censuerit illud tamen ita factum credidisse videtur, ut antiquae originis gravissima vestigia remanserint. De Ionibus universis valde mutatis cf. Heraclid. Pontic. apud Athen. XIV, 624. c.** Ἰώνων δὲ τὸ πολυ πλῆθος ἠλλοίωται διὰ τὸ συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀεὶ δυναστεύουσιν αὐτοῖς τῶν βαρβάρων. **Quem Vulcanius ante** Δωριεῖς **in texta intulit articulus male se habet propter Graecorum consuetudinem ea nomina propria, quae appositione accuratius illustrantur, sine articulo plerumque proferendi. Verba** ὥσπερ Δωριεῖς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ δωρίζουσιν **ut videtur typothetae vitio in Marxii**

Meno Thessalus Socrati quaerenti: *Ἕλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει;* respondet: *πάνυ γε σφόδρα· οἰκογενής.* Dicaearchi igitur sententiam quae omni huic loco inest eam fuisse cogito: pro Hellenibus propriis judicandos esse proximos ipsius Hellenis et colonos et posteros in Thessaliae regione significata habitantes, quippe qui et generis originem ab Hellene repeterent et lingua Hellenica uterentur: Athenienses enim qui et genere Hellenes non essent et linguae speciem Atticam usurparent huc non referendos esse neque Dorienses neque Aeolios neque Iones, qui quanquam originem Hellenicam prae se ferrent dialectis tamen uterentur Dorica, Aeolica et Ionica. Attamen posteriora haec verba *ὥσπερ Δωριεὶς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ δωρίζουσιν* usque ad *φύντες* ad explicanda tantum verba *Ἀθηναῖοι ταῖς διαλέκτοις ἀττικίζουσιν* adnexa esse conjicere possumus. Si autem scriptor tota hac expositione Thessaliam Helladi vindicare studet, Athenienses simul qui genuinam linguam Hellenicam sibi potissimum vel sibi solis adscribere solerent cf. infra *ὅτι τὴν αὐτῶν φωνὴν καὶ τὴν πόλιν φασὶ τῆς Ἑλλάδος εἶναι* erroris convicturus fuisse videtur, eosdem quos verbis *τάχα δὲ φήσουσί τινες κ. τ. λ.* neque non *πρὸς μὲν τοὺς οὐχ ὑπολαμβάνοντας εἶναι τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος* significatos esse conjicio. Quod forsitan aliquis cum malevolo animo collocandum esse suspicetur, quo Dicaearchum in Athenienses omnino affectum fuisse ex nonnullis locis, ut supra indicavi, colligere possimus. Quod autem Athenienses genere Atticos esse dicit, id quod inprimis in nostra sententiarum oppositione originem Hellenicam penitus excludere apparet, conferenda est Atticorum ipsorum opinio se indigenas praedicantium et Herodoti notitia Atticam gentem Pelasgicam fuisse referentis, ita ut Hellenes ideo tantum existimandi viderentur, quod cum Ionibus immigrantibus sese commiscuissent cf. Thuc. I, 2. *τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί.* Strab. VIII, 333 *τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συ-*

νέβη, λεπτόγεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν ἀπορρήτους μὲν εἶναι, καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναι διὰ τοῦτο φησὶν ὁ Θουκυδίδης, κατέχοντας τὴν αὐτὴν ἀεὶ μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων. Herod. I, 57. εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτο τὸ Πελασγικόν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος, ἐὸν Πελασγικόν, ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. Aliam narrationem Strabo secutus est Iones genere ab Atheniensibus oriundos esse memoriae prodens cf. VIII, 383. ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν παλαιὸν Ἴωνες ἐκράτουν ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες. p. 333, quo loco in verbis τοῦτο τοίνυν αὐτὸ καὶ τοῦ ἑτερογλώττου καὶ τοῦ ἑτεροεθνοῦς αἴτιον, ὡς εἰκός, ὑπῆρξε καίπερ ὀλίγοις οὖσιν respicienti inprimis praecedentia καὶ τὰ ἄλλα ἔθη πρὸς τὸ μὴ ὁμογενές pro ἑτεροεθνοῦς vulgata ἑτεροεθοῦς rescribendum esse mihi videtur, Schol. ad Arist. Acharn. 104. Ἴωνες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. τούτων δ' αὐτῶν τεσσάρων οὐσῶν τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμέν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι. Cf. etiam Conon. narrat. 27. apud Phot. cap. 186. Eustath. ad Dionys. p. 109. Quodsi Herodotus gentem Atticam ex Pelasgica in Hellenicam commutatam linguam Hellenicam recepisse retulit, Dicaearchus contra aut ea in re plane dissensisse aut etiamsi idem censuerit illud tamen ita factum credidisse videtur, ut antiquae originis gravissima vestigia remanserint. De Ionibus universis valde mutatis cf. Heraclid. Pontic. apud Athen. XIV, 624. c. Ἰώνων δὲ τὸ πολυ πλῆθος ἠλλοίωται διὰ τὸ συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀεὶ δυναστεύουσιν αὐτοῖς τῶν βαρβάρων. Quem Vulcanius ante Δωριεῖς in texta intulit articulus male se habet propter Graecorum consuetudinem ea nomina propria, quae appositione accuratius illustrantur, sine articulo plerumque proferendi. Verba ὥσπερ Δωριεῖς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ δωρίζουσιν ut videtur typothetae vitio in Marxii

editione omissa sunt. Pro *ἰάζουσι* in Stephani editione exhibetur *ἰωνίζουσι*, quanquam neque ab ipso neque ab ullo posterorum editorum adnotatum est, utrum ea lectio, per se aeque proba atque vulgata, codicis auctoritate an conjectura nitatur. Ceterum etiam apud Menandrum de encomiis p. 80 Hellenum stirpibus Aeolenses, Dorienses et Iones neque vero disertis saltem verbis Athenienses adnumerantur *τὸ μὲν τοίνυν Αἰολέων πολὺ ἰσχυρότερον, τὸ δὲ Δωριέων ἀνδρικώτερον, τὸ δὲ Ἰώνων ἐλλογιμώτατον*. Buttmanno denique omnem hunc fragmenti locum, quo Thessalia Helladi vindicatur, multo correctiorem quam ceteras ejus partes esse concedens nihilominus in sententiarum connexu et progressu satis multa reperi, quae mihi magnae sunt offensioni, ita ut singulas quidem sententias concinnas esse arbitrer, foedo autem modo ex sua genuina sede disturbatas esse conjiciam. Quo inprimis refero *ἔστιν οὖν ἡ Ἑλλὰς ὑφ' Ἕλληνος οἰκισθεῖσα πόλις τε καὶ χώρα* et statim deinceps *Ἑλλὰς μὲν οὖν ἐστι — εἵληφεν* et postea *ἡ δὲ Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ κεῖται*, quibus medelam quomodo afferam me nescire profiteor. Certum porro est locum Euripidis, quo Hellen Jovis filius refertur Hellenisque proles Aeolus cum filiis recensetur, falsissimam sedem occupasse eumque post verba *καὶ οἱ τούτων φύντες ἔκγονοι* collocandum esse magnam veri speciem habet. Cum aliqua quoque veri similitudine loci initium tale fuisse suspicari licet: *ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσα — πόλεως, ἡ οὖν Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ ἦν — Ἀττικῇ. Ἕλληνες μὲν γὰρ εἰσι — φύντες. ὁ γοῦν ποιητής φησι — Ἴλιον. ἔστιν οὖν ἡ Ἑλλὰς ὑφ' Ἕλληνος οἰκισθεῖσα πόλις τε καὶ χώρα*. Sed jam in iis quae sequuntur manum de tabula.

ὅτε ποτὲ ἦν. A Gailio qui haec verba uncis inclusa exhibuit versio loci minus accurata haecce profertur: „fuit igitur tempus quum Hellas hoc nomen haberet, in Thessalia sita, non in Attica." Verbis enim *ὅτε ποτὲ ἦν quum aliquando exstaret*, quae ab ipso Dicaearcho profecta esse plane non dubito, Hellas oppidum non ad posteriora

et certa historiae tempora, sed ad antiquissima et fere mythica pertinuisse significatur. Quae quidem res etiam Strabonis loco, quo diversas sententias de Hellade aut pro regione aut pro urbe judicanda de ejusque situ relatas legimus, satis confirmata est eademque verbis infra obviis ἡ γὰρ καλουμένη νῦν Ἑλλὰς λέγεται μέν, οὐ μέντοι ἐστί contineri videtur, nisi forte eo loco, cujus cum reliquis connexum investigare difficillimum est, Dicaearchum hanc sententiam elocutum esse conjicimus: Helladem ea sensus amplitudine qua suo tempore vulgo usurparetur nominari quidem, sed non exstare, quod (id quod ea in re decerneret) linguae genus ab Hellene oriundum ad Thessalos tantum pertineret, eorumque esset antiquissima et primitiva Graecorum lingua cf. Sturz de dialecto Maced. et Alex. l. c. Quum vero Dicaearcho Thessaliam Graeciae vindicaturo princeps vocis Ἑλλάς significatio inprimis demonstranda fuerit, Marxio non plane assentior eum ad locum Dicaearchi sententiam nimis argutam ad veritatem dicenti, quod ejus quidem aetate Helladis mentione facta nemo nisi doctus de prisca illa et fabulosa urbe cogitasse videretur.

ὁ γοῦν ποιητής φησι. Conjicere licet legendum esse ὁ γὰρ ποιητής φησι atque ita apud Gailium versum esse video: poëta *enim* dicit.“ Sed quanquam ea mutatio palaeographice pro nulla plane existimanda foret, γοῦν tamen particulam ab omnibus quoque editoribus reservatam, utpote restringendi sensu praeditam ideoque nostro loco, quo unus testis Homerus arcessitur, aptissimam tueor. Versus vero qui jam adscribitur Homericus Il. β, 684 legitur antecedente hocce οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Quod Dicaearchus denique verbis deinceps sequentibus locum Homericum interpretatur, Porphyrii de abstinent. IV, 2. locum quo Dicaearchus versus Hesiodeos commentari refertur ἃ δὴ καὶ ἐξηγούμενος ὁ Δικαίαρχος animadverto itaque conjecturam, qua Osannus ephemeridd. schol. l. l. Messenium hic illic in suis operibus poëtarum

locis explicandis vel critice constituendis operam dedisse suspicatus est, veri simillimam judico.

τοὺς περὶ τὴν Θετταλίας Φθίαν κατοικοῦντας. Quam lectionem Stephanus et Manzius exhibuerunt *Θετταλίαν* nescio num codicum auctoritate firmetur. Quum vero *Θετταλίαν* tanquam adjectivum considerare vix potuisse videantur, ideo recepisse quispiam conjiciat, ne *κατοικεῖν* absolute positum legeretur. Quod nunc ipsum non inquiro an unquam absolute usurpatum fuerit vel usurpari potuerit: nostro enim loco ejusmodi usus minime omnium in discrimen vocatur, quum *κατοικεῖν περὶ τὴν Φθίαν* a *κατοικεῖν τὴν Φθίαν* eo tantum differat, quod illa ratione vel Phthia cum vicinitate vel, ut in re non satis certa, ea fere regio in qua Phthia sita erat, hac autem accurate ipsa Phthia significatur. Praeterea maluissem *ἐν τῇ Θετταλίᾳ Φθίαν* vel *τὴν ἐν τῇ Θετταλίᾳ Φθίαν κατοικοῦντας* quam *περὶ τὴν Θετταλίαν Φθίαν κατοικοῦντας.* Sed quum vulgata probissima sit atque insuper nesciam, quomodo illi editores suam lectionem intellexerint, vel an ea ipsa typothetarum, non Stephani et Manzii ingeniis originem debeat, finem facio, ne *σκιαμαχοῦντος* instar disputare videar.

Ἕλληνας δὲ. Quos hoc loco Dicaearchus accurati et critici scriptoris historici studium prae se ferens inter se discernit, Achaei et Myrmidones ab Eustathio locum Iliadis citatum commentante pro iisdem judicantur *διότι καὶ οἱ ἐκεῖσε Μυρμιδόνες Ἀχαιοὶ ἐκαλοῦντο.*

Ἀχαιούς. Apud eundem Homerum hoc vocabulum arctiori quae hic obtinet et latiori significatione legitur, qua quidem posteriori ratione eadem lance cum *Ἀργεῖοι* et *Δαναοί* examinandum est cf. Thuc. I, 3. Ex ampliori Homerica significatione etiam Strabo usurpavit l. XIII, p. 600 *λέγουσι δ' οἱ νῦν Ἰλιεῖς καὶ τοῦτο, ὡς οὐδὲ τελέως συνέβαινεν ἠφανίσθαι τὴν πόλιν κατὰ τὴν ἅλωσιν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, οὐδ' ἐξελείφθη* (ita cum Corayo et Groskurdo pro vulgato *ἐξηλείφθη* legendum esse censeo) *οὐδέποτε.* Strictiori autem sensu de Thessalorum parte apud Thucy-

didem quoque reperitur VIII, 3. *χρήματα ἐπράξατο καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ Θεσσαλῶν ὑπηκόους.* Cf. etiam Schol. ad Il. *α*, 2 — *ὁ δὲ Ἀχαιὸς φύνον ἐμφύλιον δράσας παρεγένετο εἰς Θεσσαλίαν καὶ κυριεύσας τῆς χώρας τοὺς ὑποτεταγμένους ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν Ἀχαιούς.* Si vero Dicaearchus neque in superioribus ubi Dorienses, Aeolios et Iones commemoravit neque in sequentibus ubi Hellenis posteri recensentur Achaeorum mentionem fecit, hoc inde explicandum esse videtur quod eos sicut alii quoque scriptores cf. Strab. VIII, p. 335 *οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ Ἀχαιῶν Αἰολικοῦ ἔθνους* stirpi Aeolicae accensuerit et Xuthum, cujus filius Achaeus fuit, non ut alii plurimi scriptores cf. Strab. VIII, 383. *τοῦτον δὲ* (Hellenem) — *τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων παραδοῦναι τὴν ἀρχήν, τοὺς δ' ἄλλους ἔξω διαπέμψαι — ὧν Δῶρος μέν — Ξοῦθος δὲ κ. τ. λ. — τῶν δὲ τούτου* (Xuthi) *παίδων Ἀχαιὸς μὲν φύνον ἀκούσιον πράξας ἔφυγεν εἰς Λακεδαίμονα καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς ἐκεῖ κληθῆναι παρεσκεύασεν* Hellenis, sed cum Euripide conveniens cf. Ion. 63. *οὐκ ἐγγενὴς ὤν, Αἰόλου δὲ τοῦ Διὸς Γεγὼς Ἀχαιός* (hoc pro nomine gentili eo loco accipiendum videtur) Aeoli filium fecerit. Ex eo vero tempore, quo Graecia in provinciae Romanae formam redacta fuit, *Ἀχαιός* vocabulum omnino ad Graecos designandos usurpatum fuisse constat cf. Strab. VII, p. 329 *τήν τε Θρᾴκην ὁμοῦ καὶ Μακεδονίαν καὶ Ἤπειρον καὶ Ἀχαΐαν.* XVII, p. 840 *ἑβδόμην* (*στρατηγίαν*, provinciam imperii Romani) *δ' Ἀχαΐαν μέχρι* (quod hoc loco includentis, non excludentis esse Groskurdus rectissime animadvertit) *Θετταλίας καὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων καί τινων Ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν, ὅσα τῇ Μακεδονίᾳ προσώρισται.* Quo Hesychii quoque haec glossa referenda videtur t. I, p. 655. *Ἀχαιοί, οἱ Ἕλληνες. κυρίως δὲ Ἀχαιοί, οἱ κατοικοῦντες μέρος τι τῆς Πελοποννήσου τὴν καλουμένην Ἀχαΐαν.*

Μελίταιαν. Consentit Thucydides IV, 78. *ἦλθον*

[illegible]

Φθιώτιδός ἐστι τῆς προσχώρου τοῖς Μαλιεῦσιν, καὶ ἡ Ἅλος· διέχει δὲ Θηβῶν περὶ ἑκατὸν σταδίους

issime intellexit, quippe in quo dictum centum stadio- intervallum non ad Phylacen et Thebas, sed ad Halon Thebas pertinere perspicuum sit. Vulcanius quum verba καὶ Θήβας τὰς Ἀχαΐδας delenda censeret an repugnantiae quae inter Strabonem et Dicaearchum obtinet ita de medio tollendae consilium habuerit, nescio. Certo illud Hudsoni consilium fuit qui post πρότερον particulam τε inserendam et vocem πόλιν subintelligendam existimavit eaque ratione in versione latina quae eadem apud Gailium legitur locum reddidit: „et Thebas Achaidas olimque urbem Phylacen nominatam." Sed nulla mutatione opus est, quinimo nescio praesertim propter Thebas navium catalogo non memoratas an Dicaearchi sententiam veri similiorem accuratioremque dicam quam Strabonis aliorumque geographorum cf. Beck. l. l. p. 221. Neque impedimento est, si cognominis urbs Phylace sed ea, ut videtur, valde exigua prope Thebas sita in Phthiotide etiam posteriori tempore exstabat.

ὅθεν ἦν καὶ Πρωτεσίλαος ὁ στρατεύσας εἰς Ἴλιον. Quod de Phylace locus Homericus supra allegatus perspicue testatur τῶν αὖ Πρωτεσίλαος Ἀρήϊος ἡγεμόνευεν Ζωὸς ἐών neque non Strabo locis citatis Thebas et Phylacen in Protesilai ditione fuisse adnotavit cf. inprimis IX, p. 435. ἡ μὲν οὖν Φυλάκη ἐγγὺς Θηβῶν ἐστι τῶν Φθιωτίδων, αἵπερ εἰσὶ καὶ αὗται ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ. Protesilai sacrum a Thucydide memoratur l. VII, c. 102. καὶ μίαν μὲν ἐποκείλασαν κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσίλεω αὐτοῖς ἀνδράσι λαμβάνουσι.

μαρτυρεῖ δὲ καὶ Εὐριπίδης — καὶ οἱ τούτων φύντες ἔκγονοι. Qui jam leguntur Euripidis versus Valckenarius cf. diatrib. de Eurip. fragmm. p. 209 sq. ex prologo Sisyphi Euripidei repetitos esse statuit. Musgravius contra in Euripidis editione, ubi viginti tria fragmenta ex Aeolo affert t. II, p. 417, commemorat utpote fragmentum vicesimum tertium hos apud Dicaearchum versus. Dindorfius

quoque in scenicis Graecis hoc fragmentum primum ex Aeolo indicavit ibique Strabonis locum allegavit. In prologo quidem alicujus fabulae Euripideae sedem habuisse veri simillimum est, sed quo Sisypho eodem jure etiam Aeolo Euripidis accenseri potuerint, cujus Strabo mentionem fecit l. VIII, p. 356. *Σαλμώνη — ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς (Τυροῦς) Σαλμωνέα, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ φησίν* et ad quem hos versus ab Athenaeo allatos XIII, 566 b. *πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος* et XIII, 582 d. (in Machonis versibus) *καταπλαγεὶς δ' Εὐριπίδης τὴν τόλμαν αὐτῆς· καὶ γὰρ, ἔφη, τίς μοι δοκεῖς Σύ γ' αἰσχροποιός* pertinuisse Schweighaeuserus suspicatus est. De eodem schol. ad Arist. Nub. 1361. *ὡς ἐκίνει ἀδελφός· τὴν Καναχὴν ὁ Μακαρεύς — σημαοῦται δὲ τὸν Εὐριπίδου Αἴολον. ἐκεῖ γὰρ τὰς ἀδελφὰς γαμοῦσιν ἀδελφοί — γέγραπται δὲ δρᾶμα Εὐριπίδου Αἴολος λεγόμενον, ἐν ᾧ παρήγαγε Μακαρέα *), τὸν παῖδα Αἰόλου, φθείροντα Καναχὴν τὴν ἀδελφήν.* — Versu tertio qui sine ullo dubio ita scribendus est *Ἄθαμας τε Κρηθεύς θ' ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς* Gailius contra metri legem peccans alterum *τε* omisit atque Manzius praepositionem *ἐπί* et ob sensum et ob metrum necessariam per typographos, ut videtur, perdidit. Quod Hudsonus forsan et Crithea addendum esse existimavit, quam sententiam Gailius plane non intellexit, non Euripidis versus, sed ipsius Dicaearchi verba sine dubio respexit in iisque Crethei s. Crithei (Critheus enim non pro vitio tantum typographico judicandum est cf. Schol. ad Il. *β*, 591. *ἐξ Αἰόλου Κριθεύς, ὃς Ἰωλκὸν κατέσχε Πελασγοὺς ἐκβαλών. τούτου δὲ οἱ παῖδες Πελίας μὲν ἅμα Ἰάσονι Ἰωλκὸν ᾤκουν, Νηλεὺς Πύλον σὺν Ἀμυθάονι, Φέρης δὲ Φεράς.*),

*) Eadem persona Macareus locum, principem fortasse, habuit in Antiphanis comoedia Aeolo inscripta cf. Ath. X, p. 444. c. d. De Aeolo cf. praeterea Stobaei sermm. ed. Schow. I, p. 110. p. 410. Heeren ad Stob. Ath. IV, 159. c. Ath. XIII, 566 b. Valck. diatr. p. 146 sq. Schol ad Ran. vs. 874. vs. 1512.

qui a poëta inter Aeoli filios memoratus esset, mentionem desideravit. Qua in re praeter Hudsonum virorum doctorum neminem offensum fuisse miror: verbis enim *καὶ οἱ τούτων φύντες ἔκγονοι* Cretheus contineri non potest. Attamen ne Euripides quidem quem hoc loco ducem sequi Dicaearchus videtur omnes Aeoli liberos recensuit, quum ab Hesiodo praeterea cf. Schol. ad Pind. Pyth. IV, 252 Perieres, ab Apollodoro Deïon s. Deïoneus et Magnes cf. Beck. Anleit. z. Kenntn. d. allg. Welt- u. Völkergeschichte t. I, p. 210. O. Muell. Orchom. p. 139. et a Pausania V, 8. IV, 2. X, 38. VI, 21. 22. IX, 20. Aethlius, Macar (Macarius), Tanagra, memorentur*), ita ut Dicaearcho suffecisse nostro loco conjiciam principes tantum Aeoli filios commemorare. Addere praeterea licet, antiquissimam quoque famam nonnisi quatuor Aeolidas agnoscere videri cf. Mueller l. l. Ceterum dubium videri posset, num Dicaearchus Sisyphum, Athamantem et Salmonea pro Aeoli fratribus iisdemque Hellenis filiis habuerit, nisi ipse Euripidem pro posteriore sententia facientem allegasset. *θεοῦ μανείς* quod ad grammaticam conjunctionem cum *ὁρμηθεὶς θεοῦ* quod in Homeri Odyssea ϑ, 499 legitur componendum est. Sisyphum autem Corinthi, Salmoneum in Elide, Athamantem Orchomeni et Cretheum Iolci imperasse veterum fama est. Dicaearchum denique nostro loco non credo Dorienses, Iones et Achaeos ab Hellenibus sensu magis universo acceptis exclusisse, sed cum Euripide cf. Ionem compluribus locis vs. 542 sqq. vs. 1577 sqq. *Ξούθῳ δὲ καὶ σοὶ γίγνεται κοινὸν γένος Δῶρος μέν, ἔνθεν Δωρὶς ὑμνηθήσεται Πόλις κατ' αἶαν Πελοπίαν γ' ὁ δεύτερος Ἀχαιός, ὃς γῆς παραλίας, Ῥίου πέλας, Τύραννος ἔσται, κἀπισημανθήσεται Κείνου κεκλῆσθαι λαὸς ὄνομ' ἐπώνυμος* consentientem et Dorum et Achaeum et Ionem Aeoli posteros habuisse eamque ob rem illos quoque populos cum Aeolensibus comprehensos ab Aeolo deduxisse. Illam vero Euripidis genea-

*) Aeolus Eriphi, ut videtur, filius apud Athenaeum IV, 134. c.

logiam, qua Xuthus Ionis (Apollinis et Creusae filii secundum Scholia ad Nub. 1458), Dori et Achaei pater proditur, ex nimio Athenarum studio repetitam esse Muellerus Dor. I, 11 suspicatur. Quanquam nostro loco mirum videtur inter Aeoli filios, id quod cum Euripidis quoque sententia congruebat, Xuthum a Dicaearcho non nominatum esse. Aeolica autem omnino stirps, de qua accurate inquirere adhuc admodum operae pretium erit, multo olim majorem ambitum quam ceterae habuisse etiam ex Strabonis loco efficitur VIII, p. 333. *πάντες γὰρ οἱ ἐκτὸς ἰσθμοῦ πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων καὶ τῶν περὶ Παρνασὸν Δωριέων καὶ νῦν ἔτι Αἰολεῖς καλοῦνται — οὕτω δὲ τοῦ Αἰολικοῦ ἔθνους ἐπικρατοῦντος ἐν τοῖς ἐκτὸς ἰσθμοῦ καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν* cf. Mueller Orchom. p. 141. Athen. XIV, 624. c. ex Heraclide Pontico *τρία γὰρ καὶ γενέσθαι Ἑλλήνων γένη, Δωριεῖς, Αἰολεῖς, Ἴωνας. Θεσσαλοὶ δὲ (οὗτοι γάρ εἰσι τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους Αἰολεῦσι μεταδόντες) παραπλήσιον ἀεὶ ποιοῦνται τοῦ βίου τὴν ἀγωγήν.* Paus. X, 8, 4. *ἐκ δὲ Βοιωτῶν (Θεσσαλίας γὰρ καὶ οὗτοι τὰ ἀρχαιότερα ᾤκησαν καὶ Αἰολεῖς τηνικαῦτα ἐκαλοῦντο) κ. τ. λ.*

p. 148. *τὸ γὰρ ἑλληνίζειν ἐγώ φημι οὐκ ἐν τῷ διαλέγεσθαι ὀρθῶς, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τῆς φωνῆς.* Dicaearchus qui his verbis linguam Graecam Hellenibus potissimum vel adeo solis Thessaliam incolentibus vindicat eamque ceteris gentibus, inprimis quos tacite innuere videtur Atheniensibus correcta dicendi ratione utentibus derogat, a plerorumque scriptorum Graecorum usu longe discrepat, quippe qui *ἑλληνίζειν* verbum de universa lingua Graeca atque *βαρβαρίζειν* vocabulo oppositum usurpare soleant cf. Thuc. II, 68 de Amphilochis *ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμβρακιωτῶν.* Plat. Alcib. I, p. 111 a. *Ἀλκιβ. ἄλλα γοῦν πολλὰ οἷοί τ' εἰσὶ διδάσκειν σπουδαιότερα τοῦ πεττεύειν. Σωκρ. ποῖα ταῦτα; Ἀλκιβ. οἷον καὶ τὸ ἑλληνίζειν παρὰ τούτων ἔγωγε ἔμαθον.* Etymolog. Magn. *ἑλληνισμός ἐστι τὸ καθ'*

Ἕλληνας διαλέγεσθαι, τουτέστι τὸ ἀσολοικίστως καὶ ἀβαρβαρίστως διαλέγεσθαι. Sic etiam vocabula *Ἕλληνες* et *ἑλληνικός* apud scriptores Graecos haud raro de iis hominibus usurpantur, qui ubicunque locorum versabantur Graecorum disciplinam amplectebantur, quem in sensum Hesychii quoque glossa interpretanda est *Ἕλληνος — ἢ φρόνιμοι ἤτοι σοφοί* atque Isocrates Panegyrico *Ἕλληνος* appellationem dixit *μηκέτι τοῦ γένους, ἀλλὰ τῆς διανοίας εἶναι τεκμήριον.* Ita etiam Aristoteli apud Clearchum teste Josepho contra Apionem l. I. quidam gente Judaeus dicitur *Ἑλληνικὸς οὐ τῇ διαλέκτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ.* Versa autem vice *βάρβαρος* vocabulum principio, sicut apud Homerum Il. *β*, 867 factum est, de linguae ineleganti et aspera ratione (verba sunt Strabonis *περὶ τῶν δυσεκφόρως καὶ σκληρῶς καὶ τραχέως λαλούντων*) in usu fuit, donec posterioribus tandem temporibus ampliorem significationem nactum est cf. Herod. VIII, 20. IX, 43. Thuc. I, 3. Arist. Av. vs. 200. Strab. VIII, p. 370 atque inprimis XIV, p. 661 sqq.

ἐκείνους οὖν ἐροῦμεν τὴν Ἑλλάδα κατοικεῖν. Ad significatos supra Thessaliae incolas referendum, eoque modo in versione apud Gailium explicatum est: „eos igitur (Thessaliae incolas) etc.“

ἡ Ἑλλάς ἐστι. Quod Vulcanius scribendum existimavit *Ἑλλήνων ἐστί*, memoratu vix dignum est. Neque quidquam lucraremur, si eam lectionem accipientes aut ex genitivo *τῆς Θετταλίας* subjectum mente subintelligendum *ἡ Θετταλία* repeteremus aut ipsum illum genitivum in nominativum mutaremus.

ὡς νῦν ὀνομάζονται Ἕλληνες. His verbis ipse Dicaearchus perspicue indicavit *Ἕλλην* vocem sua aetate ampliorem significationem habuisse illamque strictiorem, qua de Thessalis interpretatus est, ex antiquis temporibus repetitam esse.

τῆς Ἑλλάδος αὐτὴν εἶναι. αὐτήν ad Thessaliam sine dubio pertinet, totiusque hujus sententiae non alius

videtur sensus esse quam hicce: „si Hellas ob singularem generis rationem Thessaliae adscribenda esset, oportere etiam Thessaliam ob communem cum ceteris Graecis originem Helladi ampliori sensu acceptae accenseri.“ Priori sententiae parte Hellenum strictiori significatione interpretandorum cum Thessalis cognatio, posteriori communis quae inter Thessalos et ceteros Graecos intercedebat ratio significari videtur.

ὅτι δὲ πᾶσα ἦν κατηριθμήμεθα Ἑλλάς ἐστι. Nihil mutandum neque facile intelligitur, qua de causa Vulcanius ea verba ita exhibenda censuerit: *ὅτι δὲ πᾶσα ἦν κατηριθμημένη Ἑλλάς, ἐπιμαρτυρεῖ κ. τ. λ.*

μεμφόμενος Ἀθηναίοις. Quod Salmasius ad Solin. p. 142 et de ling. Hellen. p. 168 exhibuit *μεμφομένους* et quod ita explicandum videtur, ut *μεμφομένους* ad *Θετταλούς* objectum ex superioribus subintelligendum referatur atque *οὕτως* non jam cum *λέγων*, sed cum *μεμφομένους* conjungatur, quanquam commodissimum sensum efficit, eam tamen potissimum ob causam rejicio, quod *λέγων οὕτως* in citando usitatissimum inter se divelli apte posse valde dubito.

ΑΥΤΟΥ ΤΙΝΕΣ. Vulgata ea hujus loci lectio est a Stephano, Zosimadibus necnon a Manzio in medium prolata, quam neutiquam commodum vel adeo nullum sensum continere perspicuum est, seu pro interrogativo seu pro indefinito pronomine accipitur *τινες*. Neque quidquam juvamur Vulcanii quam de suo codice protulit emendatione *αὐτοῦ τινος* neque Salmasii rationibus exercitatt. Plin. p. 100 *αὐτοῦ τινες* et de ling. Hell. p. 165. 409 *σαυτοῦ τι* legendum proferentis. Casaubonus rescribendum esse censuit *σεαυτοῦ* vel *τὴν σαυτοῦ*, similem in modum Marxius, quem Gailius deinde secutus est, *σαυτοῦ τιν'* exhibuit in praecedenti tamen versu *φωνήν* in tertium casum *φωνῇ* immutato et hoc utroque versu ita explicato: „si tu quaedam tua lingua dicis.“ Haec vero quam eandem fere jam Salmasius protulit loci interpretatio plane non pro-

banda est, etiamsi Marxius Thessalum vel Macedonem his versibus loqui cogitandum esse rectissime monuit. Hudsonus *ἄστοῦ τινος* pro genuina lectione vendidit ad eamque commendandam Athenienses peculiariter *ἀστούς* appellatos arcessivit. Veri maximam speciem, ut equidem crediderim, virorum doctorum opinio habet *αὐτόχθων* vocabulum in corruptela a codicibus exhibita latere. Ita Vindingius Hell. p. 323 *αὐτόχθονες*, Grotius autem *αὐτόχθονος* suspicatus est; quae quanquam defendi possunt, ita nimirum ut genitivus a *φωνήν* voce pendere cogitetur et *αὐτόχθονες* in eundem sensum cum sententia *αὐτόχθονές ἐσμεν* accipiatur (ceterum dubitare licet, num Posidippus, ut Vindingius censuit, ostendere hoc loco studuerit, voce *αὐτόχθων* ab ipsis usurpata ipsos Athenienses se negare Hellenes esse), praestantissimam tamen judico Manzii suspicionem *αὐτόχθον'* scribendum conjicientis idque Hesychio s. v. *αὐτόχθων*, *ἐντόπιος*, *ἐγχώριος*, *γνήσιος* teste advocato illustrantis atque cum *φωνήν* conjungentis. Atticos se *αὐτόχθονας* vocasse, ut in re in vulgus nota, testimoniis non indiget cf. ex. gr. Paus. II, 14, 4. Schol. ad Plat. ed. Ruhnk. p. 98., illud autem vocabulum etiam ad res non animatas relatam fuisse Manzius Luciani loco ex Pseudologista comprobavit: *ὥστε θᾶττον ἂν Ἐρεχθέα καὶ τὸν Κέκροπα ξένους ἀποφήναις καὶ ἐπήλυδας εἶναι τῶν Ἀθηνῶν, ἢ τὴν ἀποφράδα δείξειας οὐκ οἰκείαν καὶ αὐτόχθονα τῆς Ἀττικῆς.* Ad sensum autem nostri loci illustrandum satis commodum hunc Euripidis locum adscribo a Plutarcho de exilio ed. Wyttenb. t. III, 1, p. 436 memoratum *διὰ τοῦτο τῶν φρονιμωτάτων καὶ σοφωτάτων ὀλίγους ἂν εὕροις ἐν ταῖς ἑαυτοῦ πατρίσι κεκηδευμένους· οἱ δὲ πλεῖστοι μηδενὸς ἀναγκάζοντος αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἁράμενοι μεθωρμίσαντο τοὺς βίους καὶ μετέστησαν οἱ μὲν εἰς Ἀθήνας, οἱ δὲ ἐξ Ἀθηνῶν. Τίς γὰρ εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον οἷον Εὐριπίδης·*

ἦ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἔπακτος ἄλλοθεν.
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις

πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιμοι.

Celidonio quanquam in vertendo Grotii conjecturam αὐτόχθονος secutus est, non improbabile tamen fortasse censuit, si λέγῃς a sequentibus interpungendo separaretur et σεαυτοῦ τινὲς scriberetur („Attizi quando parli, atticizzamo alcuni de 'tuoi o sia tuoi"), contorta meo quidem judicio penitus ratione. Neque melior existimanda est Buttmanni sententia σαυτοῦ τιν' exhibentis et τιν' pro dativo τινὶ accepto locum ita reddentis: „wenn du deinen Dialekt mit jemand redeſt." Quomodo denique duo postremi versus cum praecedentibus cohaereant, non plane perspicio, quanquam per eos Atheniensibus aliquam dictionis vitiositatem crimini dari conjicio.

ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Confertur a Gailio utpote simillimus locus ex Aeschinis in Ctesiphontem oratione: μέχρι δεῦρο εἰρήσθω μοι.

τὴν διήγησιν πεποιημένοι si etiam cum τὴν δὲ Ἑλλάδα jungere quis vellet, talem conjungendi rationem similibus exemplis fulcire posset cf. v. c. Schol. Arist. Ran. 55 γέλωτα ἐποιεῖτο τοὺς ἐμπίπτοντάς τε καὶ ὠθοῦντας ἀπὸ τοῦ δίσκου.

καταπαύομεν τὸν λόγον. Quam Marxius sibi non displicere professus est lectionem καταπαύωμεν rejicio utpote oratori vel rhetori neque vero historiae scriptori aptissimam. τὸν λόγον nihil vetat de sermone simplicissime explicari, quanquam non solum apud antiquiores scriptores, ut logographos et Herodotum, sed etiam apud Xenophontem, cf. Anab. II, 1 ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ δεδήλωται. III, 1 ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται. IV, 1 et librorum in codice Parisino H. inscriptiones, de majoribus capitibus et libris in usu fuisse constat.

2) Fragmentum inter Dicaearchiana vulgo relatum, cui inscribitur *ἀναγραφὴ τοῦ Πηλίου ὄρους.*

Primum quaerendum est, quo jure fragmentum de Pelio monte qualecunque est Dicaearcho Messenio adscribatur. Holstenius se id fragmentum in codice regio Parisino reperisse ad Peirescium scriptum dedit, sed Manzius, qui ceteras ejus viri doctissimi schedas perscrutatus in lucem edidit, quum ea de re plane sileat, nihil in iis quod huc pertineat investigasse videtur. Primus e codice Gudiano Fabricius exscripsit et Hudsono cum ceteris geographorum Graecorum minorum reliquiis edendum transmisit, sed sicut ipse professus est eumque secutus Dodwellus diss. de Dic. ap. Gail. p. 41 affirmavit, auctoris nomen fragmento non praepositum fuit, nihil praefixum nisi titulus *ἀναγραφὴ τοῦ Πηλίου ὄρους.* **Quae quum ita sint, conjici posse videtur, si quis alius scriptor de monte Pelio investigatus fuerit, aliis quibusdam rationibus accedentibus, eum potius auctorem ejus Pelii descriptionis fuisse. Osannus, quum in Apoll. hist. 19 huncce locum legeret** *Ἡρακλείδης δὲ ὁ κριτικὸς* **(hanc enim ejus conjecturam loco vulgatae** *Κρητικός* **ardentissime amplector)** *ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων κατὰ τὸ Πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον, ἧς τὸν καρπὸν ἐὰν τρίψας μετ' ἐλαίου καὶ ὕδατος χρίσῃ τὸ αὐτοῦ* (vulg. *αὐτοῦ*) *ἢ ἄλλου σῶμα, χειμῶνος ὄντος οὐκ ἐπαισθήσεται τοῦ ψύχους* **et, citato quoque Plinii loco h. n. XII, 7, ex nostro fragmento** *φύεται δ' ἐν τῷ ὄρει καὶ καρπὸς ἀκάνθης κ. τ. λ.* **conferret, ejusdem fruticis utroque loco mentionem fieri et vel descriptionem utrobique similem esse animadvertens, conjecturam in medium proferri posse existimavit, qua Heraclides (in incerto tamen reliquit, utrum de Pontico an alio quodam cogitandum esset) Pelii descriptionem confecisset,**

unde nostrum fragmentum deinde consutum fuisset. Quanquam eam suspicionem, magis ut incertitudinem auctoris demonstraret quam ut Heraclidi serio vindicaret fragmentum, pronuntiasse videtur. Attamen sunt, quae mihi persuadeant, nostrum fragmentum e Dicaearchi opere repetitum esse, et ea statim deinceps exponentur. Singulare autem scriptum de illo monte Dicaearchum confecisse parum verisimile est, etiamsi multa memoratu digna et inprimis aliquot plantas singulari vi medicina praeditas continuerit, neque in Plinii loco h. n. II, 65 supra exscripto quidquam indicatum est, quo moveamur ut Dicaearchum de Pelio singulatim egisse credamus. Titulus qui praefixus est in codice fragmento *ἀναγραφὴ τοῦ Πηλίου ὄρους* non minus quam iste *ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος* mihi perquam suspectus et satis extremam aetatem redolere videtur. Qua aetate fere idem significasse crediderim quod *περιήγησις*, descriptio (similiter habet quod apud Scymnum Chium in periegesi legimus vs. 369 *Θεόπομπος ἀναγράφει δὲ ταύτης τὴν θέσιν.*), qualem notionem Dicaearchi aetati congruisse nego. Verum etiam quispiam suspicari possit, *ἀναγραφή* apud posteriores cum *ἐπιτομή* ejusdem significationis fuisse. Liceret denique conjicere, Dicaearchum, qualem fere sententiam Dodwellus habuit, opus confecisse *ἀναγραφὴ τῶν ὀρῶν* (secundum hunc virum doctum montium regni Macedonici) inscriptum, quanquam ex aliorum sententia ea *τῶν ὀρῶν ἀναγραφὴ* in *γῆς περιόδῳ* vel *βίῳ τῆς Ἑλλάδος* inclusa fuisse potuerit. Sed equidem eum titulum excerptori, non Dicaearcho vindico; ceterum, aliis quae adjici possint, conjecturis supersedens, quam diversa notio vocis *ἀναγραφή*, saepissime in librorum titulis quondam obviae exstiterit, animadverto. Inprimis vocabulum usurpatum fuit de recensibus, praecipue chronologicis et dramaticis, seu per ipsos magistratus conficiebantur et publice servabantur, seu publicis ejusmodi monumentis innitebantur. Hanc in rationem commemorantur *ἀναγραφὴ τῶν ἀρχόντων* per Demetrium Phalereum ex monumentis publicis in *μητρῴῳ*

Atheniensi collocatis confecta cf. Diog. Laert. I, 22. II, 7. Marcell. vit. Thuc. Thuc. ed. Goell. t. I, p. 27., *ἱεραὶ ἀναγραφαί* apud Diodorum Siculum I, 31 (*ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀρχαίων χρόνων ἔσχε κώμας ἀξιολόγους καὶ πόλεις πλείους τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς ὁρᾶν ἐστι κατακεχωρισμένον*), historia Tyriorum secundum similia monumenta publica composita *ἀναγραφή* cf. Tatian. orat. ad Graec. 58, apud Plutarchum Agesil. c. 19 *ἀναγραφαὶ Λακωνικαί* (in quibus nomina filiarum Agesilai indicata fuisse referuntur), *ἀναγραφὴ τῶν δραμάτων Callimachi* (vel pleno titulo *πίναξ* s. *ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν* cf. Meinek. quaestt. scen. spec. III, p. 3 sqq. Non discerno, utrum hoc scriptum operis Callimachei *πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων* inscripti caput an singulare opus, quae sententia Fabricii fuit et Meinekii esse videtur, exstiterit), *ἀναγραφαὶ* (*δραμάτων* s. *διδασκαλιῶν*) a grammaticis Pergamenis confectae cf. Athen. VIII, 336. e. *ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀπήντησα τῷ δράματι — ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς ἀξιωθέντι σύνοιδα. οὔτε γὰρ Καλλίμαχος οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι.* Ita vocabula *ἀναγράφω*, *ἀναγραφή* etc. de iis praecipue erant in usu, quae in archivis publicis, seu *ἐν στήλαις* seu *ἐν πίναξι*, erant deposita; quo etiam Xerxis ad Pausaniam epistola spectat cf. Thuc. I, 129 *κεῖταί τοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος*, quoniam apud reges Persicos recensus eorum qui beneficia in reges contulerant *Ὀροσαγγῶν* persice, *εὐεργετῶν* Graece dictorum instituebantur cf. Goeller ad Thuc. l. l. Etiam *ἱερὰ ἀναγραφὴ* Euemeri Messenii cf. Euseb. praep. evang. II, 2 eam ob causam ita dicta fuisse videtur, quod, secundum relationem quidem auctoris ficta plurima narrantis, fide monumentorum publicorum niteretur. Huc ad usum etiam spectat quod commemoratur *ἀναγραφὴ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων* (Menetor *περὶ τῶν ἀναθημάτων* Ath. XIII, 594 d.) et, quanquam publi-

corum monumentorum notio paululum recedit, Menodoti Samii τῶν κατὰ Σάμον ἐνδόξων ἀναγραφή cf. Ath. XV, 672. a. 673. d., cujus operis partem fuisse conjicio quod Athen. XIV, 655. a. laudatur περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας. Neque igitur veri simile est Dicaearchum singularem librum de Pelio confecisse neque tale aliquod opus neque operis majoris partem quae Pelion complecteretur ἀναγραφὴν τοῦ Πηλίου ὄρους dicturum fuisse. Nihilo minus nostrum fragmentum ex Dicaearchanis excerptum esse pro certissimo habeo. Rationem ejus rei ante omnia aliquam habendam esse existimo, quod fragmentum medium inter Dicaearchiana collocatum esse perhibetur: verba enim quibus magnum illud ex Βίῳ τ. Ἑλλ. excerptum finitur eadem etiam nostro adnexa sunt ὅτι ἡ μὲν Ἑλλάς κ. τ. λ. Vix enim credo excerptorem ex diversis scriptoribus repetita ita post se deinceps collocaturum fuisse, ut non adnotaret, cujus scriptoris haec illa pars esset. Cogita igitur in codice Gudiano, quanquam ea de re Fabricius nihil adnotavit, fragmentum de Pelio excepisse aliud fragmentum Dicaearchianum, cui nomen Dicaearchi praefixum fuerit. Osannus nimis caute versatus esse videtur, quum auctorem incertissimum esse existimaret et ex sede fragmenti a Dicaearchianis proxima nihil colligere auderet. Porro ex Plinii loco constat, Dicaearchum Pelium mensum fuisse et de ejus altitudine egisse. Quodsi autem in eo fragmento quod nobis superest altitudinis nulla mentio facta reperitur, hoc nulli alii rei, nisi casui, tribuendum est. Fieri enim potuit, ut excerptor, quae plurimae lectorum parti minoris momenti existimaret, plane neglecta omitteret. Neque vero credideris, singulare Dicaearchi opus de montibus exstitisse, in quo nihil nisi montium altitudines indicaret neque simul, quae in singulis montibus memoratu digna viderentur, referret. Atqui Suidas Dicaearchi, quem eundem γεωμέτρην designavit, opus citavit καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν. Quo in opere secundum G. Vossii sententiam etiam Pelii descriptio, unde nostrum frag-

mentum conglutinatum est, olim continebatur; neque non Marxius et Groddeckius dubitaverunt, utrum fragmentum ex hoc scripto an ex *vita Graeciae* repetitum esse existimarent, quanquam Marxius, sicut etiam Celidonio Errante, vitae Graeciae adscribere maluit. Sed illae ipsae *καταμετρήσεις τῶν Πελοποννήσου ὀρῶν*, sicut jam supra conjeci, pars tantum fuisse videntur majoris operis de montibus, Graeciae praesertim opinor seu, si cum Dodwello mavis, universi regni Macedonici, cujus reges Dicaearcho curam montium metiendorum commississe memorati sunt. Quod autem in nostro fragmento praeter ipsum montem etiam de urbe Demetriade sermo est et aliquando accuratior sermo fuisse videtur, rerum naturae convenientissimum existimo, quum ea urbs proxime a monte sita fuerit. Quo autem jure Buttmannus ex verbis *τὸ μὲν οὖν Πήλιον καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι* colligere potuerit, de montis Pelii altitudine in eo libro, unde excerptor hausit, verba facta non fuisse, mente equidem non assequor: primum enim, fac ista verba Dicaearchi genuina sint, tale illud minime omnium excludunt et deinde magnopere quaeritur annon ea verba excerptori, qui praeter Pelium etiam Demetriadem quanquam magis *ὡς ἐν παρόδῳ* descriptam deprehenderit, soli accensenda sint. Ceterum Buttmannus, quum eam sententiam haberet et eadem verba, quae in *βίου τῆς Ἑλλάδος* fragmento leguntur, *ὅτι ἡ μὲν Ἑλλὰς κ. τ. λ.* in nostris laciniis subnexa videret, Fabricio haec et reliqua jam in praecedentibus legi affirmante, Pelii nostram descriptionem *Βίῳ τῆς Ἑλλάδος* vindicavit et in editione sua fragmentis ejus libri adjecit. Quam contra conjecturam cum Osanno hoc potissimum profero, quod *βίος τῆς Ἑλλάδος*, si ceteras partes, sicuti de bono scriptore cogitare par est, simili ratione tractatas fuisse statueremus, immensae magnitudinis fuisse efficeretur. Neque in duobus iis fragmentis eandem tractandi materias rationem reperio, sicut Buttmannus; contra in illo *Βίου ἀποσπασματίῳ* plurima brevissime confecta, hic singula fusius et accuratius enarrata animadverto.

Quanquam ea in animadversione non multum momenti collocо, quum nesciamus quid hac in re excerptori et quid scriptori tribuere debeamus. Sed, ne minus recte mea qualiscunque est sententia intelligatur, Buttmanno et mihi plane convenit, quod etiam nostrum de Pelio fragmentum non pro genuino Dicaearchiano loco habeo, sed pro compilatione ex scripto Dicaearchi confecta, in qua non minus sincerum Messenii stilum quam excerpentis nebulonis volas observare liceat. Ipsum initium per ὅτι factum excerptorem satis aperte declarat, quippe per quam particulam plurima excerpta incipi solita fuisse in vulgus constet cf. quem exempli causa adscribo locum Etymol. M. p. 740, ubi v. χίλιοι ex Characis opere περὶ ὀρθογραφίας excerptum profertur ὅτι τεσσάρων ὄντων τῆς ὀρθογραφίας κανόνων ἡ μὲν ἀναλογία τῷ τεχνικῷ ἐστὶ κανόνων ἀπόδοσις, et in codice ipso Gudiano locum, quo novum excerptum initium habet καὶ ὅτι ἡ μὲν Ἑλλάς κ. τ. λ. Praeterea si connexum sententiarum hoc in fragmento consideramus, valde offendamur necesse est. Primum enim mons magnus et silvestris, mollis et fecundus esse dicitur, singulae deinde arbores et plantae enumerantur et partim accuratius exponuntur, tunc ad montis situm sermo subito vertitur et denique iterum de plantis nonnullis vi medicina praeditis disseritur. Quae ita comparata sunt, ut conjecturam non plane rejiciendam arbitrer, qua excerptorem aut multa Dicaearchianorum plane omisisse vel Dicaearchiana perverso ordine turbasse aut ex diversis Dicaearchi locis de Pelio sua repetiisse aut etiam praeter Dicaearchiana aliorum quoque scriptorum locos exscripsisse conjiciamus. Narratur quoque de planta singulari vi praedita eum in modum, ut cum scriptore mendaci rem tibi esse fere suspiceris. Stilus partim optimae notae isque nonnullis locis, qui depravati critice sunt, etiamnunc in meliorem partem restitui potest, partim ita comparatus, ut aperta excerpentis vestigia non observari nequeant. Quo inprimis refero haecce satis prope se excipientia ἔστι δ' ἐν αὐτῷ, γίνεται δ' ἐν αὐτῷ, ὕλης δ' ἐν αὐτῷ et voca-

bulum ὄρος idem sexcenties molestissimo modo repetitum τοῦ δὲ ὄρους, πᾶν δέ ἐστι τὸ ὄρος, φύεται δ' ἐν τῷ ὄρει, ποταμοὶ δὲ διὰ τοῦ ὄρους, ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς et sic porro. Excerptoris autem vitio factum, ut nonnulli loci corrumperentur, sicut ille, in quo supersunt verba δοκεῖν ἔχειν ἐπικίνδυνα extra omnem connexum collocata.

Ὅτι τὸ καλούμενον Πήλιον ὄρος μέγα τ' ἐστὶ καὶ ὑλῶδες, δένδρα ἔχον τοσαῦτα καρποφόρα, ὅσα καὶ τὰς τῶν γεωργουμένων συμβαίνει χώρας. τοῦ δὲ ὄρους ἡ μεγίστη καὶ λασιωτάτη ῥίζα τῆς πόλεως κατὰ μὲν πλοῦν ζ' ἀπέχει στάδια, πεζῇ δέ κ'. πᾶν δέ ἐστι τὸ ὄρος μαλακόν, γεώλοφόν τε καὶ πάμφορον· ὕλης δ' ἐν αὐτῷ πᾶν φύεται γένος· πλείστην δ' ὀξύην ἔχει καὶ ἐλάτην, σφένδαμνόν τε καὶ ζυγίαν, ἔτι δὲ κυπάρισσον καὶ κέδρον· ἔστι δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἄνθη, τά τε ἀγρια καλούμενα λείρια καὶ λυχνίδες· γίνεται δ' ἐν αὐτῷ καὶ βοτάνη ἐν τοῖς χερσώδεσι μάλιστα χωρίοις καὶ ΡΙΖΑ ΔΕΝΔΡΟΥ ἥτις τῶν ὄφεων δήγματα ἰᾶται ΔΟΚΕΙΝ ΕΧΕΙΝ ΕΠΙΚΙΝΔΥΝΑ, τοὺς μὲν ἐκ τῆς χώρας ἐν ᾗ πέφυκε τῇ ὀσμῇ μακρὰν ἀπελαύνει, τοὺς δὲ ἁψαμένους αὐτῆς ἀναιρεῖ· τοιαύτην τὴν δύναμιν ἔχει, τοῖς δ' ἀνθρώποις ἡδεῖα καταφαίνεται· τῇ τοῦ θύμου γάρ ἐστιν ἀνθοῦντος ὀσμῇ παραπλησία, τοὺς δὲ δηχθέντας ὑφ' οὑποτοῦν ὄφεως ἐν οἴνῳ δοθεῖσα ὑγιάζει· φύεται δ' ἐν τῷ ὄρει καὶ καρπὸς ἀκάνθης ταῖς λευκαῖς παραπλήσιος μύρτοις· ὃν ὅταν τις τρίψας ἐλαίῳ καταχρίσαι τὸ σῶμα, τοῦ μεγίστου χειμῶνος οὐ λαμβάνει τὴν ἐπαίσθησιν ἢ πάνυ βραχεῖαν, οὐδ' ἂν ἐν τῷ θέρει τοῦ καύματος καταμάθοι, κωλύοντος τοῦ φαρμάκου τῇ αὐτοῦ πυκνώσει τὸν ἔξωθεν ἀέρα διϊκνεῖσθαι τοῦ σώματος. σπάνιος δ' ἐστὶν ὁ καρπὸς οὗτος καὶ ἐν φάραγξι καὶ ἐν τόποις φυόμενος ἐπικρήμνοις, ὥστε μόλις μὲν εὑρεῖν, ἂν δ' εὕρῃ τις, μὴ εὐχερῶς δύνασθαι λαβεῖν, ἂν δ' ἐπιχειρῇ λαμβάνειν, κινδυνεύειν ἀπὸ τῶν πετρῶν κατακυλισθέντα διαφθαρῆναι· μένει δ' ἡ δύναμις ἕως ἐνιαυτοῦ, χρονισθεῖσα δ' ἀπόλλυσι

τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν. ποταμοὶ δὲ διὰ τοῦ ὄρους ῥέουσι δύο, Κραυσίνδων τε καλούμενος καὶ Βρύχων· ὁ μὲν τοὺς ὑπὸ ταῖς τοῦ Πηλίου (ῥίζαις) γεωργουμένους ἀρδεύων ἀγρούς· ὁ δὲ παραῤῥέων μὲν τὸ τῆς Πηλαίας ἄλσος, ἐκβάλλων δὲ εἰς θάλασσαν. ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς σπηλαιόν ἐστι τὸ καλούμενον Χειρώνιον καὶ Διὸς ἀκραίου ἱερόν, ἐφ' ὃ κατὰ κυνὸς ἀνατολὴν κατὰ τὸ ἀκμαιότατον καῦμα ἀναβαίνουσι τῶν πολιτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντες, ἐπιλεχθέντες ἐπὶ τοῦ ἱερέως, ἐνεζωσμένοι κώδια τρίποκα καινά· τοιοῦτον συμβαίνει ἐπὶ τοῦ ὄρους τὸ ψύχος εἶναι. τοῦ δὲ ὄρους ἡ μὲν πλευρὰ παρά τε τὴν Μαγνησίαν καὶ Θεσσαλίαν παρήκει, πρός τε ζέφυρον καὶ ἡλίου δύσιν ἐστραμμένη· ἡ δ' ἐπὶ τὸν Ἄθω [καλούμενον] πᾶσαν καὶ τραχεῖαν τὴν εἰς τὴν Θεσσαλίαν ἐστραμμένην χώραν· τὸ δὲ ὄρος πολυφάρμακόν τέ ἐστι καὶ πολλὰς ἔχον καὶ παντοδαπὰς δυνάμεις τάς τε ὄψεις αὐτῶν γινώσκουσι καὶ χρῆσθαι δυναμένοις· μίαν δέ τινα ἔχει καὶ ἄλλας (δυνάμεις) ἀνομοίους· — (lacunam statuo) φύεται δὲ τὸ δένδρον τῷ μεγέθει μὲν οὐ πλέον ἢ πήχεος τὸ ὑπὲρ γῆς φαινόμενον, τῇ δὲ χρόᾳ μέλαν· ἡ δὲ ῥίζα ἕτερον τοσοῦτόν ἐστι κατὰ γῆς πεφυκυῖα· τούτου δὲ ἡ μὲν ῥίζα τριφθεῖσα λεῖα καὶ καταπλασθεῖσα τῶν ποδαγρώντων τοὺς πόνους ἀφίστησι καὶ κωλύει τὰ νεῦρα φλεγμαίνειν· ὁ δὲ φλοιὸς λειανθεὶς καὶ μετ' οἴνου ποθεὶς τοὺς κοιλιακοὺς ὑγιαίνει· τὰ δὲ φύλλα τριφθέντα καὶ ἐγχρισθέντα εἰς ὀθόνια τῶν ὀφθαλμιώντων καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος κατατεινομένων καὶ κινδυνευόντων ῥαγῆναι τὴν ὄψιν τὴν ἐπιφορὰν τοῦ ῥεύματος ἀναστέλλει πρᾴως καὶ ὡσανεὶ παραιτουμένην μηκέτι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς φέρεσθαι. ταύτην δὲ τὴν δύναμιν ἓν τῶν πολιτῶν οἶδε γένος· ὃ δὴ λέγεται Χείρωνος ἀπόγονον εἶναι· παραδίδωσι δὲ καὶ δείκνυσι πατὴρ υἱῷ καὶ οὕτως ἡ δύναμις φυλάσσεται, ὡς οὐδεὶς ἄλλος οἶδε τῶν πολιτῶν· οὐχ ὅσιον δὲ τοὺς ἐπισταμένους τὰ φάρμακα μισθοῦ τοῖς κάμνουσι βοηθεῖν, ἀλλὰ προῖκα. τὸ μὲν οὖν Πή-

λιον καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι. ὅτε ἡ μὲν Ἑλλ. κ. τ. λ.

τὸ καλούμενον Πήλιον ὄρος. Quod hoc loco praepositum est τὸ καλούμενον tantum abest, ut a Dicaearcho ipso profectum esse credam, ut magnopere claudicare sentiam pariter atque quae in anagraphe Graeciae sexcenties occurrunt legentibus λεγόμενος, καλούμενος, ἐπικεκλημένος, ὠνομασμένος et similia. Sed cave hoc additamentum reddas per nostrum der ſogenannte (Berg Pelion), vertas potius (der Berg)welcher (Pelion) heißt, sicut et infra Κρανσίνδων τε καλούμενος καὶ Βρύχων fluvii sunt, quorum alter Crausindo, alter Brycho nominatur. In verbis autem ad quae deinde perventuri sumus σπηλαιόν ἐστι τὸ καλούμενον Χειρώνιον quod τὸ καλούμενον adjectum est optime habet.

ὑλῶδες. Idem fere hoc loco refertur, quod paulo infra accuratius exponitur ὕλη δ' ἐν αὐτῷ πᾶν φύεται γένος et universa haec prima sententia, sicut etiam fortasse quae postea legitur γίνεται δ' ἐν αὐτῷ καὶ βοτάνη — καὶ ῥίζα δένδρου, nihil aliud quam argumentum loci Dicaearchiani indicare mihi videtur. Ceterum quod ad rei proditae veritatem jam Homerus testis advocari potest, quem Πήλιον εἰνοσίφυλλον dixisse constat cf. Strab. I, p. 27. De eo monte praeterea, quem Dodwellus itin. II, 1, p. 173 nunc Plesnid, interdum etiam S. Georgi montem nominari dicit, cf. Strab. IV, p. 208, ubi inter maximos Graeciae montes refertur, IX, p. 438. 439. 441. Singularis autem et accurata ejus descriptio nusquam alias, quod equidem sciam, legitur.

τὰς τῶν γεωργουμένων συμβαίνει χώρας. Non plane intelligitur, quamnam ob causam scriptor non potius dixerit τὰς γεωργουμένας χώρας vel τὰ γεωργούμενα vel etiam τοὺς γεωργουμένους ἀργούς. Quanquam cave ad τῶν γεωργουμένων quidquam supplementi, sicut ἀγρῶν, necessarium habeas; genitivus est neutrius pluralis; neve τῶν γεωργουμένων pro medio accipias et idem quod

τῶν γεωργούντων vel γεωργῶν esse censeas. Ad illum autem accusativum apparet ex praecedentibus ἔχειν infinitivum repetendum esse, et verbum συμβαίνω animadverte seu Dicaearcho seu, id quod mihi veri similius esse videtur, excerptori plurimo in usu fuisse videri cf. in nostri fragmenti exitu τὸ μὲν οὖν Πήλιον καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι, in Βίου frustulis in Thebarum descriptione τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας συμβαίνει τοιούτους εἶναι ibidemque in exponenda Chalcide καθ' ἃ συμβαίνει τὴν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἶναι πύλην.

τοῦ δὲ ὄρους ἡ μεγίστη καὶ λασιωτάτη ῥίζα τῆς πόλεως κ. τ. λ. Ex singulis hujus sententiae verbis vel obiter tantum consideratis perspicitur in praecedentibus et de montis radicibus et de urbe prope sita sermonem fuisse. Atqui cognominis monti olim exstitit urbs, pariter atque ad Oetam Oeta oppidum situm fuit cf. Dodwell. itin. II, 1, p. 167. Sed non minus de hac urbe, quam de aliis quibusdam in montis vicinia sitis cogitandum non esse, postrema fragmenti verba τὸ μὲν οὖν Πήλιον καὶ τὴν Δημητριάδα κ. τ. λ. docere mihi videntur. Neque enim est qui τὴν Δημητριάδα aliter quam de urbe — fortasse de herba quadam medicina apud Dicaearchum commemorata? — interpretetur, et quae de situ Demetriadis urbis maritimo referuntur nostro loco satis congrua sunt. Dicitur enim Demetrius Poliorcetes ex octo urbibus hanc unam inter Neliam et Pagasas effecisse maritimam, qua reges Macedonum per multum temporis deinde usi sunt navium suarum statione et munimento totius Graeciae firmissimo. Rudera quaedam ejus oppidi inter eaque stadium et hippodromum Dodwellus detexisse sibi visus est cf. Itiner. II, 1, 165. Classicus de Demetriade locus Strabonis est IX, p. 436. τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίοις ὑπέρκειται τῆς Θαλάσσης Ἰωλκός. ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγασῶν ἐπὶ θαλάσσῃ, τὰς πλησίον πολίχνας εἰς αὐτὴν συνοικίσας, Νηλίαν τε καὶ Παγασὰς καὶ Ὁρμένιον· ἔτι

δὲ Ῥιζοῦντα, Σηπιάδα, Ὀλιζῶνα, Βοίβην, Ἰωλκόν· αἳ δὲ νῦν εἰσι κῶμαι τῆς Δημητριάδος. καὶ δὴ καὶ ναύσταθμον ἦν τοῦτο καὶ βασίλειον μέχρι πολλοῦ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Μακεδόνων· ἐπεκράτει δὲ καὶ τῶν Τεμπῶν καί τῶν ὀρῶν ἀμφοῖν, τοῦ τε Πηλίου καὶ τῆς Ὄσσης. νῦν δὲ συνέσταλται μέν, τῶν δ' ἐν τῇ Μαγνησίᾳ πασῶν ὅμως διαφέρει. cf. etiam p. 438. ἔστι δ' ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κώμη κατὰ τὸν Παγασητικὸν κόλπον τῶν συνῳκισμένων εἰς τὴν Δημητριάδα πόλεων, ὡς εἴρηται et p. 441. τοὺς τὰ ἑῷα κατέχοντας τὰ περὶ Γυρτῶνα — καὶ Πήλιον καὶ τὰ περὶ Δημητριάδα. Ceterum non adsunt mihi alii geographorum loci, quos cum Dicaearchiana itineris computatione comparem eamque inde aut rectam aut falsam esse demonstrem.

μαλακόν, γεώλοφόν τε καὶ πάμφορον. Quomodo haec verba interpretanda censeam, ad fragmentum *Βίου* in Thebarum descriptione cf. vv. κάθυδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος exposui. πάμφορος denique animadvertendum est, quanquam principi significatione eundem sensum habet ac πάντα φέρον cf. Hesych. t. II, p. 849, nihil tamen aliud deinde denotare quam fertilissimum cf. Etym. Gud. p. 640. φορὸς καὶ ἡ γῆ καρπῶν· καὶ πάμφορος γῆ ἡ παντοίους καρποὺς φέρουσα. Suid. t. III, p. 15. πάμφορος, παντοῖα φέρων.

ὕλης. Quanquam vulgata lectio ὕλη explicari atque defendi facillime posset, πᾶν γένος accusativum nobis statuentibus adverbiali sensu prolatum idemque ac si scriptor dixisset παντοίου γένους vel ὕλη παγγενής significari existimantibus, neque ei interpretationi obstaret quod πᾶν γένος vocabulo φύεται interruptum est: istud tamen σ in syllaba finali omissum soli librarii negligentiae tribuo neque, quod aliis sexcentis locis valet, huc pertinere crediderim, facilius dico intellectu esse, quomodo difficilior lectio faciliori quam versa vice cesserit. Recentiores quoque omnes editores praeter Zosimades, quanquam et hi in adnotatione genitivum amplectendum dicunt, ὕλης exhibuerunt.

quentis consuetudinem
iis locis in terminandi
qua ἀφορίζειν ibi uti
negaverim idemque ego
ἀφορίζειν apud Apollonii Rho
(τὸ Ἄργος) τῆς Πελοπ
episse, id quod ex princip
verbum compositum est, re
locum atque verba ex
τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζω
fragmenti τὴν δὲ Ἑλλ
ἐταλῶν σταμπου καὶ το
suspicemur fere neces
esse. Quum vero in
num reperiatur, etiamsi
strorum contextu post στε
posuerunt, conjectura
rptorem accuratiorem lo
stremus est in brevius eff
tare possumus, quin ne
rba critice constituturi
enti restituendo certum
is. Quae ibi in codi
l, sicut ex Stephani n
entis annotatione effic
sperata fuit et omnino
a judicanda, quae qu
iquis quoque deinde
n quanquam multa
μπῆς de Thessalia
κους de Tempesi
simadibus compro
essalica Tempe
candum, ποταμ
a appellativa,
γνήτων Ὀμο

vocabulum recte se habere. *δένδρου* vero, quod etiam Osannum l. l. magnopere offendit, statuendum esset falsissime huc irrepsisse, nisi vero, ratione verborum paulo infra obviorum habita, et *καί* particula ejecta, locum talem fuisse suspicamur: *ῥίζαν δὲ δοκεῖ ἔχειν δένδρου.* Utut autem est, nisi magnopere fallor, utrumque vocabulum excerptoris additamentum est, qui quod infra de arboris cujusdam radice medicina proditur brevissime indicaturus fuit simul cum argumento hujus proximi loci, ita nimirum: *γίνεται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη καὶ ῥίζα δένδρου.* Neque enim dubito, quod in codice ms. legitur, *ῥίζα δὲ ἥδρου*, sicut jam Salmasius voluit, calami lapsum pro *ῥίζα δένδρου* esse et Gudii conjecturam *ῥίζα δὲ ἡ ἄρου*, quam Plinii loco h. n. XXIV, c. 16. (de ari radice) „serpentes nidore, cum crematur, privatimque aspides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inveniantur" firmavit, mihi persuadeo, et quod ad palaeographicam et quod ad radicis descriptae rationem, a nostro loco maxime alienam esse.

ΔΟΚΕΙΝ ΕΧΕΙΝ ΕΠΙΚΙΝΔΥΝΑ. Haec verba olim eodem vel simili modo (fortasse fuit *δοκεῖ*) prolata in aptissimo sententiarum connexu apud Dicaearchum esse potuerunt; per excerptorem autem loci verba pro lubitu ineptissime omittentem ita suo sensu privata esse videntur. Quanquam statuere quoque licet iis verbis, quibus nonnulla alia fortasse adjecta fuerint, excerptorem hujus loci argumentum indicare voluisse. Ceterum si pro Dicaearcheis quanquam habitu suo et loco motis consideramus, audacior jam exercenda erit medendi ratio, veluti quae mihi in mente versatur haecce: *ἥτις τῶν ὄφεων δήγματα ἰᾶται καὶ τοῖς δ' ὄφεσιν αὐτοῖς δοκεῖ ἔχειν ἐπικίνδυνα* (vel *εἶναι ἐπικίνδυνος*)· *τοὺς μὲν γὰρ κ. τ. λ.* Fabricius qualia in libro ms. leguntur talia idem exhibuit. In ejus autem (seu dicas Hudsoni) versione apud Gailium locus ita translatus reperitur: *periculosissimis* serpentum morsibus medetur." Qui reddidit, nisi eum *δοκοῦντ' ἔχειν ἐπικίνδυνα* (qua in conjectura Buttmannus recte se dicit offendi notione, qua

morsus periculosi *videri* dicantur) legendum conjecisse arbitramur, locum corruptum ex sensu, quem subesse potuisse crederet, non ex verbis accurate consideratis reddidisse apparet. Marxius de loco restituendo desperavit. Quam in medium protulit Buttmannus, conjectura *δοκεῖ δ' ἔχειν ἐπικίνδυνα* tantum abest ut ulcera persanet, ut quae suppurantia antea fuerunt in totius foeditatis conspectu collocet. Rectissime enim ante verba *τοὺς μὲν ἐκ τῆς χώρας κ. τ. λ.* sententiam talem, qua ista planta *ipsis serpentibus periculosa esse* disertis verbis praedicaretur, desiderari Osannus monuit (alias enim *τοὺς μὲν κ. τ. λ.* non haberent, quo apte referremus) eaque ratione aut *δοκεῖ δ' ἔχεσιν ἐπικίνδυνος* aut *δοκεῖ δ' ἔχειν ἔχεσιν ἐπικίνδυνα* scribendum proposuit. Qua in emendatione etiamsi de palaeographica facilitate non dubito, magnopere tamen displicet, quod scriptor, quum vixdum *ὄφεων* protulisset, verbis deinde ita variaverit. Utcunque denique de illis verbis sentimus, ante verba *τοὺς μὲν κ. τ. λ.* sententiam qualem supra significavi vel similem desiderari perspicuum est.

ἀχρειοῖ in versione apud Gailium recte translatum: „omni facultate nocendi exuit."

κάρον καταχέουσα. *κάρος*, quod etiam de vertigine possis, de sopore in torporis modum excedente interpretor cf. Plinii locum supra adscriptum. Ad vocabulum illustrandum, de quo conferas Etym. M. p. 446. Hesych. t. II, p. 152. Suid. t. II, p. 246, egregie facit Porphyrii locus *περὶ ἀποχ. τ. ἐμψ.* I, 27. *καὶ πᾶν καρωτικόν, ἀργίας τε καὶ λήθης ποιητικόν, εἴτε ὀσφραντόν, εἴτ' ἐπίχριστον.* Quod loco codicis scripturae a Salmasio prolatum est (in Gailii editione *καταχέασσα* vitium typographicum crediderim) et in editione Manzii probatum *καταχέασα*, equidem non substituo, quum contra praesentis participium cum verbo finito arctissime et fere dixerim gerundive copulatum praestare hoc loco mihi videatur participio aoristi. Fabricius denique Sexti Empirici locum Pyrrhon. hypotyp. I, c. 14. huncce contulit: *ἔχιδνα δὲ θιγόντος αὐτῆς μόνου*

φηγοῦ κλάδου (ς) καροῦται· καθάπερ καὶ νυκτερίς, πλατάνου φύλλου.

ἀναιρεῖ. Scriptor vix credi potest pronuntiaturus fuisse, eos serpentes qui illam plantam tangerent odore interimi — cur enim accedere debuit tactus? — sed dicit vi mortifera exstingui, quae a serpentibus tactu excepta per eorum corpora penetrat. τῇ ὀσμῇ enim, quod post ἀναιρεῖ in codice et in omnibus editionibus appositum legitur, aut librario debetur, qui quum in praecedentibus legisset etiam hoc loco subintelligendum esse credidit singulas sententiae partes parum considerans, aut a suo loco, quem post vel ante κάρον καταχέουσα habuisse suspicari licet, huc immigrasse statuendum est. Denique non tolero; si tolerare me posse crederem, αὐτῆς quod cf. supra ἐγγίσαντας nullo modo necessarium est in αὐτῇ commutarem, ita ut haberemus αὐτῇ ἀναιρεῖ τῇ ὀσμῇ, ipso, solo odore interimit. Ceterum omnis hic locus ita legendus esse mihi videtur: τοὺς μὲν ἐγγίσαντας ἐκ τῆς χώρας ἐν ᾗ πέφυκε τῇ ὀσμῇ μακρὰν ἀπελαύνει ἢ καὶ ἀχρειοῖ κάρον καταχέουσα, τοὺς δ' ἁψαμένους αὐτῆς ἀναιρεῖ: non enim mente assequor quae sit cogitationum progressio vel oppositio inter τοὺς μέν atque τοὺς δ' ἐγγίσαντας, quanquam bene scio posse quempiam ita explicare, ut sit τοὺς μέν cum ἐκ τῆς χώρας fere conjungendum eo sensu: τοὺς μὲν ἐν τῇ χώρᾳ ὄντας (vel πρότερον ὄντας) ἐκ τῆς χώρας κ. τ. λ. At non magnopere placeret.

τοιαύτην τὴν δύναμιν ἔχει. δύναμις hoc loco principem suam retinet significationem, de vi atque sigillatim de vi serpentibus pestifera et hominibus salutari; ceteris deinde fragmenti locis ubi legitur, cf. μένει δ' ἡ δύναμις ἕως ἐνιαυτοῦ (ita etiam χρονισθεῖσα habet quo referatur), πολλὰς ἔχον καὶ παντοδαπὰς δυνάμεις, ταύτην δὲ τὴν δύναμιν, καὶ οὕτως ἡ δύναμις φυλάσσεται, ipsam plantam indicat vi medicina praeditam.

θύμου de thymo, odorifera planta, neque vero de illo Aristophaneo cf. Plut. 253, seu cepam agrestem (βολ-

βός s. ἀγριοχρόμμυον) vel cum Hesychio I, p. 1744 (τὸ σκόροδον) allium seu cibum melle, aceto et thymo confectum explicas, interpretandum esse patet.

καρπὸς ἀκάνθης. De mira hujus fructus virtute, de qua Marxius neque Theophrastum neque Dioscoridem quidquam habere neque, quum moly Homericum serio advocari nequeat, quenquam alium referre dicit, cf. quem ab Osanno suppeditatum supra exscripsi Heraclidis locum. Ceterum quum eundem fruticem etiam Plinius h. n. XII, 7. commemoret neque tamen magis quam Theophrastus et Dioscorides de illa ejus virtute verba faciat et quum praeterea nostro loco ille idem frutex in regionibus tantum maxime abditis et periculosis nasci referatur idque non sine consilio investigationis veri praecludendae fieri videatur: equidem Dicaearcho hac in narratione — quanquam non jam accurate scimus, quomodo Dicaearchus singula exposuerit et quid excerptori vitio verti debeat — fidem denego, quam vel Ἀλήθεια aegre obtineret talia prodens memoriae.

ταῖς λευκαῖς παραπλήσιος μύρτοις. Vulgatam scripturam, παραπλήσιον, quanquam ab omnibus editoribus reservatam video et adverbialiter explicari posse scio, in παραπλήσιος tamen immutare neutiquam dubitavi, quum non intelligam, quae hoc loco adverbii relatio esse possit (an ad φύεται?), adjectivum contra necessario desideretur.

τρίψας ἐλαίῳ. De hac Osanni conjectura, quae insuper Heraclidis loco nititur supra allato, dubitatio esse plane non potest: alterum enim quod proposuit μετ' ἐλαίου a vulgata lectione λεῖα longius abest. Olei autem mentionem desiderari jam inde patet, quod proximis statim verbis de unguendo verba fiunt. Aliter infra habet ubi τριφθεῖσα λεῖα legitur, quod idem valet ac si scriptor uno verbo ab ipso usurpato dixisset λειανθεῖσα.

καταχρίσαι. Vulgata lectio est καταχρίσοι. Qui futuri optativus quanquam eo consilio usurpatus esse dici possit, ut res quae proditur magis in incerto collocetur, eum in sensum: „si quis quando corpus uncturus esset“:

equidem tamen, etiam ob sequentia, omnem hanc rem nostro loco a scriptore crediderim satis pro certa vendi, eaque ratione aut ut exhibui *καταχρίσαι* aut si quis malit *καταχρίσῃ* scribendum esse censeo.

τοῦ καύματος κ. τ. λ. verba ea ratione, qua equidem jam edidi, legenda esse nemo facile dubitabit. Quo autem modo antea verba prolata fuerunt *οὐδὲ ἐν τῷ θέρει τοῦ καύματος (κωλύοντος τοῦ φαρμάκου τῇ αὐτοῦ πεκνώσει τὸν ἔξωθεν ἀέρα) καταμάθοις διϊκνεῖσθαι τοῦ σώματος*, primum displicuit optativus sine *ἄν* prolatus, deinde praecedente antea pronomine *τις* secunda optativi persona (quanquam haec tolerari et excusari aliquatenus possit), postea *καταμάθοις τοῦ καύματος* atque adjectus infinitivus *διϊκνεῖσθαι*, quum tamen non aliter dici potuisse videatur, quam aut *οὐδὲ καταμάθοις τὸ καῦμα διϊκνεῖσθαι τοῦ σώματος* aut *οὐδὲ καταμάθοις τοῦ καύματος διϊκνουμένου τοῦ σώματος*, tum in parenthesi quam constituerunt *κωλύοντος* ita usurpatum absolute ut idem sit quod *ἀπείργοντος*, *ἀπερύκοντος*, cujus rei num exemplum inveniatur equidem dubito.

μένει δ' ἡ δύναμις. Quomodo interpretandum censeam hoc loco vocabulum *δύναμις*, jam supra significavi; hoc unum addere juvat, quod scriptor non credendus est illum fructum vel fruticem ipsum dicere non diutius anno durare, sed vim ejus medicinam intra annuum spatium contineri, ita ut idem sit ac si protulisset: *μένει δὲ ὁ καρπός* s. *ἡ ἄκανθα ὡς δύναμις οὖσα*, quatenus herba est vi medicina praedita, vel *μένει δὲ ἡ δύναμις ὡς δύναμις οὖσα.*

Κραυσίνδων καὶ Βρύχων. Ubi hi iidem fluvii amplius commemorentur, nullum novi locum.

ὑπὸ ταῖς τοῦ Πηλίου. Buttmannus vocem *ῥίζαις* vitio librarii excidisse suspicatus est, quod eo facilius accidere potuisse concedo, quod jam alter articulus *τούς* praecedebat substantivum suum exspectans. Quod ad sensum etiam satis apta existit ea lectio, usu scriptoris praeterea cf. fragmenti initium *τοῦ δὲ ὄρους ἡ μὲν — ῥίζα* com-

probata. De vocabulo autem *πόλεσι* omisso vix licet cogitare. Conjici denique posset legendum esse *ὑπὸ τοὶς τοῦ Πηλίου*, ita ut *τὰ τοῦ Πηλίου* ampliori aliquanto notione idem quod *τὸ Πήλιον* significaret, aut, si quis audaciam comprobaret, *τοὺς ἐν ὑπωρείᾳ τοῦ Πηλίου κ. τ. λ.*

ἀρδεύων, agros irrigans in iisque se plane effundens, ita ut oppositio sit inter hujus fluminis cursum et ejus, qui in mare labi deinde dicitur.

τὸ τῆς Πηλαίας ἄλσος. Vulgatam lectionem *δάσος* Osannus rectissime repudiavit, quum de frutice vel dumeto eo loco cogitari plane non posset et *δάσος* singulare nomen nemoris alicujus Deo sacrati in Pelio fuisse demonstrari nequiret. Optime habet quod in ejus locum conjiciendo substituit *ἄλσος* et quod per vocabulum *τῆς Πηλαίας* aliquam Deam in Pelio inprimis cultam et inde denominatam significari monuit. Nemoris Pelii Ennius quoque mentionem fecit in Rhetoric. ad Herenn. memoratus, loco a Fabricio allato: „utinam ne in nemore Pelio securibus — Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes.“

σπηλαιόν ἐστι τὸ καλούμενον Χειρώνιον. Hoc antrum, quod ex Welckeri sententia cf. Ephemerr. scholast. 1831. p. 785 jam Pindarus significavit, secundum Osannum a Philostrato imagg. II, 2. commemoratum est. Chironem autem Pelium suam sedem ex veterum narrationibus mythologicis habuisse constat et in fine fragmenti gens hominum commemoratur a Chirone oriunda et notitiam singularis herbae medicinae sibi conservans. De Chirone autem artis medicinae peritissimo hos Apollodori locos adscripsisse sufficiat bibl. II, 5. *ἀνιαθεὶς δὲ Ἡρακλῆς προσδραμὼν τό τε βέλος ἐξείλκυσε καὶ δόντος Χείρωνος φάρμακον ἐπέθηκεν.* III, 10 (de Aesculapio) *καιομένης δὲ αὐτῆς ἁρπάσας τὸ βρέφος ἐκ τῆς πυρᾶς πρὸς Χείρωνα τὸν Κένταυρον ἤνεγκε· παρ' ᾧ καὶ τὴν ἰατρικὴν καὶ τὴν κυνηγετικὴν τρεφόμενος ἐδιδάχθη.* 13. (de Phoenice) *οὗτος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη, καταψευσαμένης φθορὰν Φθίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. Πηλεὺς*

δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρωνα κομίσας ὑπ' ἐκείνου θεραπευθέντα τὰς ὄψεις βασιλέα κατέστησε Δολόπων.

Διὸς ἀκραίου. Hanc Osanni conjecturam pro vulgata lectione *Διὸς ἀκταίου*, cujusmodi Jupiter etiam aliunde plane incognitus est, libentissime amplector inprimis verborum praecedentium *ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς* ratione habita. De eo autem epitheto *ἀκραῖος* Osannus Spanhemium ad Callim. hymn. in Jov. 82. conferri jussit.

ἐπιλεχθέντες ἐπὶ τοῦ ἱερέως. Quanquam fieri facillime potuit, participio inprimis *ἐπιλεχθέντες* praecedente, ut in locum praepositionis *ὑπό*, quam Buttmannus in textis loci restitutam exhibuit, *ἐπί* intruderetur a librario: equidem tamen codicis scripturam cum ceteris editoribus tueor. Rectissime enim habet, sive *ἐπὶ τοῦ ἱερέως* *coram sacerdote* sive *jussu sacerdotis* verteris sive *ἐπὶ τοῦ ἱερέως* eodem plane sensu cum *ὑπὸ τοῦ ἱερέως* explicueris, qua posteriori ratione *ἐπί* praepositio apud posteriores scriptores, inprimis Dionysium Halicarnassensem, usurpata reperiri memoratur cf. Etym. M. p. 667. *συνίζησις, ὅτι συνιζάνει τὸ ἓν φωνῆεν καὶ συνάγεται καὶ καθίζεται κρυπτόμενον ἐπὶ τοῦ ἑτέρου φωνήεντος.*

Μακεδονικὸν ἐπικεκλημένον κόλπον. Fabricio assentiendum est, qui, quum in codice *καλούμενον ἐπικεκλημένον* inveniret, alterum illud (ut glossam non necessariam) expunxit. Quanquam suspicari possumus *καλούμενον* post *Ἄθω* aliquando sedem habuisse, idque eo magis, quo minorem veri speciem habet quenquam necessarium judicasse, *ἐπικεκλημένον* glossa illustrare.

πλαγίαν. Quod hic exhibet codex et quod omnes praeter Gailium editores, etiam recentissimus Buttmannus, vulgaverunt *πελαγίαν* cum Gailio eam potissimum ob causam tolerari non posse censeo, quod eo sensu *παραθαλασσίαν* potius dicendum fuisse videtur et quod *πελάγιος* nonnisi de insulis, scopulis etc. in alto mari positis usurpatum reperitur cf. Strab. III, p. 167 (de Pityusis) *εἰσὶ*

δὲ καὶ πελαγίαι μᾶλλον αἱ Πιτυοῦσαι κ. τ. λ. Zonar. p. 737. ἐν μετεώρῳ ἦν ἡ ναῦς. ἀντὶ τοῦ πελάγιος καὶ μὴ ἐπ' ἀγκυρῶν ἱσταμένη, ἀλλὰ ἀπέχουσα τῆς γῆς. πλαγίαν et facillima quod ad palaeographiam est mutandi ratio et aptissimum huic loco praebet sensum: „obliquam totam habens et asperam sui partem, Thessaliam versus conversam."

πολυφάρμακόν τέ ἐστι. Theophrastus quoque hist. plant. IX, 15.: φαρμακωδέστατον τό τε Πήλιον τὸ ἐν Θετταλίᾳ, quamquam ejus arboris, cujus virtutes medicinae sequentibus deinde verbis tantopere praedicantur, nullam mentionem facit.

ἔχον. Quod codex exhibet ἔχων aeque nihili est atque, quod Fabricio aliquando in mente fuit ἐχόντων, cum φαρμάκων nimirum quod in πολυφάρμακον contineretur conjungendum. Quod idem liber ms. protulit κεχρῆσθαι merito lectioni χρῆσθαι cessit et nonnisi ex praecedenti particula καί ortum fuisse videtur. Dativum denique γινώσκουσι et δυναμένοις cum πολλὰς ἔχον δυνάμεις arctissime conjungendum esse, etiam omni interpunctione sublata indicavi. Unde Manzius quod in locum vulgatae ὄψεις supposuit ὠφελείας habeat, nescio.

μίαν δέ τινα ἔχει καὶ ἄλλας ἀνομοίους. Cum Buttmanno facio, qui conjecturam seu Fabricii seu alius docti hominis μίαν δέ τινα, ἥτις ἔχει ἄλλας δυνάμεις ἀνομοίους a Marxio, Manzio necnon a Gailio in textis receptam improbavit. Neque enim explicare possem ἄλλας ante δυνάμεις ἀνομοίους positum neque intelligerem, quomodo sanae rationis scriptor ita proferre potuisset: μίαν δέ τινα intell. δύναμιν, ἥτις ἔχει καὶ ἄλλας δυνάμεις ἀνομοίους. Sensus autem verborum in codice exhibitorum, nisi forte δυνάμεις explicationis causa a librario adscriptum fuisse statuimus, pro integris considerandorum hicce est: „unam autem quandam habet plantam medicinam prae aliis diversis ibidem obviis insignem." Verbo monendum est de usitatissima Graecorum conjungendi ratione ἄλλως τε καί, hic

detorquentis consuetudinem referamus. Neque omnibus tamen iis locis in terminandi et fines constituendi significatione, qua ἀφορίζειν ibi utitur, extendendi notionem subesse negaverim idemque ego eruditissimo Gallo concesserim ἀφορίζειν apud Apollonii Rhodii scholiasten I, 4 ἀφορίζων αὐτὸ (τὸ Ἄργος) τῆς Πελοποννήσου *excludendi* notionem accepisse, id quod ex principi vi praepositionis ἀπό, quacum verbum compositum est, repetendum esse patet. Nostrum autem locum atque verba ex Pelii descripti fragmento μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων σταμπου cum fine prosaici nostri fragmenti τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν σταμπου καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου collocantes suspicemur fere necesse est, duos illos locos detruncatos esse. Quum vero in codicibus nullum plane lacunae signum reperiatur, etiamsi Marxius et Gailius in verborum nostrorum contextu post σταμπου et Manzius post ἀφορίζων posuerunt, conjectura in promptu sita est, qua excerptorem accuratiorem locum qui nunc quidem fragmenti postremus est in brevius effinxisse existimemus. Neque dubitare possumus, quin nostrum locum et Pelii descripti verba critice constituturi ante omnia de exitu nostri fragmenti restituendo certum judicium nobis efformare debeamus. Quae ibi in codicibus prolata est lectio σταμπου vel, sicut ex Stephani nostro loco se ἄμπου reperisse referentis annotatione efficio, ἄμπου et ab omnibus editoribus desperata fuit et omnino desperanda est atque pro corruptela judicanda, quae quum uno loco a librariis recepta esset reliquis quoque deinde duobus intrusa fuerit. Cujus in locum quanquam multa adsunt quae substitui possint, sicut καμπῆς de Thessalia orientem versus inflexa intelligendum, ἄγκους de Tempesi fortasse interpretandum, στομίου a Zosimadibus comprobatum cum iisque de Peneo fluvio per Thessalica Tempe lapso et in mare deinde effundente explicandum, ποταμοῦ ad Peneum referendum, et alia nomina appellativa, nomen tamen proprium ob sequentia τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου prope desiderari censeo idque omnium

ptissimum [illegible]
ito. De [illegible]
magnopere quam [illegible]
στομίου quam [illegible]
de Τέμπους [illegible]
doctis in mente fuit [illegible]
buli nobis [illegible]
totius hujus loci progressum [illegible]
descriptionem [illegible]
tinere Graeciam [illegible]
expositis in fine [illegible]
cos *descripta libri* [illegible]
hunc progressum [illegible]
describenda [illegible]
adjiciens ἡ μὲν οὖν [illegible]
rum civitatum [illegible]
ἡ μὲν οὖν [illegible]
existimavit, non [illegible]
tis vestigia [illegible]
meas adnotationes [illegible]
expositionis progressum [illegible]
necessitatem [illegible]
bere potuisse [illegible]
sententia, si quid in [illegible]
mento ab [illegible]
neque non in Pelii [illegible]
τῶν Θετταλῶν [illegible]
των Ὁμολίου. [illegible]
loco prolatae [illegible]
omnibus id [illegible]
per se singulum [illegible]
prosaici fragmenti [illegible]
ex sequentibus [illegible]
existimavit, [illegible]
est, quum in fine [illegible]
Μαγνητων [illegible]

vero locus idem valet ac si inverso modo scriptor dixisset *ἄλλας δέ τε* (*δυνάμεις*) *ἀνομοίους ἔχει καὶ μίαν τινα*, jam sequentibus accuratius describendam. Ante sequentia autem verba quae causae me moveant ut lacunam statuam, non est quod accuratius exponam.

ἢ πήχεος τὸ ὑπὲρ γῆς φαινόμενον. *ἢ πήχεος*, nisi forte de usu hujus particulae ante genitivum comparativum pleonastico eoque non plane certo cogitamus, tolerari aliter non potest, quam ut *πήχεος* a *τῷ μεγέθει* hoc loco mente supplendo pendere statuamus. Sed praestare mihi videtur emendatio in vulgatae locum substituenda aut haec *πήχεος* aut *ἢ πῆχυς*. Quem in codice prolatum video genitivum *τοῦ ὑπὲρ γῆς φαινομένου* quemque ex praecedenti *πήχεος* facillime nasci potuisse suspicor, in nominativum immutare eo minus dubitavi, quod paulo infra simillime legitur *ἡ δὲ ῥίζα ἕτερον τοσοῦτόν ἐστι κατὰ γῆς πεφυκυῖα*. Accuratius etiam dici potuerat *τό γε ὑπὲρ γῆς φαινόμενον*.

τοὺς κοιλιακούς, ventriculi morbo laborantes, cibos aegre concoquentes.

In codice legitur *εἰς ὀθονίαν*, cujus loco Fabricius aut *ὀθόνην* aut *ὀθόνια* emendandum esse professus est. Posterius quod a recentioribus omnibus praeter Manzium editoribus receptum video equidem quoque in texta admittere non dubitavi. Sed quam arctissime cum genitivis sequentibus conjungo, nisi forte cui libet pro *ἀναστέλλει* rescribere *ἀποστέλλει* et eos genitivos credere per hoc verbum flagitatos esse: „ab iis qui laborant etc. repellit.“ *ὀθόνια* de vestibus explicari non posse in aperto est. Cogitarunt viri docti de filis medicamentariis quae nos dicimus *charpie*, quam vocabuli notionem etiam Passovius in lexico adnotavit. Sed nescio, num id satis aptum nostro loco sit et per *ὀθόνια* crediderim *cilia* potius significari, ob similitudinem fortasse inter illa et hanc oculorum tutelam intercedentem quandam pariter appellata. Singularem eam significationem vocabuli esse concedo, sed non magis singularem,

quam quae fuerat vocis λαμπάδιον in Thebarum descriptione usurpatae. Hesychius haec habet de ὀθόνη et ὀθόνιον vocabulis t. II, p. 720. ὀθόνας τὰ περιβόλαια πάντα· παρὰ τὸ ἔσασθαι. τινὲς δὲ ζώνας ἀποδεδώκασιν. ὀθόνη, σινδών. ζώνη. τελαμών. γυναικεῖον ὀθόνιον λεπτόν, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνόν, κἂν μὴ λινοῦν ᾖ. ὀθόνησι, λεπτοῖς ἱματίοις et ὀθόνια, λινᾶ ἱμάτια.

ὀφθαλμώντων, quod in Gailii et Marxii editione nescio an typographico vitio prolatum est, quum contra apud Manzium inveniatur ὀφθαλμιόντων, dubitari plane non potest, quin, sicut etiam Buttmannus fecit, in ὀφθαλμιώντων immutandum sit: non enim crediderim duplicem formam ὀφθαλμάω et ὀφθαλμιάω, ut habemus γειτονάω et γειτονιάω cf. Bekk. Anecd. I, 231, exstare potuisse. De vocabuli autem significatione cf. Plat. Alcib. II, p. 140, ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν νοσοῦντα ποδαγρᾶν ἢ πυρέττειν ἢ ὀφθαλμιᾶν — ὀφθαλμία οὖν σοι δοκεῖ πᾶσα νόσος εἶναι; Porphyr. π. ἀπ. τ. ἐμψ. I, 28. εὐλαβούμενοι, μὴ ὥςπερ ὀφθαλμίας οἱ εἰς τοὺς ὀφθαλμιῶντας ἐμβλέποντες. Etiam tropice hoc verbum usurpari deinde solebat cf. Phot. lex. p. 265. ὀφθαλμίσαι, φθονῆσαι, ἐπιβαλεῖν ἐπιθυμητικῶς ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς πάσχειν. B. A. I, 286. ὀφθαλμιᾷεν τί ἐστιν; ἀντὶ τοῦ ὁρῶντες ζηλοῖεν καὶ ἐπιθυμοῖεν (θητων) αὐτῶν. Hesych. t. II, p. 825. ὀφθαλμιάσαι. φθονῆσαι, ἐπιβαλεῖν ὀφθαλμόν.

παραιτουμένη codicis lectio quo grammatice referatur plane non habet; nihilominus a Marxio, Manzio, Gailio et Buttmanno in textis integrum relictum est. Fabricius παραπτούμενα conjecit idque cum φύλλα conjungendum esse censuit. Mihi magis arridet simplicior emendatio παραιτουμένην idque passive interpretandum, et ad τὴν ἐπιφοράν referendum. Disputatur de fluxus accessione ut de persona, et hoc ut mitigetur, ὡσανεί praepositum est sententiae imaginem continenti. De morbis autem eodem vel simili modo saepius, inprimis apud poëtas, sermo fit cf. v.

vero locus idem valet ac si inverso modo scriptor dixisset *ἄλλας δέ τε (δυνάμεις) ἀνομοίους ἔχει καὶ μίαν τινα*, jam sequentibus accuratius describendam. Ante sequentia autem verba quae causae me moveant ut lacunam statuam, non est quod accuratius exponam.

ἢ πήχεος τὸ ὑπὲρ γῆς φαινόμενον. *ἢ πήχεος*, nisi forte de usu hujus particulae ante genitivum comparativum pleonastico eoque non plane certo cogitamus, tolerari aliter non potest, quam ut *πήχεος* a *τῷ μεγέθει* hoc loco mente supplendo pendere statuamus. Sed praestare mihi videtur emendatio in vulgatae locum substituenda aut haec *πήχεος* aut *ἢ πῆχυς*. Quem in codice prolatum video genitivum *τοῦ ὑπὲρ γῆς φαινομένου* quemque ex praecedenti *πήχεος* facillime nasci potuisse suspicor, in nominativum immutare eo minus dubitavi, quod paulo infra simillime legitur *ἡ δὲ ῥίζα ἕτερον τοσοῦτόν ἐστι κατὰ γῆς πεφυκυῖα*. Accuratius etiam dici potuerat *τό γε ὑπὲρ γῆς φαινόμενον*.

τοὺς κοιλιακούς, ventriculi morbo laborantes, cibos aegre concoquentes.

In codice legitur *εἰς ὀθονίαν*, cujus loco Fabricius aut *ὀθόνην* aut *ὀθόνια* emendandum esse professus est. Posterius quod a recentioribus omnibus praeter Manzium editoribus receptum video equidem quoque in texta admittere non dubitavi. Sed quam arctissime cum genitivis sequentibus conjungo, nisi forte cui libet pro *ἀναστέλλει* rescribere *ἀποστέλλει* et eos genitivos credere per hoc verbum flagitatos esse: „ab iis qui laborant etc. repellit." *ὀθόνια* de vestibus explicari non posse in aperto est. Cogitarunt viri docti de filis medicamentariis quae nos dicimus *charpie*, quam vocabuli notionem etiam Passovius in lexico adnotavit. Sed nescio, num id satis aptum nostro loco sit et per *ὀθόνια* crediderim *cilia* potius significari, ob similitudinem fortasse inter illa et hanc oculorum tutelam intercedentem quandam pariter appellata. Singularem eam significationem vocabuli esse concedo, sed non magis singularem,

quam quae fuerat vocis λαμπάδιον in Thebarum descriptione usurpatae. Hesychius haec habet de ὀθόνη et ὀθόνιον vocabulis t. II, p. 720. ὀθόνας τὰ περιβόλαια πάντα· παρὰ τὸ ἔσασθαι. τινὲς δὲ ζώνας ἀποδεδώκασιν. ὀθόνη, σινδών. ζώνη. τελαμών. γυναικεῖον ὀθόνιον λεπτόν, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνόν, κἂν μὴ λινοῦν ᾖ. ὀθόνησι, λεπτοῖς ἱματίοις et ὀθόνια, λινᾶ ἱμάτια.

ὀφθαλμώντων, quod in Gailii et Marxii editione nescio an typographico vitio prolatum est, quum contra apud Manzium inveniatur ὀφθαλμιόντων, dubitari plane non potest, quin, sicut etiam Buttmannus fecit, in ὀφθαλμιώντων immutandum sit: non enim crediderim duplicem formam ὀφθαλμάω et ὀφθαλμιάω, ut habemus γειτονάω et γειτονιάω cf. Bekk. Anecd. I, 231, exstare potuisse. De vocabuli autem significatione cf. Plat. Alcib. II, p. 140, ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν νοσοῦντα ποδαγρᾶν ἢ πυρέττειν ἢ ὀφθαλμιᾶν — ὀφθαλμία οὖν σοι δοκεῖ πᾶσα νόσος εἶναι; Porphyr. π. ἀπ. τ. ἐμψ. I, 28. εὐλαβούμενοι, μὴ ὥσπερ ὀφθαλμίας οἱ εἰς τοὺς ὀφθαλμιῶντας ἐμβλέποντες. Etiam tropice hoc verbum usurpari deinde solebat cf. Phot. lex. p. 265. ὀφθαλμῶσαι, φθονῆσαι, ἐπιβαλεῖν ἐπιθυμητικῶς ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς πάσχειν. B. A. I, 286. ὀφθαλμιᾷεν τί ἐστιν; ἀντὶ τοῦ ὁρῶντες ζηλοῖεν καὶ ἐπιθυμοῖεν (θητων) αὐτῶν. Hesych. t. II, p. 825. ὀφθαλμιάσαι. φθονῆσαι, ἐπιβαλεῖν ὀφθαλμῶν.

παραιτουμένη codicis lectio quo grammatice referatur plane non habet; nihilominus a Marxio, Manzio, Gailio et Buttmanno in textis integrum relictum est. Fabricius παραπτούμενα conjecit idque cum φύλλα conjungendum esse censuit. Mihi magis arridet simplicior emendatio παραιτουμένην idque passive interpretandum, et ad τὴν ἐπιφοράν referendum. Disputatur de fluxus accessione ut de persona, et hoc ut mitigetur, ὡσανεί praepos[illegible] est sententiae imaginem continenti. De morbis autem eodem vel simili modo saepius, inprimis apud poëtas, sermo fit cf.

vero locus idem valet ac si inverso modo scriptor dixisset *ἄλλας δέ τε (δυνάμεις) ἀνομοίους ἔχει καὶ μίαν τινα*, jam sequentibus accuratius describendam. Ante sequentia autem verba quae causae me moveant ut lacunam statuam, non est quod accuratius exponam.

ἢ πήχεος τὸ ὑπὲρ γῆς φαινόμενον. *ἢ πήχεος*, nisi forte de usu hujus particulae ante genitivum comparativum pleonastico eoque non plane certo cogitamus, tolerari aliter non potest, quam ut *πήχεος* a *τῷ μεγέθει* hoc loco mente supplendo pendere statuamus. Sed praestare mihi videtur emendatio in vulgatae locum substituenda aut haec *πήχεος* aut *ἢ πῆχυς*. Quem in codice prolatum video genitivum *τοῦ ὑπὲρ γῆς φαινομένου* quemque ex praecedenti *πήχεος* facillime nasci potuisse suspicor, in nominativum immutare eo minus dubitavi, quod paulo infra simillime legitur *ἡ δὲ ῥίζα ἕτερον τοσοῦτόν ἐστι κατὰ γῆς πεφυκυῖα*. Accuratius etiam dici potuerat *τό γε ὑπὲρ γῆς φαινόμενον*.

τοὺς κοιλιακούς, ventriculi morbo laborantes, cibos aegre concoquentes.

In codice legitur *εἰς ὀθονίαν*, cujus loco Fabricius aut *ὀθόνην* aut *ὀθόνια* emendandum esse professus est. Posterius quod a recentioribus omnibus praeter Manzium editoribus receptum video equidem quoque in texta admittere non dubitavi. Sed quam arctissime cum genitivis sequentibus conjungo, nisi forte cui libet pro *ἀναστέλλει* rescribere *ἀποστέλλει* et eos genitivos credere per hoc verbum flagitatos esse: „ab iis qui laborant etc. repellit." *ὀθόνια* de vestibus explicari non posse in aperto est. Cogitarunt viri docti de filis medicamentariis quae nos dicimus *charpie*, quam vocabuli notionem etiam Passovius in lexico adnotavit. Sed nescio, num id satis aptum nostro loco sit et per *ὀθόνια* crediderim *cilia* potius significari, ob similitudinem fortasse inter illa et hanc oculorum tutelam intercedentem quandam pariter appellata. Singularem eam significationem vocabuli esse concedo, sed non magis singularem,

quam quae fuerat vocis λαμπάδιον in Thebarum descriptione usurpatae. Hesychius haec habet de ὀθόνη et ὀθόνιον vocabulis t. II, p. 720. ὀθόνας τὰ περιβόλαια πάντα· παρὰ τὸ ἔσασθαι. τινὲς δὲ ζώνας ἀποδεδώκασιν. ὀθόνη, σινδών. ζώνη. τελαμών. γυναικεῖον ὀθόνιον λεπτόν, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνόν, κἂν μὴ λινοῦν ᾖ. ὀθόνησι, λεπτοῖς ἱματίοις et ὀθόνια, λινᾶ ἱμάτια.

ὀφθαλμώντων, quod in Gailii et Marxii editione nescio an typographico vitio prolatum est, quum contra apud Manzium inveniatur ὀφθαλμιόντων, dubitari plane non potest, quin, sicut etiam Buttmannus fecit, in ὀφθαλμιώντων immutandum sit: non enim crediderim duplicem formam ὀφθαλμάω et ὀφθαλμιάω, ut habemus γειτονάω et γειτονιάω cf. Bekk. Anecd. I, 231, exstare potuisse. De vocabuli autem significatione cf. Plat. Alcib. II, p. 140, ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν νοσοῦντα ποδαγρᾶν ἢ πυρέττειν ἢ ὀφθαλμιᾶν — ὀφθαλμία οὖν σοι δοκεῖ πᾶσα νόσος εἶναι; Porphyr. π. ἀπ. τ. ἐμψ. I, 28. εὐλαβούμενοι, μὴ ὥςπερ ὀφθαλμίας οἱ εἰς τοὺς ὀφθαλμιῶντας ἐμβλέποντες. Etiam tropice hoc verbum usurpari deinde solebat cf. Phot. lex. p. 265. ὀφθαλμίσαι, φθονῆσαι, ἐπιβαλεῖν ἐπιθυμητικῶς ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς πάσχειν. B. A. I, 286. ὀφθαλμιᾷεν τί ἐστιν; ἀντὶ τοῦ ὁρῶντες ζηλοῖεν καὶ ἐπιθυμοῖεν (θητων) αὐτῶν. Hesych. t. II, p. 825. ὀφθαλμιάσαι. φθονῆσαι, ἐπιβαλεῖν ὀφθαλμόν.

παραιτουμένη codicis lectio quo grammatice referatur plane non habet; nihilominus a Marxio, Manzio, Gailio et Buttmanno in textis integrum relictum est. Fabricius παραπτούμενα conjecit idque cum φύλλα conjungendum esse censuit. Mihi magis arridet simplicior emendatio παραιτουμένην idque passive interpretandum, et ad τὴν ἐπιφοράν referendum. Disputatur de fluxus accessione ut de persona, et hoc ut mitigetur, ὡσανεί praeposi[illegible]est sententiae imaginem continenti. De morbis autem eodem vel simili modo saepius, inprimis apud poëtas, sermo fit cf. v.

c. Soph. Phil. vs. 649 sq. *φύλλον τί μοι πάρεστιν, ᾧ μαλιστ' ἀεὶ Κοιμῶ τόδ' ἕλκος, ὥστε πραῦνειν πάνυ. τὸ ῥεῦμα* autem, quod in codice post *φέρεσθαι* legitur et ab omnibus editoribus constanter exhibetur, nihil nisi glossam a librario adscriptam judico.

Post hoc fragmentum Buttmannus ex Ael. var. hist. III, 1. locum exhibuit Tempe vallem describentem et ob similitudinem, quam inter eum et Dicaearcheas descriptiones intercedere ipse sensit, equidem nondum intellexi, Aelianum illa conscribentem nisi plane mutuatum a vita Graeciae, attamen hoc opus ante oculos habuisse suspicatus est.

3) De fragmento, cui ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος inscribitur, Dicaearcho olim adjudicata.

Jam supra ubi de fragmento ἀναγραφὴ τοῦ Πηλίου ὄρους inscripto disseruimus, causas simul exposuimus, quibus moti magnopere dubitamus, num hic et noster titulus ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος ipsi Dicaearcho vindicandi sint. Neque nobis arridebit, nullo plane testimonio quod vel possit advocari accedente, conjectura qua Dicaearchum amplius quoddam opus geographici argumenti composuisse idque simili modo, quo Callimachus literarium suum significavit ἀναγραφὴ τῶν δραμάτων, inscripsisse statuamus ἀναγραφὴ τῶν ὀρῶν, ποταμῶν, πόλεων κ. τ. λ., neque inter alia multa, quae proponi possent, quidquam erit quod magnam veri speciem prae se ferat. Sed jam faciamus illum titulum eo sensu, ut descriptionem Graeciae significet, ab ipso Dicaearcho proficisci potuisse, quaeritur, quanam omnino externa auctoritate omne hoc fragmentum ei tribuatur. In codice a Buddaeo reperto, ex quo H. Stephanus et prosaicum et versibus compositum fragmentum primus edidit, Dicaearchi nomen nosterque titulus praefixus fuisse videtur, nihil autem aliud indicatum, unde de eorum fragmentorum origine certo conjici posset. [1]) In libro ms., qui Hervarti olim fuerat, nunc Monachiae est, rubro colore titulus Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τ. Ἑλλ. nostro fragmento praepositus et in fine additum legitur τέλος Δικαιάρχου ἀναγραφῆς. Quanquam in eodem codice versus qui Cretae et Cycladum Sporadumque insularum descriptionem continent, sicut etiam satis magna prosaici fragmenti pars desiderantur. [2]) Num in ceteris codicibus, quorum perexiguam notitiam habemus, Dicaearchi nomen et num omnino titulus iis laciniis antecesserit, nescimus: ab editoribus enim ea de re plane nihil

adnotatum est. Neque summum denique momentum, quod ad haec attinet, codicum auctoritati tribuendum erit, quoniam Dicaearchi nomen, ut primum et quidem vel *ἀκρίτως* admissum fuit, a librariis deinde indoctis retineri potuisse videtur atque omnes Dicaearchiani codices ex uno fonte promanasse a Buttmanno probabiliter conjiciuntur. Quae quum ita sint, dubitatio sane suboriri potest, num ea fragmenta perlegentibus nobis omnino res sit cum Dicaearchianis. Quod tamen cum omnibus quos equidem sciam editoribus pro certo statuamus Buddaei codici et manui quae in altero libro titulum rubrum appinxit fidem concedentes; sed vix aliter intelligere debebimus, quam ut auctorem hujus fragmenti ex Dicaearchi aliquo vel compluribus scriptis sua excerpsisse et brevissimam quam inde negligentissime conflavit Graeciae descriptionem *ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος* inscripsisse putemus. Fieri quoque potuit, ut ipse excerptor nihil tituli adjecerit et posterioris aetatis homo qui in haec incideret, Dicaearcheorum operum adhuc ipsorum notitiam habens, superscripserit *Δικαιάρχου ἀναγρ. τ. Ἑλλ.* Qui titulus pariter considerandus est atque in fragmento de Pelio monte judicavimus, ex posteriori dicendi ratione eandem cum *περιήγησις* habens significationem vel etiam quod *ἐπιτομή* fere idem valens. Dicaearchum autem in singulari opere Graeciae geographiam ex professo tractavisse, nullo scriptorum testimonio demonstrare possumus: Hieronymi enim locum, ex quo nonnulli viri docti id colligendum censuerunt, alio plane modo interpretandum esse supra vidimus. In opere tamen, cui *βίος τῆς Ἑλλάδος* inscribebatur, geographicam quoque, quanquam exquisita potius quadam ratione, Graeciae descriptionem comprehensam fuisse perquam veri simile est, neque minus in eo geographico opere, quod nomine *περίοδος γῆς* nobis citatum est, Dicaearchus Graeciam delineasse statuendus erit. Ex illo *τῆς Ἑλλάδος βίῳ* ea excerpta fuisse suspicor quae pedestris orationis fragmentum constituunt; ea vero quae in versus redacta sunt, Graeciae geographiam valde elementarem efficientia, cre-

diderim ex περιόδῳ γῆς Dicaearchi repetita esse. Repetita autem esse censeo a scriptore extremae aetatis et pessimae notae, qui sine ulla fere consideratione et sine ullo judicio Dicaearchiana in versus mirum in modum pravos coarctaverit. Quaeri potest, utrum diversi homines excerpta Dicaearchiana confecerint, alter prosaica, alter poëtica, an unus idemque scriptor ex περιόδῳ versus conglutinaverit et ex βίῳ deinde satius duxerit pedestri oratione excerpere, seu metrico labore jam defessus fuerit, seu in hac componendi parte non eundem finem quem illic spectaverit. Quanquam non magnae operae fuit ejusmodi versus componere, etiamsi non probabile est excerptorem ea in re adjutum fuisse rhythmico quodam compositionis Dicaearchianae habitu, de quo auctorem περὶ ἑρμηνείας, quem Demetrium Phalereum fuisse olim statuerunt, disserere supra vidimus. Adnotandum denique est, in codicibus anagraphen modo sine accurata versuum distinctione, modo revera instar pedestris orationis exhiberi, quemadmodum Holstenius quoque refert in anagraphes fine primos editores plane neglexisse, quod etiam ea quae de Sporadibus insulis prolata sunt metrice composita essent, libris nimirum manuscriptis hac in re nullum indicium praebentibus. Quodsi in codice Monacensi omnia per versus distributa essent, Buttmannus hujus codicis papyracei saeculo ut videretur sexto decimo scripti non magnum momentum esse adnotavit. Ceterum idem vir doctus Dicaearchi opus metricum in orationem prosam dissolutum fuisse conjicit. Ego contrarium statuo: Dicaearchi si quod opus huc pertinet, exstitit prosaicum, inde aut ab initio quidam metrice excerpsit aut epitome quam inde quidam confecit prosaica ab alio deinde in versus redacta est. In titulo codicis qui nunc Monachiae reservatur rubro, sicut etiam ut videtur in manuscripto Buddaei libro, post verba Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος additum fuit πρὸς Θεόφραστον. Ubi de Dicaearcho simul sermo erat quid magis promptum fuit cogitatu, quam de celeberrimo ejus condiscipulo? Qui anagraphen genuinam censuerunt, eam

a Dicaearcho dedicatam Theophrasto fuisse conjecerunt, eidem cui, ut nonnulli suspicione satis audaci effecerant, Dicaearchus geographicas suas tabulas dono dedisset. Sed etiamnunc serio quenquam credere, tale pessimum scriptum vel puerorum institutioni vix aptum Dicaearchum confecisse idque nobilissimo viro dedicare non dedignatum fuisse; Dicaearchum ejusmodi libellum composuisse eundem qui Graeciae vitam in egregio et praestantissimo opere, cum tabula picta fere comparando, exposuerit! Fieri potuit, ut Dicaearchus *βίον τῆς Ἑλλάδος*, quam eandem sententiam Corayus habuit, aut *περίοδον γῆς* Theophrasto sacrum esse jusserit et qui inde conglutinavit excerptor eam dedicationis notam retinuerit, aut ut Theophrastus quidam excerptori aequalis exstiterit, cui liber donatus fuerit [3]), aut ut qui versus composuit suis laciniis majorem auctoritatem comparaturus Dicaearchi scriptum hoc esse idque Theophrasto oblatum simulaverit. Utut vero est, hoc fragmentum Dicaearchi non esse satis perspicuum reddetur singulorum accurata examinatione. Qua in re, quanquam etiam nonnulla in opinionibus virorum doctorum enumerandis proferentur, ita agemus, ut primum de sententiis in fragmento expositis, de rebus ibi tractatis earumque tractandarum ratione, tum de dicendi genere et denique de metrico habitu disseramus. Adjicietur accurata hujus fragmenti cum Scylacis periplo comparatio. Praemonemus tamen lectores, nos quantum fieri potuit cavisse, ne locos qui per librarios sine ullo dubio corrupti sunt excerptori vitio verteremus, quanquam corrigendi munus hoc in fragmento ob ipsius auctoris perversitatem arctioribus finibus circumscriptum esse censemus.

Initio prooemii, quod aliquanto melioris notae quam reliqua esse apparet, scriptor sese profitetur semper aliquid proprii componentem neque, id quod nonnulli faciant, alienum laborem sibi vindicantem nunc ipsum Graeciae totius descriptionem elaborasse. Singularis autem haec ratio, qua se usum esse auctor gloriatur, qua in re constiterit, nisi forte in maxima tractationis negligentia, investigare nobis

non licuerit ipsum opusculum jam considerantibus. Quod etiam gravius est, nonnulli viri docti ut Marxius et Osannus scriptorem sibi ipsi repugnare animadverterunt, quippe qui paulo infra se ea quae ab antiquioribus auctoribus fusius exposita essent quam brevissime versibus inclusa relaturum esse diceret Sed non dubito, quin ea repugnantia ita tolli possit, ut scriptorem de singulari sua ratione verba facientem statuamus de metrica forma, in compendiis ejus temporis fortasse parum usitata, cogitasse, etiamsi id quod Osannus magnopere urgebat concedo, hoc ipsum ab auctore primis versibus non plane perspicuum redditum esse. Dodwello vero non metuo ne quis etiamnunc assentiatur, qui Dicaearchum, cui sicut plurimi viri docti priorum temporum fragmentum adscribere non dubitavit, eam ob causam hoc opus singulare dixisse censuit, quod Peloponnesum eximio studio tractavisset eamque adeo permensus fuisset, quam ad rem versus 15 sq. *ἃ τ' ἐστὶν ἐν Πελοποννήσῳ γένη κ. τ. λ.* pertinerent. Quid multa? tristis singularitas est, inprimis si videmus, quomodo auctor a promisso suo steterit, neque Dicaearchum crediderim, fac primus poëticum geographiae compendium elaborasset, ea re tali modo gloriaturum fuisse, etiamsi Buttmannus qui talia aggrederetur eum nostra admiratione dignum esse contenderit. Qualis deinde ad Theophrastum adhortatio, ut hujus operis, miserrimi geographici compendii, studio sese penitus deda', eaque qualibus et quantis verbis facta *διὸ σεαυτὸν μὴ βραχύ, ὁλοσχερῶς δ' ἐπὶ ταῦτα δοὺς καὶ σπουδάσας συμφιλομάθησον, καθάπερ εἴωθας ποιεῖν.* Quae, nisi vero jocose locutum fuisse statuimus sibi ipsi ob levitatem confecti opusculi irridentem, Dicaearchum proferre non potuisse perspicuum est. Excerptorem autem credere licet initio suae epitomes sua singularitate ita gloriatum fuisse, etiamsi nihil aliud deinde quam negligentissime excerpsit, vel etiam haec nonnulla ex prooemio operis Dicaearchei genuini repetiisse, parum considerantem, num talia suo labori convenirent. Eruditionis vero qua Buttmannus frag-

menti auctorem instructum esse praedicat equidem ne volam quidem investigare potui, imo eum homuncionem video singula non pertractantem, sed omnia quasi praetervolantem et vix unam rem juste absolventem. Qualis ejus doctrina est, inquam — de arte recte compilandi dicere vix possumus — qui eo loco, ubi Phileae sententiam de Helladis finibus affert, hanc satis gravem quaestionem tantummodo tangat, neutiquam autem perspicue exponat vel adeo dijudicet! Verum enim vero si quis alius, hic potissimum locus ubi de Magnesia Helladi adjungenda aut inde separanda sermo est certissimo indicio est haecce negligentissime excerpta esse. Suspicari adeo possemus, locum prosaici fragmenti qui eadem de re agit quemque non multum de sua integritate perdidisse conjecerim, quanquam ibi Phileae mentio non facta est, a nostro auctore in aliquot versiculos coarctatum fuisse. Ceterum talia penitus omittere praestitit, siquidem opusculi consilium, ut in prooemio indicari videtur, ejusmodi fuit, ut compendiaria brevitate et poëtica forma memoriae consuleretur. Qua ratione non plane rejiceremus conjecturam, qua de Theophrasto quodam puero vel adolescentulo cogitaretur, cui compendium non magis dedicatum fuerit, quam in cujus institutionem compositum. Etiamsi autem prooemium et quod ad tractandi et quod ad dicendi rationem multo melius habere diximus quam reliqua, id quod inde fortassis explicandum est quod ex ipsis Dicaearchianis nonnulla magis sincera reservata fuerint, in eo tamen etiam deprehendimus quae magnopere displiceant, sicut versum quintum, nisi intestino vulnere laborare aut suo loco dejectum esse statuimus. Quae haec porro est singulorum enumeratio ab omni sana ratione longe abhorrens vs. 14 sqq. *ἅλση, ποταμοὺς νήσους τε τοὺς διάπλους τε καὶ Λιμένας· ἃ τ' ἐστὶν ἐν Πελοποννήσῳ γένη* κ. τ. λ. Ut ad reliqua accedam, jam animadvertimus quam leviter quaestio de Helladis terminis tractetur. Sed attendere etiam juvat, quo modo, quasi quis adsit qui talem materiam in opere pertractari vel saltem perspicue pro-

nuntiari vetet, his verbis pergatur transitum efficientibus πλὴν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προβήσομαι. Quem versum, ut obiter moneam, Gailius falsissime intellexit ita interpretatus: „ceterum ad reliquam hujus orationis partem revertar“ ejusque promissi fidem solutam esse arbitratus eo fragmenti prosaici loco, ubi de Helladis terminis itidem exponitur. Quam contra explicationem ne alia, sicut quod prosaicum et poëticum fragmentum nullo plane connexu inter se contineri apparent, hoc loco moneam, id unum adnotasse sufficerit, quod προβαίνω verbo neutiquam significari potuerit *reverti*. Quo porro modo de gravissimis urbibus, montibus, fluviis, insulis et omnino rebus geographicis disseritur? Non minus confuse, quam strictim. Nihil describitur, nihil rerum memorabilium adnotatur; numeris indicantur locorum inter se distantiae ambitusque provinciarum, atque hic illic praeter nomina urbium nomina enumerantur alicujus montis, fluvii, portus, templi. Omnium instar unus locus ubi de Lebadea et Trophonii oraculo sermo est jam sufficere posset. Auctor vs. 97 sq. dicit πόλις Λεβαδία καὶ ἱερὸν Τροφωνίου, Ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι. Haecce Dicaearchum, quem eo de oraculo accuratius egisse supra vidimus, proferre plane non potuisse jam Hemsterhusius ad Luc. III t. I, p. 339 adnotavit eaque in sententia Marxius ei merito adstipulatus est. Si γεγονέναι praeteriti significatione interpretari placeret, excerptorem conjiceremus haec elocutum esse ratione suo aevo congrua, quo aevo Trophonii oraculum non jam exstaret. Simili modo reliqua fere omnia per anagraphen se habent, de verbis et nominibus dicere licet, non licet de sententiis sanis, nedum de sententiis philosophicis. Atqui Buttmannus scriptorem monuit in prooemio se philosophica mente imbutum declarasse. Insunt in prooemio quaedam philosophica, sed haec non in cogitationibus spectanda, in verbis potius nonnullis et dicendi rationibus ex Dicaearchi opere genuino fortasse surreptis. Sua sibi deinde penitus singularia auctor habet nomina geographica, quae ceterorum

nullus novit scriptorum. Ne de *Κιδης* vocabulo quod vs. 60 legitur et pro corruptela habendum esse videtur verba faciam, neque Hylaethum fluvium, neque in Creta Angaraeam neque fluvios ibi recensitos, si ab uno Lethaeo discesseris, neque Emperesion quisquam alius memoriae tradiderit. Talia tamen nomina Buttmannus Dicaearchum ex mythicis temporibus, quorum maximam rationem in anagraphe habitam fuisse putat, repetiisse statuit. Istis autem non minus miram eam notitiam esse dixerim, qua vs. 72 Phocenses a Lelegibus oriundi esse praedicantur (quanquam certo statui non potest, quo sensu verba *ἐκ Λελέγων φερόμενοι* interpretanda sint) et qua in fragmenti fine, quemadmodum verborum simplex explicatio flagitat, Peparethus *τρίπολις* nominata esse refertur. Tum per ipsam descriptionem nonnulla prorsus desiderantur, sicut Boeotia absoluta Locrorum Opuntiorum et Epicnemidiorum recensus adjiciendus fuit, in Cycladum enumeratione quas ad minimum duodecim fuisse constat cf. Strab. X, p. 485 gravissimae quaedam ut Naxus et Parus silentio transmittuntur et urbium Cretensium ipse auctor profitetur se nonnullas praetermisisse, addita simul ejus silentii causa eximia *ἄλλαι τ' εἰσὶν ἐν Κρήτῃ πόλεις, ἅς ἐστιν ἐργῶδες φράσαι.* Quaerere quoque licuerit, num Lechaeum merito oppidum dici potuerit et quisnam sanae mentis scriptor tali modo inter se consarcinare haecce ausus fuerit vs. 42 sq. *Τῆνος καὶ λιμήν, Ἄνδρος τε νῆσος καὶ κατὰ Γέραιστον λιμήν.* Fieri non potest, quin ejusmodi expositionem perlegentes in memoriam eorum versuum memorialium redeamus, quos in grammaticis inprimis latinis exhibitos ediscere olim pueri jubebamur. Versu 51, sicut quidem locus nunc se habet, Ithaca insularum Cephalleniarum numero eximi videtur, quanquam in ea insula principem regni Cephallenii sedem habuisse secundum historiam fabularem constat. Minore fortasse vituperio scriptor ideo afficiendus erit, quod Seriphum, quam Stephanus Byzantinus Sporadibus adscripsit, inter Cyclades et Peparethum in Cycladum numero a Stephano collocatam

inter Sporades retulit, quum veteres ipsi de nonnullis insulis in numerum Sporadum aut Cycladum inserendis dubitasse videantur. Sed quis negligentissimo homini condonaverit, quod eandem Cimolum primo loco inter Cyclades, altero deinde inter Sporades recensuit? Versu 44 *σταδίων δ' ὁ παράπλους ἐστὶν ἑκατὸν εἴκοσι* ad aliam rem referri vix potuerit [4]), quam ad sinum Ambracicum, qui in nostro ipso fragmento jam vs. 26 memoratus est, in eo autem opere ex quo excerptum est sine dubio locum propiorem habuit, ita ut ad vocabulum *κόλπος* quo significatus fuerit deinde etiam vs. 45 *μετὰ τοῦτον* optime quadraret. Octo versibus postquam Aetolia commemorata fuit interjectis vs. 62 *οὗτοι* legitur idque ad *Αἰτωλοί*, quod voce *Αἰτωλία* comprehenditur, referendum esse videtur. Nec minus obscura vs. 70 est conjungendi ratio vocabuli *οὗτοι*, siquidem cum voce *Λοκροί*, ut veri speciem habet, collocandum est.

Sed haec quae postrema monui jam magis ad dicendi rationem pertinent, quam non minus pravam et miserabilem esse monui rerum descriptione, dispositione et tractatione. Si autem inprimis in prooemio confiteamur necesse est verba et verborum copulationes quasdam inveniri, quae pro Aristoteleis neque igitur secus pro Dicaearcheis considerari queant, haec tamen ita comparata sunt, ut apud alios quoque posterioris aetatis scriptores deprehendas et, etiamsi in singulis id locum non habeat, inde tamen explicari possint, quod qui exscripsit ex genuino opere ea repetierit. Per anagraphen vero ipsam inprimis displicent verba *λέγω*, *φημί*, *δοκέω*, *ὀνομάζω*, *καλέω*, *προσαγορεύω* saepissime ita usurpata, ut quod ad sensum plane supervacanea et nonnisi versibus complendis apta aut etiam fere absurda esse appareant. Huc non refero quod vs. 140 legitur *Δῆλος ἱερὰ νῆσος λεγομένη* quippe quod habeat quo satis defendatur; sed inter alia affero praecipue haecce vs. 16. *ἐν Πελοποννήσῳ γένη Λεγόμενα* [5]), vs. 26. *τὸν κόλπον δε τὸν καλούμενον Ἀμβρακικόν.* vs. 41. *ποταμὸν λεγόμενον Ἄραχθον.* vs. 45. *Ὀρέσται λεγόμενοι.* 54. *ἱερὸν . .*

Ηρακλέους καλούμενον. **64.** *ἡ Λοκρὶς καλουμένη.* **67.** *Ὕλαιθος λεγόμενος.* **89.** *εἶτ' Ἐμπερέσιον καλούμενον.* **102.** *ἡ προσαγορευομένη Πλαταιαί.* **105.** *τὸν μὲν λεγόμενον Ἰσμενόν.* **109.** *Λέχαιον λεγομένη πόλις.* **121.** *εἶτεν Ἀγγαραίαν λεγομένην.* **126.** *εἶτα λεγομένους Διδύμους.* **150.** *Πεπάρηθος ἡ τρίπολις καλουμένη.* Majori autem multo offensioni est quod vs. 31 dicitur *ἡ Ἑλλὰς εἶναι δοκεῖ* vs. 59. *καὶ ἱερὸν Ἅγιον Ἀθηνᾶς ἐστὶν ὠνομασμένον.* vs. 68, quod ineptissimum est in re in vulgus nota, *τοῦτον δὲ ῥεῖν λέγουσιν ἐξ Αἰτωλίας.* vs. 98. *ἱερὸν Τροφωνίου, Ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι.* vs. 103 quod intercalatum est *ὡς λέγεται.*[6]) vs. 118 *φασὶ δ' ἐν Κρήτῃ πόλιν Εἶναι Φαλάσαρνα.* Ceterum non negligendum est, quod apud Scymnum Chium temporibus literarum Graecarum non florentibus sine dubio adscribendum similia, inprimis etiam verbum *δοκῶ* et *ὡς λόγος* intercalatum, reperiuntur cf. vs. 94. 151. 163. 212. 489. Deinde miro modo inter se quaedam cumulata sunt, quae eandem plane vel simillimam saltem significationem continent cf. vs. 12. *ἀσφαλῶς ὑμὶν ἔχειν Κεῖσθαί τε*[7]) vs. 38. *τοῖς φιλομαθέσι μάλιστα φιλοτιμουμένοις,* ubi *τοῖς φιλομαθεστάτοις, τοῖς φιλομαθέσι μάλιστα* (vel etiam *τοῖς μάλιστα φιλοτιμουμένοις*) suffecisset.[8]) vs. 86. *ἱερὸν Ἀμφιαράου — καὶ νεὼς καὶ τὸ τέμενος,* ubi praeterea valde vituperandum est quod reliqua nomina sine articulo et unum *τέμενος* cum eo prolata sunt. vs. 16. *κατὰ τόπους* si cum *ὁμοροῦντα* copulamus non magnopere arridet, nisi forte verba *λεγόμενα καὶ ὁμοροῦνθ' ἑαυτοῖς κατὰ τόπους* ad omnia quae praecedentibus memorata sunt referimus. Possumus tamen *κατὰ τόπους* etiam separatim considerare eum in sensum interpretantes: „recensebo omnia secundum locos.“ vs. 89. non intelligitur, quam ob causam scriptor non simpliciter dixerit *Ἀρτέμιδος ἱερόν* et quid proferri debuerit *Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἅγιον,* neque infitiari possumus quod additum est *ἅγιον* cf. vs. 59. 120 sq. scriptorem redolere aetatis posterioris, Christianeae.[9]) Tum nonnulla vocabula inve-

niuntur versus tantum complendi causa aut omnino usurpata aut pro simplicioribus prolata, quo etiam illa quae supra indicavi λεγόμενος κ. τ. λ. referas. Sic saepissime particula δέ legitur [10]), καί idque ante vocalem in κ' immutatum vs. 83, προσέτι vs. 95, καθάπερ compluribus locis vice simplicis ὡς adhibitum, ἐχόμενος idem significans quod *subsequens*, *contiguus* et sensu fere adverbiali praeditum compluribus locis, quali ratione Scymnus quoque Chius protulit cf. ex. c. vs. 151., εἶτα vs. 85 sine ulla vi pronuntiatum, sicut etiam evidentius vs. 64. εἶτα μετὰ ταύτην. Sic ἐστίν quoque vs. 87. claudicare apparet, quum ἐστίν ex vulgata quidem lectione quam proxime praecesserit vs. 85. Vs. 10 ἐν βραχεῖ χρόνῳ metro debetur pro simpliciori et magis apto βραχέως vel etiam διὰ βραχέος, διὰ βραχέων. Nec minus metricae necessitati adscripserim quod vs. 1 σύ adjicitur, vs. 4. νυνί pro νῦν exhibetur et vs. 21 pro σε simplici σεαυτόν dictum est. Item versu 117 apparet ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων, quanquam non integra grammatica conjunctione [11]), versus gratia pro τῶν Ἀθηναίων prolatum esse. Quae hae porro sunt dicendi ambages vs. 82 sq. μετὰ Φωκεῖς ὑπόκειται, κειμένη Τῆς Φωκίδος χώρας πρὸς ἕω, neque eo loco placet ὑπόκειται pro κεῖται praesertim praepositione μετά praecedente, quod quidem etiam ad alios locos cf. vs. 58. 102. pertinet. Versu 51 ὕψος δ' ἔχουσα positum esse videtur pro ὑψηλὴ δέ, nisi forte (quod tamen summa stadiorum indicata et δέ particula impediunt) ὕψος cum ὀγδοήκοντα σταδίων praecedenti versu jungere malumus aut statuimus altitudinem Ithacae in genuino Dicaearchi opere expositam fuisse, excerptorem autem praetermisisse vel etiam adnotasse ac librarios negligentissime omisisse. Neque laudo vs. 32 μάλιστα ante συνεχής neque vs. 93 πάνυ ante καλή collocatum. Deinde quae per sensum inter se arctissime cohaerent verba foedo modo divelluntur, particulae quaedam, ut inprimis δέ et τέ [12]) non tertium tantum, sed vel quartum et quintum locum satis saepe obtinent et praepositiones et articuli formae a nomi-

nibus cohaerentibus versuum distinctione separantur. Qualia etiamsi Buttmanno exempla afferenti etiam apud tragicos et comicos poëtas reperiri concedam necesse est, nostrum tamen fragmentum inprimis ideo condemnandum est, quod intra paucos quos fragmentum continet versus ea vitia frequentissima sunt. Quam in rationem exemplorum instar sufficiat haecce tantum pauca adscribere [13]) vs. 76. εἶτα νυμφῶν ἐχόμενον Κωρύκιον ἄντρον. vs. 86. καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέχον ἱερὸν οὐ πολύ. vs. 135. ἐγγὺς Κέως πρώτη τετράπολις Σουνίου Νῆσος ὑπόκειται. vs. 28. ἐπιφανὴς δ' Ἱερόν vs. 30. καλεῖται Δρυοπὶς ἡ χώρα δ' ὅλη. vs. 47. πόλεις Οὗτοι δ' ἔχουσι. vs. 81. ἡ Βοιωτία Χώρα δέ, quo loco praeterea non intelligitur, quam ob causam χώρα additum sit. vs. 46. Ἄργος δ' ἐνταῦθά ἐστι τὸ || Ἀμφιλοχικόν. vs. 67. μετὰ δὲ τὴν || Τολοφῶνα. vs. 101. μετα δὲ τὰς Πόλεις. vs. 102. μῆκός ἐστι τῆς || Βοιωτίας. vs. 99. μετὰ Ταύτην. vs. 124. ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐν || Κρήτῃ πόλεις. Ultimo denique loco gravissima quaedam commemoro, verba singulari modo vel usurpata vel cum aliis conjuncta, eorumque nonnulla non modo singulariter sed fere absurde prolata. Ita versu 4. neque quae codicum lectio est πεπόρηκα, neque quae conjecturae sunt in promptu satis positae πεπόνηκα aut πεπόρικα approbandae videntur. Vs. 10. ταῦτα legentibus occurrit ita dictum, quasi relativa sententia praecessisset neque vero, ut revera fit, participium antea legeretur τὰ γὰρ — εἰρημένα ταῦτ' ἐμμέτρως ῥηθήσεται. Vs. 27. σταδίους δ' ἔχει ἀπὸ τῆς θαλάττης displicet pro eo quod dicendum fuit σταδίους δ' ἀπέχει (ἀπὸ) τῆς θαλάττης. Versu 48 non bene habet πόλεις Οὗτοι δ' ἔχουσι πλείονας καὶ Λευκάδα, seu hunc sensum statuis: „Acarnanes plures urbes habent (quam Amphilochi et Orestae) atque etiam Leucadem" seu ita interpretaris: „habent quum alias urbes tum inprimis Leucadem", ita ut πλείονας καί idem significet quod ἄλλας τε καί. vs. 50. νῆσοι ἐν αὐτῷ κείμεναι absolute positum male habet et purum putum indicem aeque redolet ac quod nonnullis locis.

inprimis sub finem, se saepe excipit *εἶτα*. Versus 51 nullo modo comprobandus est, seu *ἐχομένη* cum *λιμένας τρεῖς*, ut Buttmannus voluit, sensu *continens* et fere eadem cum *ἔχουσα* significatione jungis, seu cum Marxio per se consideras et per *affinis, contigua* explicas. Vs. 53. *πρὸς τῷ πέραν* non magnopere placuerit pro simplici *πέραν* usurpatum. Vs. 62. *ταύτης* non satis commode ad *Αἰτωλία* referatur, quippe quod vocabulum jam vs. 57. commemoratum fuerit. Vs. 78. *Κηφισὸς ὀρέων ἐκ Φωκίδος* aeque malum est atque quod excerptor revera exhibuisse videtur *Κηφισὸς ὁ ῥέων ἐκ Φωκίδος*, quum articuli ratio nulla intelligatur, quoniam Cephissus ab alio cognomine fluvio, veluti a rivo prope Athenas fluente, discernendus fuisse non videtur. Vs. 84. *τὸ μέν* legitur et deinde sine *δέ* particula *ἕτερον*. Vs. 92. ineptus esse primo obtutu apparet *Ἀνθηδὼν ἔχει Ἀνθηδόνιον τὸν λιμένα*. Vs. 96. *μετὰ δύο* pro *μετὰ δύο σταδίους* quanquam displicet, quum *στάδιοι* nomen remotiori tantum loco prolatum fuerit, tolerari tamen et aliis geographorum locis excusari potest. Vs. 100 *ὑπόκειται Θεσπιαί* non probabimus, quanquam aut voce *πόλις* subintellecta explicare aut facillima emendatione in *ὑπόκεινται Θεσπιαί* immutare possumus. Vs. 105 sq. qualis legitur verborum conjunctio *Ἀσωπόν, Πεδί' εὔυδρα παρακείμενα*! Qualis porro hic sententiarum complexus vs. 130 sqq *πρὸς δὲ τὴν μεσημβρίαν Οὖσας ἐν Εὐβοίᾳ* [14]) — *ἔτι δὲ καὶ Τῆς Ἀττικῆς χώρας μετεχούσας παντελῶς*. Vs. autem 111 sq. *ἔστι δ' αὐτῆς τὸ μέγεθος Δισχίλια καὶ πεντακόσιά που σχεδὸν Σταδίων* et vs. 119. *φασὶ δ' ἐν Κρήτῃ πόλιν Εἶναι Φαλάσαρνα*, si quae vitia latent, ut priori loco dubitandum non esse videtur, ea non tam auctori quam librariis deberi crediderim.

Permulta vidimus ab auctore nostri fragmenti contra rectam dicendi rationem commissa in iisque nonnulla esse quae metri necessitate effecta esse existimanda sunt, quod eo magis mirum, quo nequior totus fragmenti habitus metricus exstat. Nisi magnopere fallor, illuc etiam *ἱκανῶς*

pertinet vs. 11 sine ulla fere vi usurpatum, vs. 97 forma *Λεβαδία* loco vulgatae *Λεβαδεία* prolata, vs. 117 *ἔχει δὲ βάρβαρα Αὐτόχθονα γένη* pro eo quod accuratius dicendum fuerat *ἔχει δὲ καὶ βάρβαρα Αὐτόχθονα γένη*, vs. 139 *ἔχουσα λιμένας β'. μετὰ ταύτην δ' ἐστὶν ἡ*, ubi pro nota numerali verbum numerale ne pronuntiando quidem substituendum esse mihi videtur, sed versus hoc modo recitandus: *ἔχουσα λιμέ* [*νᾱς β̆'. με̆τᾰ̆ ταῦ*] *την δ' ἐστὶν ἡ*. Si enim *δύο* substitueremus, in eadem dipodia dactylus et anapaestus se exciperent, cujus generis metricam formam in trimetris vel comicis respui viri rerum metricarum periti merito contendunt. Buttmannus nomen ipsum numerale, ut videtur, necessario restituendum esse arbitratus hanc conjecturam proposuit: *ἔχουσα λιμένας δύο· μετὰ δὲ τὴν ἐστὶν ἡ*. Quum metri gratia haec et alia in dicendi genere peccata esse intelligamus, in promptu posita est sententia, qua de metrica fragmenti ratione bene sentiamus. Sed tantum abest, ut versus boni vel ad minimum recti existimandi sint, ut Osanno fere assentiar auctorem nostri fragmenti censenti de natura trimetri iambici fere nihil comperti habuisse vel saltem repexisse, ceteris versus pedibus plane neglectis, nisi quod ultimus pes iambus esse deberet. Qua tamen in re non penitus infitias iverim, hoc illo loco corruptelam irrepsisse, qua de medio sublata etiam metrica ratio ad meliores fruges reditura sit. Nihilo minus cavendum est ne, ubi simplex emendandi ratio non praesto adest, quae negligentissimus auctor commiserit librariorum vitiis originem debere suspicemur. Poëtam didacticum severis trimetri tragici legibus obstringi non potuisse patet et, ut in simili re similia afferam, in *περιηγήσεως* suae prooemio Scymnus Chius sese per opus suum comico metro usum esse disertis verbis profitetur cf. vs. 1 sqq. et vs. 33 sqq. *μέτρῳ δὲ ταύτην ἐκτιθέναι προείλετο Τῷ κωμικῷ δὴ τῆς σαφηνείας χάριν Εὐμνημόνευτον ἐσομένην οὕτως ὁρῶν*. Causae autem quibus poëtam didacticum majore libertate metrica et ad minimum eadem qua comicos uti necesse est

per se satis perspicuae sunt. Sed aliud sine dubio est, si intra spatium ducentorum vel amplius versuum quaedam liberius tractata deprehendimus, aliud si per versuum ambitum etiam minorem satis multa vitia metrica reperimus. Quo ante omnia quosdam anagraphes versus refero falsissime compositos, sicuti vs. 17 *ἵνα μηδέν σε τὸ σύνολον διαλανθάνῃ* (neque enim eo loco crediderim nequam poëtam corrigendum esse Casauboni conjectura, quanquam non admodum aliena et usu Aristophanis aliorumque comicorum comprobatu facillima, hacce *ἵνα μηδὲ ἕν σε κ. τ. λ.*), vs. 25. *αὕτη δ' ἀποικία λέγεται τῶν Κορινθίων*, ubi editores quidem fere omnes articulum quem usus penitus efflagitat aut uncis incluserunt aut plane ejecerunt, nihil autem mutandum et vitiositas metrica auctori imputanda esse apparet. Si cum comico res esset Romano, versus quaedam ratio ita effici posset, ut vocabuli *Κορινθίων* antepenultimam eo loco corripi statueremus. Versus 45. *εἶτ' Ἀμφίλοχοι· Ἄργος δ' ἐνταῦθά ἐστι τὸ* pluribus simul maculis contaminatus est, primum quod ultima vocis *Ἀμφίλοχοι* syllaba ante sequentem vocalem producta retinetur, quanquam id intercedente interpunctione aliquatenus tolerari potest, deinde quod posterior secundae dipodiae pes spondeus est et denique quod in verbis *ἐνταῦθά ἐστι* intolerabilis plane hiatus reperitur. Si in pessimo poëta emendandum putarem, sicut non puto nisi apertissimo corruptelae vestigio, conjectura Buttmanni arrideret *εἶτ' Ἀμφίλοχοι· Ἄργος δ' ἐν αὐτοῖς ἐστι τὸ* legendum proponentis. Versum 46 *Ἀμφιλοχικόν· μετὰ τούτους δ' Ἀκαρνᾶνες πόλεις* hypermetrum viri docti emendare studuerunt *τοὺς* pro *τούτους* substituendo. Versus 55 *ἕτερον δ' Ἀφροδίτης. ποταμὸν δ' ἡ χώρα ἔχει* propter spondeum in altera dipodiae parte necnon ob hiatum in ultimis verbis obtinentem improbandus est, ubi si quid mutandum crederem Buttmanni conjecturam *ποταμὸν ἡ χώρα δ' ἔχει* reciperem, quippe quae duobus istis vitiis versum liberet et quod ad *δέ* particulae sedem cum usu nostri scriptoris congrua sit. Versui 58 *ἐν ᾗ πόλις ὑπό-*

κειται Πλευρων καὶ ἱερόν idem Buttmannus mederi studuit verbis ita transponendis: ἐν ᾗ πόλις Πλευρὼν ὑπόκειται καὶ ἱερόν. Versum 60 ἔπειτα Καλυδών, εἶτα Κίδης, αἵ τ' Ἐχινάδες huc non refero, quia facere non possum quin gravissimam corruptelam eum in locum irrepsisse censeam, quanquam ipse equidem genuinae lectionis restituendae viam nondum investigavi. Affero deinde versum 72 ἔπειτα Φωκεῖς ἐκ Δελέγων φερόμενοι, ubi si conjectura admittenda esset Osanniana ἐκ Δελέγων φερώνυμοι multo majorem veri speciem sibi vindicaret quam quae a Buttmanno proposita est ἐφ' Ἑλικῶνα φερόμενον. Versus 77 quemadmodum vulgatus est quod ad metricam rationem pessimus est Κωρύκιον ἄντρον· εἶτ' Ἀντίκιρρα πόλις, quanquam, si eo loco ut Buttmannus refert codex Monacensis revera exhibet ειτ εναντι κυρα πολις, nemo versum talem constituendum esse dubitaverit Κωρύκιον ἄντρον· εἶτεν Ἀντίκυρα πόλις. Item in versu 85, qui ex vulgata lectione hic est ἕτερον Κιθαιρών· εἶτ' ἔστ' Ὠρωπὸς πόλις cum Buttmanno statuendum erit pro εἶτ' ἔστ' rescribendum esse εἶτεν. Versu 81 Λάρισσά τε, μετ' αὐτὴν δ' Αὔλις (Δαυλίς)· ἡ Βοιωτία fieri vix posse videtur, ut pravo scriptori succurramus, quanquam Buttmanni conjecturam Strabonis loco IX, 423 innixam: λασία τε μετ' αὐτὴν Δαυλίς· ἡ Βοιωτία sagacitate non destitutam esse confiteamur necesse est. Versus 90 Ἀγαμέμνων· εἶτ' Ἐμπερέσιον καλούμενον, nisi forte in Ἐμπερέσιον corruptelam inesse statuimus, nullo modo emendari posse aut debere videtur. Quam proposuit sanandi rationem Buttmannus Ἀγαμέμνον'· εἶτ' κ. τ. λ. spondeum quidem ex pari sede removet, sed in sententiae fine elisum vocabulum exhibet, qualis ratio nostro scriptori non aliena quidem, sed ei non plane immerito vitio versa est. Quod autem gravius est, quanquam a Graecis, id quod etiam in vulgus constat, λέγεται Ἀγαμέμνονα κτίσαι vel etiam objecto subsequente v. c. τὴν πόλιν aeque ac λέγεται Ἀγαμέμνων κτίσαι dici potuisse concesserim, accuratae tamen rationis scriptorem vix crediderim prola-

turum fuisse ὃ λέγεται κτίσαι Ἀγαμέμνονα. Nec magis mutandus est versus 104 διακόσια καὶ ἑβδομήκοντ' ἐστὶ τὸ πλάτος et Buttmanni conjectura quanquam cum dictione nostri auctoris optime convenit non comprobanda est. Legendum autem quanquam magis proponendi causa protulerat διακόσι' ἐστὶ χ' ἑβδομήκοντα πλάτος. A versu inde 105 etiam nequiora omnia reperiuntur atque ea quae a versu 109 edita sunt Cretae, Cycladum et Sporadum insularum descriptionem continentia in nullo codicum collatorum nisi in Holstenii Palatino exstitisse videntur. Sic statim versus 106 Ἀσωπόν τε, πεδί' εὔυδρα παρακείμενα apparet ἄμετρος esse, quo versu quod initio praeterea exhibebatur Λεωπόν τε nescio utrum cum Buttmanno ex vocibus Ἀσωπόν τε coortum an ex λεγόμενον corruptum esse censeam. Ἔστιν δ' ἔπειτα χώρα Μεγαρέων· ἔστι τε versus 107 mensura penitus caret, nisi forte Μεγαρέων per synizesin pronuntiandum existimamus. Improbanda omnino est quam hoc loco Buttmannus protulit conjectura ἔστιν δ' ἔπειτα Μεγαρέων χώρ'· ἔστι τε ob longam vocis χώρα syllabam terminalem elisam. Versus 109 ut vulgo profertur χυστὸς ὑπόκειται καὶ Λέχαιον λεγομένη πόλις metricum monstrum est, sanaretur autem si aut χυστός omitteretur aut, id quod majori veri specie nititur, χυστός ut Passovius quoque censuit in χωστός immutato, πόλις quod ad Λέχαιον praeterea non recte quadrare videtur abjiceretur et pro λεγομένη deinde rescriberetur λεγόμενον. Buttmanni vero conjecturam Krebsii quadam suspicione innixam non probo hancce: Σχοινοῦς ὑπόκειται καὶ Λέχαιον λεγόμεναι. In versu 112 corruptelam inesse jam supra indicavi, quod vel absurdissimus scriptor διςχίλια καὶ πεντακόσια cum genitivo σταδίων collocare potuisse non cogitandus est. Non corrigendus autem, quanquam vituperandus est versus 141 νεώς τ' Ἀπόλλωνος· εἶτεν ἐχομένη. Versu denique 149 ἀπὸ ταύτης ἐστὶν ἀπέχουσ' οὐ πολύ non improbanda videtur Buttmanni conjectura αὐτήν quod praecedenti versu ὑπέρμετρον legitur in hujus versus initium

translocantis. Restant praeterea satis multi versus liberrime compositi, quorum plurimos Buttmannus aut emendare aut exemplis ex comicis Graecis repetitis, sed iis non omnibus plane similibus comprobare studuit. Etiamsi autem omnia quae in hoc fragmento deprehendimus contra elegantiorem metri structuram commissa excusari vel defendi possent, eo tamen inprimis offendamur necesse est, quod eae versuum deformitates nostro fragmento inter se nimis cumulatae sunt. Quod autem Osannus attulit Damocratis exemplum apud Galenum de antidotis trimetros multo correctiores et tragicorum instar fere conformatos exhibentis, non magnopere respicio, quum hic didacticus poëta severioribus legibus, quam quae ab aliis didacticis observari solerent, se ipse subjecisse videatur. Plus valet quod idem vir doctissimus de Machone, comico poëta Ptolemaei tertii Euergetae tempore florente, monuit, cujus versus ab Athenaeo XIII, p. 579 sqq. memorati, quanquam liberrime incedunt, multo tamen rectius atque elegantius se habent nostris. Neque apud Scymnum Chium tam frequentem reperimus versuum procacium durissimorumque concursum. Quod autem summum est, omnium versuum ex poëtis quos dixi et aliis qui utpote similes nostris afferri possunt rhythmus magis fluidus est, magis continuus, minus conglutinatus et contortus. Dicaearchum vero, qui rebus quoque musicis insignem operam navavisse statuendus est, ejusmodi versus quales supra proposui et jam statim quosdam adjiciam, facere non potuisse perspicuum est. Ob breves syllabas nimis cumulatas, ut exempla proferam, displicent vs. 7 *ἱκανήν τε παρέχων διατριβὴν τοῖς δυναμένοις*. vs. 38 *τοῖς φιλομαθέσι μάλιστα φιλοτιμουμένοις* et ubi adeo duo trihrachyes se excipiunt vs. 89 *κ' Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἅγιον* (de hujus vocabuli prosodia cf. etiam vs. 121. 59), *ὃ λέγεται κτίσαι* 144. *αὗται μέν εἰσι Κυκλάδες· ἕτεραι λεγόμεναι*. Neque bene habet, si anapaestus ab anapaesto aut a dactylo excipitur ut vs. 115 *Λακεδαιμονίων, ἔπειτεν Ἀργείων, τό τε* (quanquam eo loco nomen proprium excusationem prae-

bet). 122. *Μύκονος· μετὰ ταύτην Τῆνός ἐστι καὶ λιμήν.* 51. *Ἰθάκη δὲ σταδίων ὀγδοήκοντα στενή*, vel si verborum caesurae cum dipodiarum finibus congruunt ut vs. 57. *ἔσθ' ὁ παράπλους αὐτῆς· ἔχεται δ' Αἰτωλία.* vs. 83. *τῆς Φωκίδος χώρας πρὸς ἕω. κ' ἔστιν δύο.* vs. 84. *ἐπίσημ' ὄρη· τὸ μὲν Ἑλικὼν καλούμενον.* Ceterum non vacat omnia duritiei genera, quibus metrica nostri fragmenti ratio laborat, enumerare, quum versus, cujusmodi hic est 140 *Δῆλος ἱερὰ νῆσος λεγομένη καὶ λιμήν* a nemine facile pro eleganti habitus, frequentissimi sint.

Num hujus fragmenti auctor Scymni Chii, quae supereest et quae eadem fortasse prosaici cujusdam operis metrica tractatio est, geographiam ante oculos habuerit, certo definiri non potest; sunt quaedam utrobique sibi similia, sicut quae de metricae formae utilitate disseruntur et singulorum quae in opere tractanda sunt recensendorum ratio; sed apud Scymnum omnia accurate ac fuse, apud nostrum scriptorem quam brevissime exposita sunt. Phileae, qui ubi de Graeciae finibus sermo est commemoratur, notitiam scriptor ex ampliori Dicaearchi opere repetiisse videtur neque omnino necesse est nostrum auctorem censeamus praeter librum excerpendum aliis quoque scriptis usum fuisse, inprimis quum talis studii nullum fere aliud vestigium adsit. Nec minus apud Scymnum ex opere excerpto repetendum fuerit quod auctores geographici vel historici compluribus locis afferuntur cf. vs. 369. *Θεόπομπος ἀναγράφει δὲ ταύτης τὴν θέσιν.* 411. *ὡς φασι Τίμαιός τε καὶ Ἐρατοσθένης.* 545. *Ἔφορος εἴρηκεν.* 564. *Ἡρόδοτος ἱστορεῖ δὲ ταῦτα συγγράφων.* 316. *ἔνιοι δὲ Λοκρῶν φασὶ τῶν ἐν Ὀζόλαις.* Cum Scylacis autem periplo nonnullis locis consensus evidentissimus nostro fragmento intercedit, ut alter ab altero in usum vocatus fuisse aut uterque ex uno eodem fonte hausisse videatur. Quod accurata duorum scriptorum quam etiam post Osannum et Buttmannum hic instituam comparatione facta satis apparebit. Cum vs. 24. sqq. hic Scylacis locus conferendus est apud Gailium I, p. 255: *μετὰ δὲ*

Μολοττίαν Ἀμβρακία πόλις Ἑλληνίς· ἀπέχει δὲ αὕτη ἀπὸ θαλάττης στάδια π'. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττης τεῖχος καὶ λιμὴν κλειστός (non dubito, quin Osannus ita legendum esse pro vulgato κάλλιστος merito jusserit). ἐντεῦθεν ἀρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι (quod Gailius bene vertit: „formant un corps") μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ καὶ Ὁμολίου Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστι παρὰ τὸν ποταμόν. παράπλους δὲ τῆς Ἀμβρακίας στάδια ρκ'. In Acarnaniae descriptione nostro auctori cum Scylace convenit inprimis de longitudine ejus provinciae praeternavigando emensa cf. vs. 56 sq. cum his Scylacis verbis παράπλους δὲ Ἀκαρνανίας ἐστὶν ἡμερῶν δύο, ubi Scylacem dierum numero simul noctes complexum esse interpretes recte monuerunt, neque νυκτῶν vocabulum excidisse cum Gailio statuendum est. Scylacis autem de Acarnania locus omnis hicce est ex Gailii et Osanni conjecturis a me exhibitus: μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία ἔθνος ἐστί. καὶ πρώτη πόλις αὐτόθι Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Εὔριπος, καὶ Θύριον, καὶ Ἀνακτόριον ἐν τῷ κόλπῳ· καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου λιμὴν Ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν. Jam sequuntur verba corruptissima, in quibus restituendis Salmasius et Gronovius operam suam collocaverunt, αὕτη ἀνέχει ἐπὶ τὸν Λευκαταιῶν ἐστιν ἀκρωτήριον πόῤῥωθεν τῇ θαλάττῃ. αὕτη ἡ πόλις τὸ πρὶν καὶ ἐπὶ Λευκαδιοστῶν ὠνομάζετο. Pergitur deinde ita: Ἀκαρνᾶνες δὲ στασιάσαντες ἔλαβον ἐκ Κορίνθου ἐποίκους χιλίους· οἱ δὲ ἔποικοι ἀποκτείναντες τούτους τὴν χώραν αὐτοὶ ἔχουσιν. αὕτη δ' ἐστὶ νῦν νῆσος τὸν ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη. μετὰ δὲ ταῦτα πόλις Φαρὰ· καὶ κατὰ ταῦτα νῆσός ἐστιν Ἰθάκη καὶ πόλις καὶ λιμήν. μετὰ δὲ ταῦτα νῆσος Κεφαλληνία. ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἀπέλιπον. μετὰ ταῦτα πόλις Ἀλυττία καὶ κατὰ ταύτην νῆσος Κάρνος καὶ πόλις Ἀστακὸς καὶ λιμὴν καὶ ποταμὸς Ἀχελῷος καὶ Οἰνιάδαι πόλις. καὶ εἰς ταύτας τὰς πόλεις ἀνάπλους ἐστὶ κατὰ τὸν Ἀχελῷον· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Ἀκαρνάνων ἐν μεσογείᾳ. παράπλους

δὲ Ἀκαρνανίας ἐστὶν ἡμερῶν δύο. ἡ δὲ Ἀκαρνανία ἐστὶ πᾶσα εὐλίμενος καὶ κατὰ ταῦτα νῆσοι παράκεινται πολλαί, ἃς ὁ Ἀχελῷος προσχωννύων ἤπειρον ποιεῖ. καλοῦνται δὲ Ἐχινάδες νῆσοι, εἰσὶ δὲ ἔρημοι. In Aetoliae descriptione inter anagraphes auctorem et Scylacem id solum convenit, quod uterque ejus provinciae praeternavigationem diurnam esse retulit cf. haec Scylacis verba μετὰ δὲ Ἀκαρνανίαν Αἰτωλία ἐστὶν ἔθνος καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Καλυδών, Μύκαρνα (cujus loco Salmasius Ἀλίκυρνα, Gailius Μάκυρνα et alius vir doctus cf. Goett. Gel. Anz. 1832. p. 2021 Ἀλύκαρνα legendum proposuit), Μολυκρεία καὶ ὁ Δελφικὸς κόλπος. στόμα δὲ τοῦ κόλπου τούτου ἐστὶ στάδια ἱ· καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἱερὸν καὶ Ναύπακτος πόλις καὶ ἐπ' αὐτὴν (nescio an apud hunc scriptorem emendatione qualis est Gailii ἐπ' αὐτῇ aut qualis haecce est μετ' αὐτήν opus sit) πόλεις εἰσὶν ἄλλαι πολλαὶ Αἰτωλοῖς ἐν μεσογείᾳ. παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Αἰτωλίας ἡμέρας μιᾶς. ἡ δὲ Αἰτωλία παρήκει τὴν Λοκρίδα πᾶσαν ἀπὸ μεσογείας μέχρι Αἰνιάνων (in his postremis verbis, quod apud melioris notae scriptorem non statuerem, ἀπὸ μεσογείας crediderim fere idem significare cum ἀπὸ μεσημβρίας, nisi vero cum Gailio placet ἀπὸ μεσογείας cum τὴν Λοκρίδα arctissime eum in sensum copulare, ut sit: „Aetolia contigua est omni Locridis parti mediterraneum provinciae tractum spectanti"). Quae anagraphes auctori in Ambraciae, Acarnaniae et Aetoliae descriptione cum Scylace communia sunt iis animadversis restat ut ea quoque quae utrique singularia exstant enumeremus. Ambracia in anagraphe non solum, id quod apud Scylacem omissum est, Corinthiorum colonia esse dicitur, sed etiam ejus situs accuratius definitur his verbis κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν καλούμενον Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέση. Praeterea neque de Minervae sacro Scylax verba facit neque omnem in qua Ambracia sita est regionem Dryopidem vocari refert. Scylax Homolen urbem, noster auctor Homolen montem Helladis terminum efficere statuit et insuper, quod apud

Scylacem desideratur, Phileae sententiam et omnino opinionum de Helladis finibus diversitatem memorat. De populo qui Ὀρεῖται vel ut videtur Ὀρέσται potius dicitur apud Scylacem nihil legimus ab eodemque Amphilochos eorumque urbem Argos non separatim recenseri, sed hanc in ipsa Acarnania collocari videmus. Quae Acarnaniam deinde spectant in anagraphe brevissime, a Scylace vero multo accuratius exposita sunt, sicut in anagraphe neque de Alyzea, Astaco et Oeniadis urbibus neque de Carno insula neque de egregiis Acarnaniae portubus quidquam legitur. Echinades autem insulae, quas Scylax Acarnaniae descriptioni adjungit, ab anagraphes auctore Aetoliae adnectuntur, et Naupactus quam Scylax Aetoliae assignat in anagraphe Locridi accensetur. In Aetolia describenda uterque scriptor Calydonem memorat, Pleuronem autem cum Minervae sacro sola anagraphe exhibet, quum contra Scylax insuper Mycarnam, Molycream afferat et multas urbes Aetolis in mediterranea ipsorum regione esse dicat. De Locride inter nostros scriptores nihil convenit, nisi quod ejus praeternavigatio a Scylace dimidii diei et in anagraphe non totius diei esse statuitur. Ceterum Scylax eos Locros Ozolas cognominatos eorumque urbes Euanthidem et Amphissam, anagraphes auctor Naupactum et Tolophonem urbes fluviumque Hylaethum refert et praeterea Locros olim Leleges dictos fuisse adnotat. Quod ad Phocidem, de longitudine ejus provinciae praeternavigando emetienda iidem inter se consentiunt, in ceteris autem inter se ita discrepant, ut Scylax nihil nisi campum Cirrhaeum (eo enim modo quod vulgo legitur Κουρᾶιον πεδίον immutandum est), Delphos urbem et cum egregrio helleboro Anticyram, noster autem scriptor praeterea Parnassum, Corycium antrum et Cephissum fluvium resenseat et urbes Cyparissum, Larissam et Daulidem afferat, quum altero Scylacis loco, ubi de Phocide iterum sermo est, Thronium, Cnemis, Elatea et Panopeus memorentur. In Boeotia describenda anagraphes auctor multo locupletior est Scylace, qui de ea provincia duobus

locis exponit, quorum alter corruptissimus est, altero Boeoti ad mare usque Euboicum porrigi referuntur, Delium sacrum cujus in anagraphe nulla mentio facta est memoratur et praeterea, ut etiam in anagraphe, Aulis, Euripus, Anthedon, Thebae, Thespiae et Orchomenus enumerantur. Singulariter Scylax Boeotiae praeternavigationem μέχρι τῶν Λευκῶν ὁρίων (nescio utrum μέχρι τῶν Λοκρῶν ὁρίων an τῶν Λευκῶν ὁρῶν rescribendum sit) ducentorum quinquaginta stadiorum esse indicavit. Sed quod ad Boeotiam spectat a nostro auctore non solum ea, quae apud Scylacem quoque locum habent, multo accuratius enarrantur, sed etiam nonnulla adjiciuntur, quorum apud Scylacem nullum adest vestigium. Quo pertinet quod Boeotia a Phocide orientem versus sita esse traditur, duo montes Helicon et Cithaeron memorantur, Oropus et Amphiarai sacrum, Emperesium (quanquam id aliunde non novi), Tanagra, Copae, Lebadea cum Trophonii sacro, Ocalea, Medeon, et Plataeae urbes necnon fluvii Ismenus et Asopus referuntur. Longitudo denique Boeotiae a nostro auctore stadiorum D, ejusque latitudo stadiorum CCLXX esse indicata est. In Cretae descriptione anagraphes auctori cum Scylace convenit, quod uterque eam insulam exadversus Cytherae sitam esse eamque valde angustam et duo millia stadiorum et quingenta longam esse tradidit. De Cretensium quoque origine plane consentiunt, nisi quod Scylax praeter Argivos, Lacedaemonios et Athenienses colonos disertis verbis etiam ceteram Graeciam refert colonos Cretae suppeditasse. Multas Cretae urbes esse uterque indicavit, inter quas ab iisdem simul Phalasarna occidentem versus sita cum portu munito memoratur. In eo tamen discedunt, quod noster auctor Dianae Dictynnae sacrum cum Phalasarna urbe collocat, quum Scylax id sacrum vel saltem Dictynnaeum Dianae sacrum in alia insulae parte posuerit. Multae deinde urbes apud Scylacem enumeratae sunt, quarum apud nostrum scriptorem ne vestigium quidem indicatum est, ita ut praeter Phalasarnam et Apteraeam (ut in anagraphe quoque legendum vi-

detur) apud utrumque simul Gortyna tantum et Cnossus reperiantur. Quum jam vero infra Scylacis de Creta locum exscripturus sim, animadvertere sufficiat quae anagraphes auctor sibi singularia habet: Cretam prae omnibus insulis in alto sitam esse fluviosque habere Lethaeum, Didymos quos vocarent, Maenomenum, Cedrisum, Amphimelanem et Messapolin atque Dictynaeum montem occidentem versus vergentem. Scylacis de Creta locus qualis vulgo editur hic est. *Κατὰ Λακεδαίμονα νῆσος κεῖται Κρήτη. ἐγγυτάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης* (in his verbis plane nihil mutandum est). *διάπλους δὲ ἀπὸ Λακεδαίμονος ἕως ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ἐφ' ᾧ ἐστι πόλις Φαλάσαρνα, ἡμέρας δρόμος. ἀπὸ δὲ Φαλασάρνων Κριοῦ μέτωπόν ἐστιν ἀκρωτήριον. πρὸς νότον δὲ ἄνεμον πλοῖς εἰς Λιβύην. ἐπὶ Χερρονήσου δὲ τὰς ἀλιάδας* (verba ut videtur valde corrupta) *τῶν Κυρηναίων πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. ἐστι δὲ ἡ Κρήτη μακρὰ στάδια βφ'· στενὴ δὲ καὶ τέταται ἀπὸ ἡλίου δυσμῶν πρὸς ἡλίου ἀνατολάς. οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες οἱ μὲν ἄποικοι Λακεδαιμονίων, οἱ δὲ Ἀργείων, οἱ δὲ Ἀθηναίων, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἄλλης ὁπόθεν ἔτυχεν. εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ αὐτόχθονες. πόλεις πολλαὶ ἐν Κρήτῃ· Κρήτης θέσις ὡς ἀκρωτέρω ἐστὶ* (haec verba partim e margine in contextum irrepsisse, partim magnopere corrupta esse videntur. Virorum doctorum quae adhuc prolatae sunt conjecturae [inter quas praestantissima fortasse est Osanni *καὶ ἐπ' ἀκρωτηρίῳ*] vereor ut ei loco justam medicinam attulerint) *πρώτη πόλις πρὸς ἥλιον δυόμενον ἡ προειρημένη Φαλάσαρνα καὶ λιμὴν κλειστὸς Πολύρρηνα καὶ διήκει ἀπὸ βορέου πρὸς νότον. Δικτυνναῖον Ἀρτέμιδος ἱερὸν πρὸς βορέαν ἄνεμον τῆς χώρας Περγαμίας. πρὸς νότον δὲ Ὑρσακίνα. Κυδωνία καὶ λιμὴν κλειστὸς πρὸς βορέαν. ἐν μεσογείᾳ δὲ Σάλυρος πόλις. πρὸς νότον Μέλισσα πόλις καὶ λιμὴν παρὰ Κριοῦ μέτωπον. πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμον ὄρος κάλλιστον καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ Ὁλοῦς καὶ Πᾶν. πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμα*

Πτιρέα χώρα. εἶτα ἡ Λαμπαία καὶ διήκει αὕτη ἀμφοτέρωθεν καὶ ποταμὸς Μεσάπος ἐν αὐτῇ ἐστι. μετὰ δὲ Ὀσμίδαν Ἐλεύθερναι πρὸς βορέαν. πρὸς νότον δὲ Συβρίτα καὶ λιμήν. πρὸς νότον Φαῖστος. πρὸς βορέαν Πάξος καὶ Κνῶσσος. πρὸς δὲ νότον Γόρτυνα, Βαῦκος. ἐν μεσογείᾳ δὲ Λύκτος καὶ διήκει αὕτη ἀμφοτέρωθεν. Γράνος ἀκρωτήριον Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν Κρήτῃ· λέγεται δὲ εἶναι ἑκατόμπολις. **Omnis hic locus quantopere corruptus sit, accuratiori demonstratione egere non credo; qui ut restituatur quantum quidem a verborum collocatione pendet, experior ordine ut videtur satis probabili eum exscribens simulque nonnullas virorum doctorum emendationes admittens.** *Κατὰ Λακεδαίμονα νῆσος κεῖται Κρήτη· ἐγγυτάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης. διάπλους δὲ ἀπὸ Λακεδαίμονος ἕως ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ἐφ' ᾧ ἐστὶ πόλις Φαλάσαρνα, ἡμέρας δρόμος. ἀπὸ δὲ Φαλασάρνων πλοῦς εἰς Λιβύην, ἐπὶ Χερρονήσου τὰς ἁλιάδας τῶν Κυρηναίων, ἡμέρας καὶ νυκτός. Γράνος ἀκρωτήριον Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, πρὸς νότον δὲ ἄνεμον Κριοῦ μέτωπόν ἐστιν ἀκρωτήριον. ἐστι δὲ ἡ Κρήτη μακρὰ στάδια βφ'· στενὴ δὲ καὶ τέταται ἀπὸ ἡλίου δυσμῶν πρὸς ἡλίου ἀνατολὰς καὶ διήκει αὐτὴ* [*ὀλίγον* **interponendum videtur**] *ἀμφοτέρωθεν ἀπὸ βορέου πρὸς νότον. καὶ ποταμὸς Μεσάπος ἐν αὐτῇ ἐστι. οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες, οἱ μὲν ἄποικοι Λακεδαιμονίων, οἱ δὲ Ἀργείων, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἄλλης ὁπόθεν ἔτυχεν. εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ αὐτόχθονες. πόλεις πολλαὶ ἐν Κρήτῃ. πρώτη πόλις πρὸς ἥλιον δυόμενον ἡ προειρημένη Φαλάσαρνα καὶ λιμὴν κλειστός, Πολυρρήνια καὶ Δικτυναῖον Ἀρτέμιδος ἱερόν. πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμον τῆς χώρας Περγαμία, Κυδωνία καὶ λιμὴν κλειστός, ὄρος κάλλιστον καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ Ὁλοῦς καὶ πόλις, Ἀπτεραία, εἶτα Λαμπαία, μετὰ δὲ Ὀσμίδα, Ἐλεύθερναι, Ὀαξὸς καὶ Κνῶσσος. πρὸς νότον δ' Ὑρτακίνα μὲν, Λίσσα δὲ καὶ λιμὴν παρὰ Κριοῦ μέτωπον, Συβρίτα καὶ λιμήν, Φαι-*

στός, Γόρτυνα καὶ Ῥαῦχος. ἐν μεσογείᾳ δ' Ἔλυρος πόλις, Λύκτος καὶ Πραῖσος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν Κρήτῃ· λέγεται δὲ εἶναι ἑκατόμπολις. Creta descripta Scylax septem Cyclades enumerat κατὰ Λακεδαίμονα sitas, Attica vero exposita circa Atticam addit insulas esse quas vocarent Cyclades easque duodecim recenset, altero autem loco alteras. Anagraphes auctor ita non discernit et Cyclades insulas super Geraestum sitas esse dicit, ab Euboea meridiem versus, ita ut pelagus Myrtoum complectantur terraeque Atticae continenti adjudicandae videantur. Inter Cyclades autem insulas contra Lacedaemonem sitas ille Melum, Cimolum, Nochiarum (seu ut Vossius proposuit Oliarum), Cinem (ex ejusdem Vossii emendatione Sicinum), Theram, Anaphen et Astypalen recensuit. Quarum apud hunc sola Cimolus inter Cyclades memoratur, sed eadem paulo infra ab eodem in Sporadum numero collocata est, sicut iisdem Thera accensita est. Cycladum autem circa Atticam insularum primo loco a Scylace ponitur Ceos quatuor urbibus praedita. Ex codicum lectione apud Scylacem Cei insulae hae urbes memorantur: Coresia, Julis et Aerae; ex Vossii emendatione Poeessa, Coresia, Julis et Carthaea, et ex Broenstedtii sententia locus ita legendus est: πόλις καὶ λιμὴν Κορησία, Ἴουλις, Καρθαία, quum contra Gailius omnia urbium nomina in eo Scylaceo loco de Ceo delenda esse censeat. Sed hoc posterius non crediderim, quum praecedenti loco Scylax disertis verbis dixerit καὶ πόλεις αἵδε ἐν ταῖς νήσοις, quanquam de restituendis urbium nominibus non certam habeo sententiam. Anagraphes quoque auctor Ceon quatuor urbes habere refert, nihil tamen insuper adjiciens, nisi quod ea insula a Sunio proxime abesset. Si apud Scylacem deinde in Cycladibus Helene enumerata legitur, ea non eam ob causam, quod ab Artemidoro apud Strabonem X, 485 Cycladum numero eximi videtur, e contextu peripli Scylacei ejicienda est, quum in Cycladibus et Sporadibus referendis vel discernendis alii aliter statuerint geographi. Ceterum neque a nostro scrip-

tore memorata est; Cythnus contra cum cognomine urbe Seriphus cum urbe et portu, et Siphnus ab utroque recensitae sunt. Parus autem, quae a Scylace inter Cyclades allata est, in anagraphe desideratur, nisi forte parum probabilem conjecturam ad vs. 138 factam respicimus. Naxus, quae a Scylace memorata solum est, a nostro refertur sacra insula appellari et portu Apollinisque templo instructa esse. Rhene et Syrus (ea enim emendatio vulgatae Σχύρος loco sine dubio recipienda est) a Scylace enumeratae in anagraphe non leguntur. Myconus et Tenus, sicut etiam Andrus apud utrumque locum habent, ita tamen ut singulariter Scylax Myconum δίπολιν et singulariter anagraphes auctor Andrum contra Geraestum sitam esse referat. Scylax ubi nonnullas Sporades recenset hoc eorum nomen tacet, quod in anagraphe diserte memoratur. Icarus et Amorgus apud Scylacem neque vero apud nostrum auctorem leguntur; Ios in anagraphe nonnisi tangitur, a Scylace autem portum et Homeri sepulcrum continere refertur; Scyrus contra a nostro singulariter Pelasgica esse traditur. Sciathum et Icum in anagraphe desideramus; de Peparetho autem insula anagraphe cum Scylace congrua est. His omnibus iisque praesertim quae ad Ambraciam et Cretam spectant consideratis anagraphes auctorem veri simillimum fit Scylacis periplum in usum vocavisse et hic illic adeo exscripsisse. Marxii autem sententia audacior est anagraphen fere totam e Scylacis periplo consarcinatam esse statuentis. Ceterum quod auctorem Scylacis periplo usum fuisse conjicimus, non repugnamus sententiae qua anagraphen ex Dicaearchi opere conglutinatam esse supra conjecimus. Quid enim nos vetat cogitare, eum scriptorem praeter Dicaearchi scriptum, unde geographicum suum compendium repetiit, etiam alios libros similis argumenti, quanquam suo modo, adhibuisse? Quod si cui minus probaretur, statuere fortasse liceret non solum anagraphes auctorem, sed etiam scriptorem periplī qui Scylacis nomine traditus est eodem Dicaearchi opere uno fonte usos fuisse.

Rittershusius ad Porphyr. vit. Pythag. 18 nostrum fragmentum quod cum prosaico cohaerere credebat una cum hoc nihil nisi epitomen Vitae Graeciae Dicaearchianae esse existimavit [15]), quam sententiam deinde L. Holstenius in epistoll. ad Peiresc. ed. Boiss. p. 61 impugnavit et poëticum nostrum fragmentum, contra quam Rittershusius putaverat, a prosaico plane segregandum esse recte statuit. Ceterum anagraphen, excepta Peloponnesi descriptione, integram ad nos pervenisse opinatus est. Dodwellus in diss. de Dicaearcho §. 6. Dicaearchum conjicit opus metricum composuisse *ἀναγραφῆς* nomine eoque urbes et locos insigniores in tabella sua geographica descriptos tradidisse versibus memoriam adjuvantibus ibique ea inprimis respexisse, quorum in vita Graeciae minor ratio habita fuerit, sicut insulas Graecas et Peloponnesum. Sed praeter Graeciam Dodwellus arbitratur in Dicaearchi anagraphe ceteram quoque habitatam terrae partem tractatam fuisse et quod in nostra anagraphe Graeciae tantum descriptio exhibeatur inde factum explicat, quod posterioris aetatis quidam homo ea tantum collegerit, quae ad illam terram pertineant. Quam Dodwelli sententiam Fabricius bibl. Gr. t. II, p. 486 sqq. amplexus est hanc *ἀναγραφὴν* ut ita dicam *τῆς οἰκουμένης* insuper suspicans Strabonis loco II, p. 104 sq. significatam esse. Tempus denique quo *ἀναγραφὴ* a Dicaearcho confecta fuerit a Dodwello ponitur Olympiadis CXVI annus primus. Corayus l. l. non certam protulit de nostra anagraphe sententiam, opus quod inscriptum fuisset *Βίος τῆς Ἑλλάδος* Theophrasto dedicatum fuisse atque inde nonnullas lacinias iambicas superesse ratus, sed non dijudicavit, utrum hae reliquiae ab ipso Dicaearcho an a posterioris aevi homine profectae essent. Schoellius hist. Gr. lit. t. III, p. 137. Dicaearchum censuit *ἀναγραφὴν τῆς Ἑλλάδος* versibus iambicis composuisse ejusque fragmentum centum quinquaginta versibus comprehensum adhuc exstare. Ea autem de sententia, qua eam anagraphen viri docti tabulis Dicaearchi geographicis illustrandis inserviisse statuerunt,

Schoellius nihil plane monuit. Celidonio Errante, sicut ex Gailii editione p. 37 sqq. perspicio, anagraphen dixit metricam epitomen esse memoriae adjuvandae causa ab ipso Dicaearcho factam ex iis, quae in vita Graeciae et in *καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν* accuratius exposuisset (quo etiam vs. 12 sqq. respicerent), eamque Theophrasto dedicatam fuisse. Ceterum Celidonio tertium quoque opus, ipsius nimirum Peloponnesi chorographiam, a Dicaearcho in excerpendo in usum advocatum fuisse suspicatus est. Quod autem hoc metricum Dicaearchi opus nullo veterum loco nisi apud Hieronymum memoraretur, Celidonio inde repetiit quod nihil nisi compendium fuisset et veteres eam Graeciae descriptionem pro parte tantum Vitae Graeciae consideravissent. Marxius ut jam ante indicavi fere omnem anagraphen ex Scylacis periplo consarcinatam eamque deinde cum ceteris fragmentis ab aliquo librario vel bibliopola pro opere Dicaearcheo vel etiam omnino justa et accurata Graeciae geographia venditam fuisse judicavit. Nostrum fragmentum ab ipso Dicaearcho profectum non fuisse certissimum habuit, quod non solum metricus ejus habitus nequissimus esset, sed etiam quaedam in eo invenirentur, quae aut falsa censenda essent aut sibi invicem repugnarent. Ad Hemsterhusii quoque sententiam provocavit, qui ex ea ratione qua in nostro fragmento de Trophonii oraculo disseritur merito collegit Dicaearchum Messenium nostrae anagraphes auctorem non fuisse. Rectissime denique fecit quod anagraphen a fragmentis pedestri oratione superstitibus plane separavit et ad discrepantiam quae de Thebarum ambitu inter anagraphen et fragmentum prosaicum obtinet animum advertit. Quod nostram anagraphen Dicaearchi non esse neque esse posse contendit, Marxio assentiendum viri doctissimi recte censuerunt; quod vero fere totam ex Scylacis periplo conglutinatam esse suspicatus est, id finibus aliquanto arctioribus includendum esse jam supra monuimus. Marxio, quatenus anagraphen genuinum Dicaearchi opus esse negavit, Groddeckius hist. Gr. lit. l. l.

Creuzerus in recens. Itinn. Broenstedt. Ephemeridd. Heidelb. 1826. p 674., Naekius Mus. Rhen. l. l. et Osannus l. l. obsequuti sunt. In eo tamen Osanni sententia a Marxiana discedit, quod nonnulla tantum in anagraphe deprehendi existimat quae e Scylacis periplo repetita sint et quod anagraphen non credit opus Dicaearcho suppositum esse, sed metricam epitomen operis Dicaearchei dicit pedestri oratione compositi et Theophrasto fortasse dedicati. Quam Osanni opinionem equidem quoque supra adoptavi ibique prosaicum opus unde anagraphe exorta fuerit *περίοδον γῆς* fuisse conjeci. Quem contra virum doctissimum, quamvis in omni sua demonstrandi ratione me assentientem habeat, id tamen solum monere hoc loco liceat, quod, ubi nostrum fragmentum spurium esse demonstraturus est, nimiam rationem ejus rei habuit, quod Dicaearchus a Suida utpote poëta non recenseretur. Ante omnia enim considerandum est, quam manca sit Suidae universa de Dicaearcho expositio et fac Suidas de eo accuratissime disseruerit animadvertendum tamen est, compendium geographiae metricum efficere vix potuisse videri, ut ejusmodi scriptor nomine *ποιητής* significaretur. Quanquam neutiquam credimus istud vel omnino ejusmodi compendium geographiae poëticum a Dicaearcho ipso editum fuisse. Quae quum ita sint, magnopere mirandum est quod Gailius falsissimam adhuc de anagraphe sententiam tenuit et prosaica et poëtica fragmenta arcto argumenti connexu inter se contineri censuit. Haec enim ejus verba in adnotatione ad initium prosaici fragmenti leguntur: „Haec (pertinet ad fragmentum cui inscribitur *βίος τῆς Ἑλλάδος*) ob seriem locorum describendorum debuissent proxima poni post vs. 109 quod egit Hudsonus. Imo Dicaearchus vs. 39 nuntiat se ad aliquid rediturum esse (!) in serie scribendi, *ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προβήσομαι*: etenim in prosa oratione mox fidem praestat, ubi causam explicat, cur Thessaliam Magnesiamque in Hellade comprehenderit. Inde duo consequi videntur: 1) quod ejusdem operis pars sint loci inter se quadrantes, quamvis unus solutae sit ora-

tionis, alter numeris adstrictus (forsan prosam Dicaearchi orationem aliquis includere pedibus voluit, sed opus imperfectum reliquit); 2) quod sint versus ante prosam orationem ponendi. Ego quum haec perpenderem, Hudsoni ordinem fere secutus sum. Sed insularum θέσιν pone apposui, ut pars operis metrica uno tenore constaret. Posuit contra Marxius ad initium illam Atticae descriptionem et metricam partem sub finem adnexuit. Sed aliud id est perturbationis genus, quum ingressum operis finem fecerit.“ Magis etiam mira et fere ridicula est Buttmanni pertinacia, qui quum ipse initio de anagraphes habitu pessime sensisset postero deinde tempore summis viribus enixus est, ut anagraphen genuinum Dicaearchi opus esse demonstraret. Geographicas tamen Dicaearchi tabulas exstitisse ad easque illustrandas anagraphen pertinuisse, id quod Dodwellus aliique viri docti statuerant, penitus negavit. Compendium autem geographicum esse dicit a Dicaearcho in usum juvenum confectum memoriaeque adjuvandae causa metrice compositum, sed magis mythicam geographiam in eo tractari statuit quam geographiam posteriorum temporum, quod in commodum eorum fieret qui mythologiae operam darent. Nullum vero, ut ad ipsius demonstrationem accedam, externum testimonium adesse animadvertit, quod anagraphen genuinam non esse indicaret, dicendi rationem in ea prolatam cum Aristotelea plane convenire et in prooemio nullam repugnantiam inesse, quum Dicaearchus se primum geographicum compendium versibus composuisse merito pronuntiare potuisset. Ex Scylacis autem periplo Dicaearchum non temere nonnulla compilasse, sed satis considerate sua repetiisse et praeterea aliis quoque scriptoribus, ut logographis et veterum fabularum enarratoribus usum fuisse existimavit. Quae quum Buttmannus in quaestionibus de Dicaearcho exposuisset ab Osanno eum libellum recensente argumentis gravissimis refutata sunt. Cum cadavere aqua submerso et temporis diuturnitate putrefacto, non cum vivo et sano corpore rem nobis esse anagraphen contemplantibus

luce clarius cognitum est. Sed Buttmannus, seu nares habet obtusas seu singulari artis medicae peritia et suimet fiducia praeditus est, cadaver adhuc respirare exclamat et quaecunque ad mortuum hominem in vitam restituendum advocari possunt instrumenta admovet. In Jahnii enim et Seebodii ephemeridibus philologico - paedagogicis anni MDCCCXXXV, supplemento pag. 369 sqq., quam in quaestionibus protulerat de anagraphe Dicaearchiana sententiam etiam accuratius fulcire conatus est. In eo tamen opinionem aliquatenus mutavit, quod versus Dicaearchi genuinos in pedestrem orationem solutos fuisse et a librariis demum et primis editoribus in pristinam formam restitutos esse suspicatus est. Qua in restituendi ratione magnopere peccatum esse indeque corruptelas quae nonnullis locis obtinerent explicandas esse. Has corruptelas maximam partem de medio tollere conjiciendo studuit, quod quomodo ei successerit et supra indicavimus et infra per anagraphes commentarium accuratius videbimus. Quod autem ad metricum nostri fragmenti habitum, concedendum est plurima quae liberius facta sunt exemplis comicorum excusari ac defendi posse; sed quae Buttmannus comparationis causa attulit non omnia accurate quadrant et quaedam ulcera restant et restabunt vix sanabilia. Frustra sunt quae ad praestantiam prooemii comprobandam philosophicamque ejus rationem locis Aristoteleis congestis demonstrandam disputavit, quae ad lectionem *πεπόνηκα* et *ὑποταττομένας* illustrandam exposuit et quae de verbis *δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχον* adnotavit. Praeterea quum alia tum inprimis ea futilia sunt, quae ideo protulit ut geographicum ejusmodi compendium argumentaretur cum eruditione Dicaearchi tempore vulgata non pugnasse, Scymnum Chium posteriori tempore etiam minora praestitisse animadvertens. Neque tamen animus est talia refutare neque Dicaearchi, doctissimi et praestantissimi scriptoris, manes irritare vel uno amplius verbo de nequissimo scripto quod ipsi adscribendum aut abjudicandum sit proferendo.

1) Hoeschelius quoque qui complu*r*ibus codicibus usus est titulum *Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος* praepositum excudit. Num autem in illo Buddaei codice prosaico fragmento singillatim inscriptum fuerit *βίος τῆς Ἑλλάδος*, cum Buttmanno dubito, qui ea de re p. 3 sq. accuratius exponit.

2) Stephanus quoque princeps editor Cretae et Cycladum Sporadumque descriptionem, utpote quae in codice non legeretur, in medium non protulit. Aliam autem alii rationem in conjungendis aut disjungendis fragmentis prosaico et metrico secuti sunt editores, quorum alii poëticum, alii prosaicum primo loco collocaverunt, alii denique post versum anagraphes 109 pedestrem orationem exhibuerunt eaque absoluta insularum recensum addiderunt.

3) Quemadmodum in libello *περὶ κόσμου* dedicatio ad Alexandrum facta non intelligenda videtur de Macedonum rege, sed de Alexandro quodam auctoris aequali.

4) Si enim vocabulo *Ἀμβρακία* cf. etiam Etym. M. s. v. omnem eam regionem significatam esse statueremus, scriptoris ipsius relatio vs. 30. *καλεῖται Δρυοπὶς ἡ χώρα δ' ὅλη* repugnaret. Attamen considerandum est apud Scylacem, quem hoc potissimum loco anagraphes scriptor ob oculos habuisse videtur, disertis verbis dici *παράπλους δὲ τῆς Ἀμβρακίας στάδια ρκ'* et illa verba fortasse etiam, cf. vs. 117, ita explicari posse: „vocatur *etiam* Dryopis omnis regio.“

5) *ἰχόμενα* quod in Gailii editione sedem occupavit conjectura Casauboni est a Marxio merito improbata. Neque tamen credo *λεγόμενα* satis aptum esse, sed nihilominus ut apud scriptorem pessimae notae retinendum et vulgari ratione interpretandum: quod enim Schuchius proposuit *λεγόμενα* eo loco esse *fama insigni*a, quum per se tum apud nostrum auctorem non amplector.

6) Si quis velit, non impedio quo minus his verbis additis auctorem anagraphes se prodere credat hominem in relationibus suis cautissimum, quippe qui non certo sciverit, num ita Boeotiae longitudinis mensura accurate indicata sit.

7) Buttmanni enim sententiam, qua alterum *ὡς ἔπος εἰπεῖν* subjectiva, alterum objectiva ratione prolatum fuerit, minime probo.

8) Aliquid saltem lucraremur Marxii conjectura pro *φιλομαθέσι*, si versus pateretur, *φιλομαθίας* vel *ἀληθείας* legi posse existimantis. Si malum scriptorem eo loco emendare fas esset, *φιλομαθίας* adoptari posset neque per metrum, quantum quidem ex reliquo fragmento colligere licet, vetaretur.

9) Id rectissime Osannus monuit neque contra eam observationem Buttmannus quidquam profecit locis ex Eratosthene apud Strabonem

et ex Callimachi hymno allatis, quibus vocabulum ἅγιος legitur. Neque enim Osannus hoc vocabulum antiquiori tempore inveniri negavit et ex usu apud scriptores Christianos potissimum obtinente collegit, inde etiam nostro loco repetitum esse. Ceterum ἅγιον si cui libeat cum Ἀρτέμιδος arcte conjungere, ita ut significetur Dianae sacrum, non defendo.

10) Versum 43 huc non refero, quippe quo sine particula δέ ita legendum esse existimem: ὄρος πρόσιστιν ἱερὸν ἐπικεκλιμένον, ut etiam Stephanus edidit. Quod eo autem modo duo tribrachyes se excipiunt, apud nostrum impedimento esse non potest; δέ vero particula, quamquam a Gailio et a Buttmanno recepta, nullam aut perversam vim haberet quod ad sensum, et tantummodo metro succurreret. Nihilo minus, sicut aliis quoque locis, toleranda esset, si codices flagitarent.

11) Dubitari enim non potest quin τρία γένη Ἑλλήνων pro subjecto accipiendum sit eaque Graecorum genera jam sequentibus recenseantur τὲ μὲν Λακεδαιμονίων, ἔπειτεν Ἀργείων τό τε Ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων.

12) Neque aliter Scymnus Chius particulas δέ, τε, γάρ et similes collocare passim ausus est cf. vs. 65. 100. 147 149. 216. 221.

13) Etiam vs. 5 ἑξῆς alieno loco collocatum esse videtur: aut enim cum ὑποταττομένας conjungendum erit aut ex antecedentibus verbum quod significet *exposui*, *recensui* repetendum ad idque ἑξῆς referendum, ita ut dicatur: „et ordine, secundum ordinem, deinceps enumeravi.“

14) Non multum lucramur Holstenii lectione ἐπ' Εὐβοίᾳ.

15) Fuerunt quoque, nisi valde fallor, qui βίον Dicaearchi, cujus partes integras et prosaicum et poëticum nostrum fragmentum existimabant, similem in modum quo Columellae de re rustica opus, partim pedestri oratione partim versibus compositum fuisse crederent. Nec minus mira esset sententia, qua ἀναγραφήν rerum memorabilium, quae in βίῳ τῆς Ἑλλάδος ad Theophrastum scripto expositae fuerint, indicem exstitisse conjiceremus. Posset denique ἀναγραφή pro epistola poëtica ludicra a Dicaearcho ad Theophrastum conscripta eaque Vitae Graeciae praemissa haberi.

Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος προς Θεόφραστον.

Διὰ παντὸς, ὦ Θεόφραστε, καθάπερ οἶσθα σύ,
Ἴδιόν τι πλάττων, κ' οὐχὶ τὸν ἑτέρων πόνον
(Ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσιν) ἐμαυτοῦ τιθέμενος,
Νυνὶ πεπόρηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα,
Ὑποταττομένας ταύτῃ δὲ τὰς ἐξῆς πόλεις
Στοιχεῖον οὐκ ἀμουσον ἅμα θ' Ἑλληνικόν
Ἱκανήν τε παρέχων διατριβὴν τοῖς δυναμένοις
Ὀρθῶς συνιδεῖν ἕκαστα. τὰ γὰρ ἐν πλείοσιν
Ὑπὸ τῶν παλαιῶν συγγραφέων εἰρημένα,
Ταῦτ' ἐμμέτρως ῥηθήσετ' ἐν βραχεῖ χρόνῳ·
Ὅπερ ἐστὶν ἱκανῶς δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχον.
Ὑπολαμβάνω γὰρ ἀσφαλῶς ὑμῖν ἔχειν
Κεῖσθαί τε τὰς μάλιστα διασήμους πόλεις,
Ἅλση, ποταμοὺς, νήσους τε, τοὺς διάπλους τε καὶ
Λιμένας ἅ, τ' ἐστὶν ἐν Πελοποννήσῳ γένη
Λεγόμενα καὶ ὁμοροῦνθ' ἑαυτοῖς κατὰ τόπους·
Ἵνα μηδέν σε τὸ σύνολον διαλανθάνῃ
Φανερῶς ἑκάστων ὁμολόγως τε κειμένων,
Ὥστ' ἀναλαβόντα καὶ διὰ μνήμης ἔχειν.
Νωθρὰν γὰρ οὐχ εὕροις ἄν, ἀλλ' ἐσπευσμένην
Τὴν πραγματείαν. διὸ σεαυτὸν μὴ βραχύ,
Ὁλοσχερῶς δ' ἐπὶ ταῦτα δοὺς καὶ σπουδάσας,
Συμφιλομάθησον· καθάπερ εἴωθας ποιεῖν.
Τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν Ἀμβρακία πρώτη πόλις.
Αὕτη δ' ἀποικία λέγεται τῶν Κορινθίων
Εἶναι. κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν καλούμενον
Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέση, σταδίους δ' ἔχει
Ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντ'. ἐπιφανὲς δ' ἱερὸν
Ἀθηνᾶς ἐστ' ἐν αὐτῇ καὶ λιμὴν
Κλειστός. καλεῖται Δρυοπὶς ἡ χώρα δ' ὅλη.

Ἡ δ' Ἑλλὰς ἀπὸ τῆς Ἀμβρακίας εἶναι δοκεῖ
Μάλιστα συνεχὴς τὸ πέρας· αὐτὴ δ' ἐρχεται
Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειὸν, ὡς Φιλέας γράφει,
Ὄρος τε Μαγνήτων Ὀμόλην κεκλημένον.
Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῆς Ἑλλάδος
Λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν
Ἀποχωρίσαντα. τοῦτο δ' εἶναι συμφανὲς
Τοῖς φιλομαθέσι μάλιστα φιλοτιμουμένοις.
Ἠλὴν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προβήσομαι.
Ἀπ' Ἀμβρακίας εἰς Θετταλίαν τριῶν ὁδὸς
Ἔσθ' ἡμερῶν. ἔχει δὲ ποταμὸν λεγόμενον
Ἀτατθὸν εἰς θάλασσαν ἐξιόντα καὶ
Ὄρος πρόσεστιν ἱερὸν ἐπικεκλημένον.
Σταδίων δ' ὁ παράπλους ἐστὶν ἑκατὸν εἴκοσι.
Εἶτα μετὰ τοῦτον εἰσὶν Ὀρεῖται λεγόμενοι,
Εἶτ' Ἀμφίλοχοι. Ἄργος δ' ἐνταῦθά ἐστι τὸ
Ἀμφιλοχικόν. μετὰ τούτους δ' Ἀκαρνᾶνες. πόλεις
Οὗτοι δ' ἔχουσι πλείονας καὶ Λευκάδα,
Ἀφ' ἧς μέγας ἐστὶ κόλπος εἰς Ἰσθμὸν φέρων.
Νῆσοι Κεφαλλήνων δ' ἐν αὐτῷ κεῖμεναι·
Ἰθάκη σταδίων δ' ὀγδοήκοντα, στενή·
Ὕψος δ' ἔχουσα καὶ λιμένας τρεῖς, ἐχομένη·
Πρὸς τῷ πέραν δ' οἰκοῦσι τῆς Αἰτωλίας.
Ἱερὸν δ' ὕπεστιν Ἡρακλέους καλούμενον,
Ἕτερον δ' Ἀφροδίτης· ποταμὸν δ' ἡ χώρα ἔχει
Ἀχελῷον· ἡμερῶν δέκα καὶ νυκτῶν δύο
Ἔσθ' ὁ παράπλους αὐτῆς· ἔχεται δ' Αἰτωλία,
Ἐν ᾗ πόλις ἀπόκειται Πλευρὼν καὶ ἱερὸν
Ἅγιον Ἀθηνᾶς ἐστὶν ὠνομασμένον.
Ἔπειτα Καλυδὼν, εἶτα Κιδης, αἵ τ' Ἐχινάδες
Νῆσοι· ποταμός τ' Εὔηνος ἐκ Πίνδου ῥέων.
Οὗτοι Δολόπων οἰκοῦσι πρὸς μεσημβρίαν.
Παράπλους δὲ ταύτης ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς,
Εἶτα μετὰ ταύτην ἡ Λοκρὶς καλουμένη,
Ἐν ᾗ πόλις Ναύπακτος· εἶθ' ὑποκείμενος
Λιμὴν μέγας, πόλις τε Κολοφών. μετὰ δὲ τὴν

Κολοφῶνα ποταμὸς ἐσθυλαιτος λεγόμενος
Τοῦτον δὲ ῥεῖν λέγουσιν ἐξ Αἰτωλίας.
Ὁ πᾶς δὲ παράπλους οὐδ' ὅλης ἔσθ' ἡμέρας.
Οὗτοι κατοικοῦσι δὲ πρὸς μεσημβρίαν
Αἰτωλίας, Λέλεγες τοπρὶν κεκλημένοι.
Ἔπειτα Φωκεῖς ἐκ Λελέγων φερόμενοι
Παρ' οἷς πεδίον Κρισσαῖον· ἀπὸ Κίρρας δ' ἄνω
Προσβάντι Δελφῶν πόλις ἄπεστι καὶ ἱερὸν,
Ἐν ᾧ τὸ μαντεῖον, ὅ τε Παρνασσὸς μέγα
Καὶ σύσκιον ὄρος. εἶτα νυμφῶν ἐχόμενον
Κωρύκιον ἄντρον· εἶτ' ἔστ' Ἀντίκιρρα πόλις
Ποταμός τε Κηφισός, ὁ ῥέων ἐκ Φωκίδος.
Παράπλους δὲ ταύτης ἡμέρας ἔστ' οὐχ ὅλης.
Ἐν τῇ μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Κυπάρισσος πόλις,
Λάρισσά τε μετ' αὐτὴν δ' Αὐλις· ἡ Βοιωτία
Χώρα δὲ μετὰ Φωκεῖς ἀπόκειται, κειμένη
Τῆς Φωκίδος χώρας πρὸς ἕω. κ' ἐστὶν δύο
Ἐπίσημ' ὄρη· τὸ μὲν Ἑλικὼν καλούμενον
Ἕτερον, Κιθαιρών. εἶτ' ἔστ' Ὠρωπὸς πόλις
Καὶ τῆς θαλάττης ἀπέχον ἱερὸν οὐ πολὺ
Ἔστ' Ἀμφιαράου καὶ νεὼς καὶ τὸ τέμενος,
Αὐλίς τε Βοιωτῶν πόλις, πρὸς ᾗ λιμήν,
Κ' Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἅγιον, ὃ λέγεται κτίσαι
Ἀγαμέμνων· εἶτ' Ἐμπερέσιον καλούμενον
Ἀκρότατον, εἶτ' Εὔριπος. Ἀνθηδὼν δ' ἔχει
Ἀνθηδόνιον τὸν λιμένα· καὶ μετ' οὐ πολὺ
Τάναγρα. κεῖται δ' ἐν μεσογείᾳ πάνυ καλὴ
Πόλις, μεγάλαι Θῆβαι, σταδίων τὸ περίμετρον
Ἔχουσα τετταράκοντα καὶ προσέτι τριῶν.
Κῶπαι δὲ πόλις κ' Ὀρχομενός· εἶτα μετὰ δύο
Πόλις Λεβαδία καὶ ἱερὸν Τροφωνίου,
Ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι.
Εἶτ' Ὠκαλέα πόλις ἐστι καὶ Μεδεών. μετὰ
Ταύτην ὑπόκειται Θέσπεια κἄτ' ἐχομένη
Ἡ προσαγορευομένη Πλαταιαί. μετὰ δὲ τὰς
Πόλεις ὑπόκειται Νῖσα. μῆκός ἐστι τῆς

detorquentis consuetudinem referamus. Neque omnibus tamen iis locis in terminandi et fines constituendi significatione, qua ἀφορίζειν ibi utitur, extendendi notionem subesse negaverim idemque ego eruditissimo Gallo concesserim ἀφορίζειν apud Apollonii Rhodii scholiasten I, 4 ἀφορίζων αὐτὸ (τὸ Ἄργος) τῆς Πελοποννήσου *excludendi* notionem accepisse, id quod ex principi vi praepositionis ἀπό, quacum verbum compositum est, repetendum esse patet. Nostrum autem locum atque verba ex Pelii descripti fragmento μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων σταμπου cum fine prosaici nostri fragmenti τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν σταμπου καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου collocantes suspicemur fere necesse est, duos illos locos detruncatos esse. Quum vero in codicibus nullum plane lacunae signum reperiatur, etiamsi Marxius et Gailius in verborum nostrorum contextu post σταμπου et Manzius post ἀφορίζων posuerunt, conjectura in promptu sita est, qua excerptorem accuratiorem locum qui nunc quidem fragmenti postremus est in brevius effinxisse existimemus. Neque dubitare possumus, quin nostrum locum et Pelii descripti verba critice constituturi ante omnia de exitu nostri fragmenti restituendo certum judicium nobis efformare debeamus. Quae ibi in codicibus prolata est lectio σταμπου vel, sicut ex Stephani nostro loco se ἄμπου reperisse referentis annotatione efficio, ἄμπου et ab omnibus editoribus desperata fuit et omnino desperanda est atque pro corruptela judicanda, quae quum uno loco a librariis recepta esset reliquis quoque deinde duobus intrusa fuerit. Cujus in locum quanquam multa adsunt quae substitui possint, sicut καμπῆς de Thessalia orientem versus inflexa intelligendum, ἄγκους de Tempesi fortasse interpretandum, στομίου a Zosimadibus comprobatum cum iisque de Peneo fluvio per Thessalica Tempe lapso et in mare deinde effundente explicandum, ποταμοῦ ad Peneum referendum, et alia nomina appellativa, nomen tamen proprium ob sequentia τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου prope desiderari censeo idque omnium

Βοιωτίας στάδι', ὡς λέγεται, πεντακόσια,
Διακόσια καὶ ἑβδομήκοντ' ἐστὶ τὸ πλάτος.
Ποταμοὺς δ' ἔχει, τὸν μὲν, λεγόμενον Ἰσμενόν,
Λεωπόν τε Ἀσωπόν τε, πεδία εὔυδρα παρακείμενα.
Ἔστιν δ' ἔπειτα χώρα Μεγαρέων· ἐστί τ' ἐντεῦθεν
Ἀρχὴ τῆς Πελοποννήσου. λιμὴν
Χυστὸς ὑπόκειται καὶ Λέχαιον λεγομένη πόλις.

* * *

110. Κρήτη τίς ἐστι κατὰ Κύθηρα κειμένη
Νῆσος περίκλυτος· ἔστι δ' αὐτῆς τὸ μέγεθος
Δισχίλια καὶ πεντακόσιά που σχεδὸν
Σταδίων· ἁπασῶν δ' ἐστὶ παλαιωτάτη,
Στενὴ δὲ τελέως· ἐν δὲ ταύτῃ τρία γένη
Ἀποικίας ἔσχηκεν Ἑλλήνων· τὸ μὲν
Λακεδαιμονίων, ἔπειτεν Ἀργείων, τό, τε
Ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων· ἔχει δὲ βάρβαρα
Αὐτόχθονα γένη· φασὶ δ' ἐν Κρήτῃ πόλιν
Εἶναι Φαλάσαρνα, κειμένην πρὸς ἥλιον
120. Λύνοντα, κλειστὸν λιμέν' ἔχουσαν καὶ ἱερὸν
Ἀρτέμιδος ἅγιον, καλεῖσθαι τὴν θεον
Δίκτυναν· εἶτεν Ἀγγαραίαν λεγομενην
Ἐν μεσογείᾳ· κἄπειτα Κνωσσὸν ἐχομένην
Καὶ πρὸς νότον Γόρτυναν· ἄλλαι τ' εἰσὶν ἐν
Κρήτῃ πόλεις, ἃς ἐστιν ἐργῶδες φράσαι.
Ποταμοὺς δ' ἔχει Ληθαῖον, εἶτα λεγομένους
Διδύμους· ἔπειτα Μαινόμενον· εἶτ' ἐχόμενον
Κεδρισὸν Ἀμφιμέλαν τε καὶ Μεσσαπολιν,
Ὄρος τε Δικτύναιον ἐπὶ δυσμὰς φέρον.
130. Τὰς δὲ Κυκλάδας νήσους ὁρῶμεν κειμένας
Ὑπὲρ Γεραίστου, πρὸς δὲ τὴν μεσημβρίαν
Οὔσας ἐν Εὐβοίᾳ, περιεχούσας δὲ τὸ
Πέλαγος τὸ Μυρτῷον λεγόμενον· ἔτι δὲ καὶ
Τῆς Ἀττικῆς χώρας μετεχούσας παντελῶς·
Ἐγγὺς Κέως πρώτη τετράπολις, Σουνιον
Νῆσος, ὑπόκειται καὶ λιμὴν, ἔχεται Κύθνος
Νῆσος, πόλις τ', εἶτεν Σέριφος καὶ λιμὴν

Ἔπειτα Σίφνος καὶ Κίμωλος ἐχομενη
Ἔχουσα λιμένας β'. μετὰ ταύτην δ' ἐστὶν ἡ
Δῆλος ἱερὰ νῆσος λεγομένη, καὶ λιμὴν
Νέως τ' Ἀπόλλωνος, εἶτεν ἐχομένη
Μύκονος· μετὰ ταύτην Τῆνός ἐστι καὶ λιμήν,
Ἄνδρος τε νῆσος καὶ κατὰ Γέραιστον λιμήν.
Αὗται μέν εἰσι Κυκλάδες· ἕτεραι λεγόμεναι
Σποράδες, ἐν αἷς Κίμωλος, εἶτεν οὐ πολὺ
Ἀπέχουσα Ἴος, εἶτα Νάξος· μετὰ ταύτην Πελασγία Σκύρος.
Κατ' Εὔβοιαν δ' ὁρῶμεν κειμένην αὐτήν·
Ἀπὸ ταύτης ἐστὶν ἀπέχουσα οὐ πολὺ
Νῆσος Πεπάρηθος ἡ τρίπολις καλουμένη.

v. 1. διὰ παντός, quod utrum duobus vocabulis diremtum, sicut equidem hoc loco codicum auctoritati obsequens exhibui, an una voce continuum, qui scribendi modus posterioris potius aetatis esse videtur (ita ut apud Zonaram p. 420 διαπαντός pro scriptura indubitata habeam), proferatur parum refert, eundem cum ἀεί habet sensum, quo, ut ex cognato scriptore exemplum repetam, etiam apud Scymnum Chium v. 18 usurpatum est, breviorque pro διὰ παντὸς χρόνου s. αἰῶνος dicendi ratio exstat. Ceterum non solum de tempore, sed etiam de loco in usu fuisse lexigraphi adnotaverunt cf. Etym. M. p. 244 sq. Zonar. p. 97.

v. 2. Buttmanno, qui hoc loco scriptorem pro ποιῶν consulto πλάττων pronuntiasse in eaque re magnum momentum collocandum esse indeque effici affirmat, ut de opere quod ad formam tantummodo novo et singulari cogitandum sit, assentiendum esse nego: ut enim plura mittam, et ut ipsum Dicaearchum anagraphes auctorem statuamus, quid Buttmanni explicatione de se praedicare jubetur? Nihil, nisi quod aliena studia in novam formam includere semper soleat.

τὸν ἑτέρων πόνον. Quod Hoeschelius in libro manuscripto repererat τὸν ἕτερον πόνον, ut de erroris

palaeographici facilitate taceamus, jam ideo, quod ἕτερος in eundem sensum cum ἀλλότριος dici non potuisse videtur, rejiciendum esse perspicuum est neque, quod equidem noverim, ab ullo editorum comprobatum est. πόνος autem, πονέω et cetera si quis dubitaverit quin ab Aristotelis praesertim aetate etiam de operibus literarum studio confectis adhibita fuerint, Buttmannus ei praesto est hos locos Aristoteleos conferens Sophistarr. elench. ed. Bekk. p. 183. τῶν γὰρ εὑρισκομένων ἁπάντων τὰ μὲν παρ' ἑτέρων ληφθέντα πρότερον πεπονημένα κατὰ μέρος ἐπιδέδωκεν ὑπὸ τῶν παραλαβόντων ὕστερον. p. 184. b. περὶ δὲ τοῦ συλλογίζεσθαι παντελῶς οὐδὲν εἴχομεν πρότερον ἄλλο λέγειν, ἀλλ' ἢ τριβῇ ζητοῦντες πολὺν χρόνον πονοῦμεν.

v. 3. ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσιν. Ab eo inde tempore quo literarum studia magis vulgabantur compilatorios et plagiarios homines exstitisse neque per se dubitandum est et certis rerum testimoniis comprobari potest. Quos autem hujuscemodi scriptores anagraphes auctor nostro loco in animo habuerit, ob ipsius aetatem personamque incertissimam dijudicare vel divinare equidem non ausim; praeterea vero num de certis hominibus cogitaverit et annon haec verba cum omnibus fere, quae in prooemio exponuntur, pro mera jactatione consideranda sint, magnopere quaeritur. Sed Buttmannus in Jahnii ephemeridibus l. l., versus vigesimi νωθρὰν γὰρ οὐχ εὕροις ἄν, ἀλλ' ἐσπευσμένην τὴν πραγματείαν ratione habita et Polybii de Ephoro judicio ὁ μὲν γὰρ Ἔφορος ἦν τὸ ἦθος ἁπλοῦς, τὴν δὲ ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν comparato, veri simile fore suspicatus est, si Dicaearchum peripateticum hoc loco Isocraticos sui temporis (Isocraticis etiam Ephorum adscribendum esse constat) significasse conjiceremus.

ἐμαυτοῦ τιθέμενος. τίθεσθαί τινος et τίθεσθαί εἴς τινά τι significare *aliquid alicui vindicare, tribuere* constat; eumque ad usum a Buttmanno recte allatus est locus Platonicus ep. 7. ὡς αὐτοῦ τιθέμενος, sicut idem

vir doctus quod ad nostri loci universum sensum bene allegavit Marc. Heracl. epitom. Artemid. p. 66. ed. Hudson. *οὐδὲ εἰς ἐμαυτὸν μεταστήσας τοὺς ἀλλοτρίους πόνους* et deinde: *ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκείνων προσηγορίας ἐπιγράψας τοῖς βιβλίοις — τὰς δὲ τούτων ἐπιτομὰς καὶ διορθώσεις τῶν ἐμαυτοῦ ποιησάμενος πόνων ἐναργὲς γνώρισμα.*

v. 4. *πεπόρηκα*, quae codicum lectio hujus loci est et a Manzio, Zosimadibus et Marxio necnon a Buttmanno in verborum contextu servata fuit, ab Hudsono vocabulo *peragravi* illustratur. Sed verbum *πορέω* idque eo sensu praeditum unquam exstitisse demonstrari vix poterit. Restat igitur ut ad *ΠΟΡΩ*, cujus aoristus *ἔπορον* et cum reduplicatione *πεπορεῖν* cf. Hesych. t. II, p. 916. 1006 passim legitur cujusque significatio fuit *dandi, porrigendi,* pertinere suspicemur, quanquam etiam hoc modo sensus non plane aptus efficietur. Casaubonus loco succurrere studuit conjectura proferenda haece: *πεπόρικα*, quod ad sensum tamen a *πεπόρηκα* non magnopere discrepante. Quam suspicionem Vulcanius comprobavit, quum alii contra editores Stephani emendationem *πεπόνηκα* eo sensu ut *πεπόνηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα* idem valeret quod *πεπόνηκα βιβλίον* vel *σύγγραμμα περὶ ἁπάσης της Ἑλλάδος* propositam collaudaverint, ut Hoeschelius et Buttmannus. Hic *πεπόνηκα τὴν Ἑλλάδα*, quanquam aliquid inusitati haberet, ideo tamen egregie defendi posse existimavit, quod *πόνος* vocabulum proxime praecederet et apud Graecos non solum *πονεῖν εἴς τι, περί τι* saepissime legeretur, sed etiam *πονεῖν* cum solo accusativo junctum quum apud poëtas, sicut Pind. Olymp. VI, 11. Pyth. IX, 93. Soph. Aj. vs. 1366. 1379, tum et in prosa oratione cf. Boeckh corp. inscriptt. nro 1570 *πεπονηκέναι δὲ καὶ τὴν φιάλην τὴν χρυσῆν* reperiretur. Haec autem quae Buttmannus attulit omnia exempla mihi non plane persuadent, ut *πεπόνηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα* in eundem sensum cum *πεπόνηκα βιβλίον περὶ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος* pro ratione dicendi admodum sana existimem; Osanno contra assentior ita pro *πεπόνηκα* simplici *ἐκπε-*

πόνηκα potius dicendum fuisse judicanti. Ceterum in vulgata persisto lectione et, si quid in ea minus recte se habet, aut librariorum culpae aut scriptoris inelegantiae adscribendum esse crediderim.

vs. 5. Hunc versum quum Stephanus catalecticum exhibuisset ὑποταττομένας ταύτῃ δὲ τὰς πόλεις, Hoeschelius ei vitio subvenit ex codice ante πόλεις intercalando ἑξῆς vocabulo, quod posteriores omnes editores in contextis protulerunt, si ab uno Holstenio discesseris, qui in medium edidit ὑποταττομένας τε ταύτῃ πάσας τὰς πόλεις. In editione autem quam Manzius novis curis emisit ἑξῆς idque uncis inclusum reperitur. Casaubonus in particulae δέ locum τε legendum esse censuit, neque ἑξῆς tamen nec πάσας nec alia voce ante πόλεις recepta. Idem illud τε Marxius quoque comprobavit, sed pro accusativo nominativum ὑποταττόμενος restituendum esse censuit et τὰς ἑξῆς πόλεις de urbibus ordine suo se excipientibus interpretatus est. Nihil equidem hoc loco, nisi δέ in τε, immutatum voluerim, quanquam adverbium ἑξῆς minus recte cum τὰς πόλεις collocatum esse crediderim pro eo quod desiderabatur, nimirum ut ad verbum in praecedentibus positum vel inde repetendum, συνέγραψα vel simile referretur. Pro ὑποταττομένας autem etiamsi eo sensu qui hic postulatur ὑποκειμένας melius habiturum fuisset, illud tamen et apud nostrum quidem scriptorem tolerari potest. Neque vulgatam lectionem ideo rejecerim, quod singulae Graeciae urbes in ipso operis transcursu non deinceps disseruntur: ipsam enim operis expositionem cum iis quae in prooemio promittuntur minime omnium congruam esse saepius vidimus. Buttmannus quum in codice Monacensi ἑξῆς verbum asterisco notatum comperisset ejus loco ἔξω scribendum et τὰς ἔξω πόλεις de urbibus Graecis extra Graeciam sitis interpretandum esse ratus est. Quum autem in editione sua ὑποτάττόμενος et versu septimo vocabuli παρέχων loco παρέχω proposuisset, eum in sensum: „subjungens autem huic [Graeciae desriptioni] oppida Graeca extra Graeciam

posita offero opus", in Jahnii deinde ephemeridibus sententiam ita immutavit, ut *ὑποταττομένας* retinendum idque de coloniis explicandum et versu septimo *παρέχων* integrum relinquendum esse existimaret. *Ἑλλάς* vero in praecedenti versu amplissimo sensu, ad quem etiam *Ἑλλὰς ἡ μεγάλη* de Italia inferiori et *ἑτέρα Ἑλλάς* apud Aristotelem de Asia minori usurpatum faceret, interpretandum et *ὑπατάττομαι* inprimis de liberiore illa conditione, quae inter colonias et conditores intercedebat, collatis locis Polybianis II, 23. III, 81. V, 11. 12. VI, 6. explicandum esse adnotavit.

vs. 6. Vulgatam quae in Stephani editione et apud Zosimades adhuc habetur lectionem *ἑλληνικῶν*, omni sensu destitutam, Casaubonus in *ἑλληνικόν* recte immutavit eumque recentiores quoque omnes editores secuti sunt. De grammatica hujus versus relatione dubii esse possumus, utrum verba *στοιχεῖον οὐκ ἄμουσον κ. τ. λ.* appositionem praecedentibus versibus adjectam consideremus an cum sequentis versus participio *παρέχων* conjungamus. Si autem *παρέχων*, id quod plurimam veri speciem habet, exhibendum erit, *στοιχεῖον κ. τ. λ.* ad hoc verbum objectum referre praestabit. Buttmannus *στοιχεῖον*, *διατριβή* et alia nonnulla quae sequuntur vocabula philosophantis esse animadvertens nostrum opus *στοιχεῖον* recte et eleganter appellari affirmavit, quoniam ei qui in res Graecas incumberet tale opus, quali omnium locorum a Graecis habitatorum conspectus praeberetur, principium esset, collatis locis Aristoteleis Top. VI, p. 121. b. *στοιχεῖον δὲ πρὸς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα τὸ ἐπὶ πλέον τὸ γένος ἢ τὸ εἶδος καὶ τὴν διαφορὰν λέγεσθαι.* p. 151. *πρὸς ἅπαντας δὲ τοὺς ὁρισμοὺς οὐκ ἐλάχιστον στοιχεῖον τὸ πρὸς ἑαυτὸν εὐστόχως ὁρίσασθαι τὸ προσκείμενον.* Recte vero ob magnam scientiae geographicae in literis gravitatem *οὐκ ἄμουσον* nec minus bene *ἑλληνικόν* tale opus dici adnotat, quippe quo quaecunque *τῆς οἰκουμένης* fuerint *ἑλληνικά* tractentur.

vs. 7. *παρέχων* in Stephani editione et in posterio-

ribus praeter Buttmannianam omnibus necnon in libris manuscriptis prolatum est, praeterquam quod in codice Monacensi ex correctione *παρέχον* legitur, quod Buttmannus in contextum recepit. Quanquam autem non negaverim nostrum versum cum sequentis initio quam elegantissime se habiturum esse, si pro appositione vocabulo *στοιχεῖον* adjecta accipiemus, in codicum tamen acquiesco scriptura, non solum quod aptissimum praebet sensum, sed etiam quod *στοιχεῖον κ. τ. λ.*, sicut jam indicavi, melius se habere mihi videntur, si ad sequentia quam si ad praecedentia referimus, et quod denique vel collocatio particulae *τε* indicare apparet, verba *ἱκανὴν διατριβήν* eodem modo quo *στοιχεῖον κ. τ. λ.* conjungenda esse. *διατριβή* autem et *διατρίβειν* de studiis haud raro usurpatum esse quum aliunde constat tum Buttmannus demonstravit locis aliquot Aristoteleis allegatis Sophist. elench. c. 16. Top. VIII, 5. 11.

vs. 8. *ὀρθῶς* hoc loco non sine magna sua vi appositum esse Buttmannus rectissime exposuit comparato loco Aristoteleo Top. II, 4. *οἷον ἐὰν βουλώμεθα δεῖξαι ὅτι ἔστι περὶ αἴσθησιν ὀρθότης καὶ ἁμαρτία, τὸ δ' αἰσθάνεσθαι κρίνειν ἐστί, κρίνειν δ' ἐστὶν ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς, καὶ περὶ αἴσθησιν ἂν εἴη ὀρθότης καὶ ἁμαρτία.* Quod ad rationem vero dicendi *συνιδεῖν τε* idem vir doctissimus ex Aristotele haecce allegavit Top. I, 1. *παραχρῆμα γὰρ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖς καὶ μικρὰ συνορᾶν δυναμένοις κατάδηλος ἐν αὐτοῖς ἡ τοῦ ψευδοῦς ἐστι φύσις. πρὸς δὲ τὴν τῶν ὁρισμῶν ἀπόδοσιν, διότι δυνάμενοι συνορᾶν τε ἐν ἑκάστῳ ταὐτόν, οὐκ ἀπορήσομεν.* VIII, 14. *πρός τε γνῶσιν καὶ τὴν κατὰ φιλοσοφίαν φρόνησιν τὸ δύνασθαι συνορᾶν καὶ συνεωρακέναι τὰ ἀφ' ἑκατέρας συμβαίνοντα τῆς ὑποθέσεως οὐ μικρὸν ὄργανον.* Sophist. elench. 15. *χαλεπὸν γὰρ ἅμα πολλὰ συνορᾶν.* Poët. 24. *δύνασθαι γὰρ δεῖ συνορᾶσθαι τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος.*

vs. 9. *ὑπὸ τῶν παλαιῶν συγγραφέων.* *συγγραφεῖς*, qui hoc loco in universum tantum significati sunt, inprimis orationis pedestris scriptores intelliguntur, poëtis

ex adverso collocatis. Ceterum nostro scriptore accuratior Scymnus Chius est, qui eos auctores quibus in orbis descriptione componenda usus est a versu inde 110 nominatim recensuit, quanquam eum locum aliqua ex parte mancum ad nos pervenisse magnopere dolendum est.

vs. 11. *ὅπερ ἐστὶν ἱκανῶς δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχον.* Hudsonus verterat: „id quod satis magnam requirit facultatem", Celidonio ita „Ciò che è avere sufficientemente grande scienza." Marxius mira ratione versum spurium et verba *ὑπερ ἐστιν δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχον* vocabuli *ἱκανῶς* glossema esse censuit, quam coutra opinionem Schuchius merito disseruit. Omnium rectissime Buttmannus hunc versum illustravit, quanquam in eo peccavit quod *ὅπερ* ad *στοιχεῖον* nec vero, ut fieri debuisse dubitari plane non potest, ad sententiam *ῥηθῆναι ἐμμέτρως ἐν βραχεῖ χρόνῳ* proxime praecedentem retulit. Verba enim nostri versus ad magnum adjumentum, quod memoria ex metrica forma capiat, spectare sibi persuadens singula quoque loci vocabula optime explicuit et ad *δύναμιν* sensu *momenti, gravitatis* usurpatum Aristox. *ἁρμ. στοιχ.* p. 1. *ἐχουσάν τε δύναμιν στοιχειώδη.* p. 19. *τοιαύτην ἔχον δύναμιν, οἵαν αὐτὴν ἀναιρουμένων ἀναιρεῖν τὸ ἡρμοσμένον*, ad *ἰσχυρός*, quod cum *ἔχω* collocavit et cum nostris haltend, haftend comparavit, Plat. Theaet. p. 154. *ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς.* Dem. Olynth. B. p. 20. *ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ.* Id. *περὶ τ. πρ. Ἀλ.* p. 194. *κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν κατὰ τῆς πόλεως ἐν τοῖς ὅρκοις, τοῦτο μὲν ἰσχυρὸν ἀεὶ ποιήσουσιν*, et ad *ἱκανῶς*, quod qualitatis esse dixit, quum *ἅλις* esset quantitatis, et quod eundem fere sensum hoc loco cum adverbio *λίαν, μάλα* habere praedicavit, Aristot. Eth. Nic. I, p. 1095. b. *διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς τὸν περὶ καλῶν καὶ δικαίων καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς.* p. 1096. a. *καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν* at-

tulit. De verbis denique ἐστὶν ἔχον, ejusmodi periphrasis apud egregios quoque poëtas, nunquam tamen non cum aliqua gravitate, sicut apud Aeschylum Choëph. vs. 237 legitur.

vs. 12. sq. Vulgo olim legebatur ὑμῖν, sed jam Hudsonus aliquem virum doctum ejus loco ἡμὶν conjecisse refert, necnon Zosimades id melius se habiturum esse adnotaverunt ac Buttmannus ὑμὶν ferri non posse demonstravit. Confirmat praeterea codex Parisinus a *Millero* nuper collatus cf. Ephemeridd. Jahn. 1839. p. 156. Quanquam enim cogitari posset ὑμῖν ideo prolatum esse, quod opusculi auctor de Theophrasto simul cum aliis suis sodalibus cogitasset (quamvis ejus rei nullum aliud indicium adsit), attamen versu septimo decimo pessime se haberet quod ad unam iterum solam personam verba fiunt in sententia cum nostro loco satis connexa, praeterea autem quod ad palaeographiam illa mutatio omni dubitatione major est. ὑπολαμβάνω sua quae plerumque obtinet significatione *statuo, credo* interpretandum est; ita vero quanquam concesserim vs. 17 sententiam finalem per ἵνα non elegantissime adnecti, locus tamen mihi non innotuit quo hoc verbum sensu *recipiendi* quali Buttmannus intellexit reperiatur, et insuper sententia „credo enim me recte exposuisse urbes et quae sequuntur“ non magnopere discrepat a sententia: „exposui enim, ut puto, recte τὰς μάλιστα διασήμους πόλεις κ. τ. λ.“ ac librorum denique servatur scriptura. ἀσφαλῶς vero et ad ἔχειν et ad κεῖσθαι referendum est; in hac autem ipsa verborum fere idem significantium cumulatione jam alio loco exposui non agnosci Dicaearcheae dictionis praestantiam, sed scriptoris non satis accurati copiam, quanquam κεῖσθαι majori quadam vi praeditum esse statui fortasse potest. Pro ἔχειν Holstenius λέγειν et pro κεῖσθαι, vitio sine dubio typographico, κτεῖσθαι exhibuit. Dodwellus quod et hoc loco verbum κεῖσθαι usurpatum est et vs. 18 legitur φανερῶς ἑκάστων ὁμολόγως τε κειμένων, inde quoque argumentum suae sententiae arcessivit, anagraphen ni-

mirum Dicaearchianam ad tabulas geographicas illustrandas pertinuisse. Marxius, *ὑμῖν* lectione servata, *ἀσφαλ. ἔχ. κεῖσθαί τε* explicuit *recte se habere et breviter conscripta esse*, quam interpretationem Buttmannus merito impugnavit, quoniam *κεῖσθαι* pro *legi* quidem, *occurrere*, *in usu esse* cf. v. c. Athen. I, 3. *οἷον, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου* idque inprimis apud grammaticos reperiretur, sed, alia voce sicut *ἐν γράμμασι* vel similibus non additis, pro *scriptum* vel *breviter conscriptum esse* locum non haberet. Gailius quum in commentario Marxii notam proposuisset in addendis locum ita explicandum esse monuit: „arbitror enim sine erroris periculo rem vobis esse et recte in descriptione nostra jacere civitates“ ita ut aut *ἀσφαλῶς* cum *ἔχειν* et simul cum *κεῖσθαι* conjungendum esset aut *κεῖσθαι*, sicut saepius, pro *εὖ κεῖσθαι* positum esset. Buttmannus sententiae finalis *ἵνα μηδέν σε κ. τ. λ.* vs. 17 adnexae nimis anxiam habens rationem *ὑπολαμβάνω* recipiendi sensu explicuit. Quum autem in editione proposuisset *ὑπολαμβάνω γὰρ ἀσφαλῶς ἃ* — (lacuna hacce conjiciendo nondum expleta) *ἔχει* sive *ὑπ. γ. ἃ ἀσφαλῶς* — *ἔχει Κεῖταί τε*, in addendis deinde legendum suspicatus est *ὑπολαμβάνω γὰρ ἀσφαλῶς ὅ τι μὲν ἔχει Κεῖταί τε* et in ephemeridibus denique Jahnii scribendum praecepit *ὑπολαμβάνω γὰρ ἃ ᾽σφαλῶς ἡμῖν ἔχει Κεῖταί τε*. Ad *κεῖμαι* et simplex et compositum cum adverbiis ita junctum neque minus ad *κεῖμαι* (compositum saltem) et *ἔχειν* juxta collocata attulit haec exempla Aristotelea Top. V, c. 8 in fin. p. 139 *κατασκευάζοντα δὲ εἰ μὴ ὑπερβαλῇ* (*ὑπερβολῇ*) *τέθεικε τὸ ἴδιον· ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον*. Polit. *η* c. 13 p. 1331. b. *τούτοιν δ᾽ ἐστὶν ἓν μὲν ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κεῖσθαι καὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων ὀρθῶς* — — *ἐνίοτε γὰρ ὁ μὲν σκοπὸς ἔκκειται καλῶς*. Ethic. Magn. I, c. 7. p. 1186. a. *ὅταν οὖν οὕτως ἔχωμεν, εὖ διακείμεθα. Τέχν. ῥητ.* I, c. 6. p. 1362. *καὶ οὗ παρόντος εὖ διάκειται καὶ αὐτάρκως ἔχει*. Ceterum Buttmannus quum *ἀσφαλῶς ἔχει*

κεῖταί τε initio considerasset inter se collocata ad sententiam firmiorem reddendam et cum nostro „was sicher ist und steht" contulisset, postea, apud nostrum quidem scriptorem, nimis acute ita distinxit, ut per ἀσφαλῶς ἡμῖν ἔχει scribentis persuasio, per κεῖται vero (ἀσφαλῶς nimirum subintelligendo) rerum ipsa veritas significaretur, ac Polybii locum similitudinis causa allegavit, quippe quo pariter inter subjectivam quam dicimus et objectivam veritatem discerneretur τὸ γὰρ ἀνωτέρω προσλαμβάνειν τοῖς χρόνοις, ὡς ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς γράφειν, οὐκ ἐφαίνεθ' ἡμῖν ἀσφαλεῖς ἔχειν οὔτε τὰς διαλήψεις οὔτε τὰς ἀποφάσεις.

vs. 14. Dodwello plane assentior διάπλους non freta, sed *intervalla oram legenti maritima* seu *trajectiones ad oras aliquas oppositas* interpretanti.

vs. 15. λιμένας. Vulcanii lectio λίμνας, quanquam si per se ipsa consideratur sensum non ineptum praebet, ideo tamen quod τοὺς διάπλους proxime praecessit contra codicum omniumque editorum scripturam λιμένας rejicienda sine dubio est. ἐν Πελοποννήσῳ γένη. Holstenius, quanquam in re satis nota, Etymologici hunc locum recte huc allegavit γένος ἐπὶ ἔθνους τάσσεται καὶ ἐπὶ πόλεως καὶ ἐπὶ συστήματος καὶ ἐπὶ σπέρματος.

vs. 16. λεγόμενα, quae codicum hoc loco lectio est a plerisque editoribus comprobata, ad versum potius complendum quam ad hujus sententiae sensnm juste exsequendum a scriptore prolatum eaque ratione cum aliis multis quae metricae rei causa intercalata sunt per anagraphen obviis comparandum esse videtur. Quod quum ita sit neque est quod cum Schuchio praeguanti quadam significatione, ita ut cf. ad initium fragmenti prosaici v. προσαγορευομένη idem quod *celebrata*, *praedicata* valeat, interpretemur, neque quae codicum auctoritate firmata est lectionem cum Casauboni conjectura, quam Marxius rejecit, Gailius et Buttmannus approbaverunt, ἐχόμενα commutemus, quanquam huic suspicioni id ipsum, quod in verbis deinde sequentibus

ὁμοροῦνθ' ἑαυτοὶς κατὰ τόπους similis sensus inest, magno impedimento fore non crediderim.

vs. 17. ἵνα μηδέν. Ita Stephanus eumque secuti Zosimades ediderunt, neque hanc codicum lectionem apud anagraphes quidem auctorem cum Casauboni conjectura ἵνα μηδὲ ἕν, quam Holstenius, Marxius, Gailius et Buttmannus receperunt quamque eandem codex Monacensis, sed ut suspicor ex correctione, exhibet, commutandam esse existimaverim. τὸ σύνολον, cujus loco Holstenius τοῦ συνόλου genitivum a μηδέν dependentem excudit, adverbialiter interpretandum et a Buttmanno loco Aristoteleo Poët. c. 1. πᾶσαι τυγχάνουσιν οὖσαι μιμήσεις τὸ σύνολον confirmatum est. Quod in codice Monacensi reperitur διαλανθάνει calami lapsui pro διαλανθάνῃ debetur, quanquam si ceteri codices assentirentur, fieri posset ut ἵνα in eundem cum οὗ s. ἔνθα sensum explicaremus aut indicativum ex posteriorum scriptorum ratione repeteremus cf. Phot. lex. p. 70. v. θεωρικόν. τὸ παλαιὸν — διεδίδοτο τοὶς πολίταις τὸ θεωρικόν, ὅπερ ἦσαν δύο ὀβολοί, ἵνα τοῦτο λαμβάνοντες οἱ πολῖται διδόασιν αὐτὸ τῇ πόλει μισθὸν τῆς θέας, qui quidem usus non collocandus est cum hujuscemodi locis Plat. Protag. p. 335. c. ἀλλὰ σὲ ἐχρῆν ἡμὶν συγχωρεῖν τὰ ἀμφότερα δυνάμενον, ἵνα συνουσία ἐγίγνετο. Sympos. 181. e. χρῆν δὲ νόμον εἶναι — ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο.

vs. 19. ἀναλαμβάνειν, quod *recipiendi, excipiendi* sensum plerumque habet eaque ratione de sermone quoque qui interruptus fuerat continuando in usu est cf. Plutarch. Alcib. c. 10, hoc loco significatione utitur *ediscendi*, qua etiam alibi apud posteriores quidem scriptores legitur cf. Plut. Ages. c. 20. ἔμελλε δὲ λέγειν ἀναλαβὼν ὁ Λύσανδρος locusque a Corayo ibi allegatos Dio Chrysost. XVII, p. 483 ed. Reisk. καὶ ἀναλαμβάνειν μέντοι, εἴ σοι ῥᾴδιον μεμνῆσθαι, τὰ ἐκείνων ἄμεινον. Athen. Καλλιφάνης — ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν καὶ λόγων ἐγγραψάμενος ἀνειλήφει μέχρι τριῶν καὶ τεσσάρων στίχων. Aliter Dod-

wellus intellexit, *πίνακας γεωγραφικοὺς* objectum supplendum esse suspicans, ita ut *ἀναλαβόντα* idem esset quod nostrum „vor ſich nehmend", Latinorum „*conferentem*." *καί* autem hoc loco non pro mera particula conjunctiva, sed eodem cum *etiam* sensu accipiendum erit itaque vel post participium rectissime se habebit neque commovebimur, ut Holstenii conjecturam *ὥστ' ἀναλαβεῖν τε καὶ διὰ μνήμης ἔχειν*, quamvis per se maxime promtam et elegantem, vulgatae praeferamus.

vs. 20. Gellius adjectivum *νωθρός* cf. supra ad vs. 3, N. Att. II, 23 voce *ignavus* reddidit. *ἐσπευσμένην*, quod ab Hoeschelio prolatum et ab aliis deinde editoribus comprobatum fuit dubitari non potest quin in locum vulgatae lectionis *ἐσπευσμένην*, pro qua quidam codex adeo *εὐσπευμένην* praebuit, succedere debeat.

vs. 21. *πραγματεία* eodem qui hoc loco obtinet sensu apud Scymnum Chium vs. 49 reperitur atque ita non solum apud scriptores Dicaearcho genuino posteriores, cf. Hesych. ad. Eulog. praef. lexic. *ἐπαινῶ μὲν οὖν ἔγωγε τὸν ἄνδρα — ὅτι χρησιμωτάτην πραγματείαν καὶ τοῖς σπουδαίοις τῶν φιλολόγων ὠφελιμωτάτην χορηγίαν πρὸς ἅπασαν παιδείαν παρείλετο παρέχειν.* t. II, p. 1014. *πραγματεία, σύγγραμμα βίβλου ἢ λόγος.* Anecd. Bekk. I, p. 173. *Σισίνης Σισίνου κλίνει τὸ ὄνομα Ἀρριανός. ἐχρήσατο αὐτῷ ἐν πάσῃ τῇ πραγματείᾳ τετραχῶς.* II, 660. *καὶ Ἐπίκουρος δὲ ἀεὶ ὑπογραφαῖς κεχρημένος, δηλῶν ὅτι τιμιώτεροι οἱ ὅροι, ὅροις ἀντὶ ὑπογραφῶν ἐν τῇ* [περὶ] *τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως πραγματείᾳ ἐχρήσατο.* Phot. lex. praef. ed. Herm. p. 6. *καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἐπὶ νοῦν ἦκεν τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν πραγματείαν ἐνστήσασθαι*, sed etiam, ut Buttmannus adnotavit, apud Aristoxenum ejus aequalem saepissime legitur. Diverso plane sensu apud Platonem obvium est Gorg. p. 453. a *πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορικὴ καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ.* 517. d. *ὡς ἄρα διττή αὖτη τις ἡ πραγματεία ἐστὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχήν.*

vs. 22. Ut ex aliis multis per hoc praesertim obvias dicendi rationibus, ita ex ὀλοσχερῶς adverbio usurpato Buttmannus efficit scriptorem bene philosophantem, cui omne literarum studium leviter et tantummodo obiter tractatum odio fuerit. Ceterum ὀλοσχερῶς adverbium ex ὅλος et σχερός, neque vero, ut olim statuerunt, ex ὅλος et χερ efformatum est, illud autem ipsum σχερος a Passovio rectius cum ξηρός et aliis ejus radicis vocibus quam a Gailio patre, quem filius sequitur, Phil. III, 64 cum ἔχω, σχεῖν collocatum esse mihi videtur.

vs. 23. Hoc ipsum verbum συμφιλοσοφεῖν quod Cicero epistoll. XXI, 16. in usum vocavit, non veri speciem destituta erit conjectura qua apud Dicaearchum ipsum olim lectum fuisse suspicemur. Sed ideo neque nostro versui neque nostro omnino opusculo patrocinor.

vs. 24. Scriptor, ut Buttmannus ad hunc locum recte exposuit, Ambraciam non significaturus est primam urbem Graecam hac regione esse, sed primam Graeciae haud interruptae, τῆς Ἑλλάδος, ut ipse postea pronunciavit. συνεχοῦς. In occidentali enim Epiri atque Illyrici litore complures exstiterunt Graeca oppida, sed ea inter se et ab Ambracia barbaris civitatibus distincta.

vs. 25. τῶν, quod secundum codices Stephanus et Holstenius deinde et Zosimades protulerunt, quod ad linguae usum hujusque loci sensum pertinet fere necessarium, quod ad metricam versus formam supervacaneum ac plane falsum est. Quod cognitum habens Casaubonus quum in exilium abegisset, ejus suffragio posteriores editores aut palam propellendo aut suspicionis nota saltem appingenda fere omnes accesserunt. Apud nostrum scriptorem, quem in rebus metricis nequissimum saepissime cognovimus, equidem hoc loco omni emendatione abstineo, praesertim si, ut Casauboniana fiet, ab altera parte metro succurretur, unus vero grammaticus minoris habebitur. Ambracia, cujus antiquiora nomina Παραλία et Ἐπωνία exstitisse referuntur, quanquam diversarum civitatum coloniis condita atque aucta fuisse traditur,

praestantissima tamen ea fuisse videtur, quam Corinthii Cypheli aetate eo miserunt cf. Herod. VIII, 45. Polyb. IV, 63. Harpocr. s. v. Suid. t. I, p. 136 (πόλις ἐστὶν ἐν τῷ Ἀμβρακικῷ κόλπῳ, ἄποικος Κορινθίων) et, quem Buttmannus laudat, *Cruse* Hellas II, 2., p. 321 sq.

vs. 28. 29. ὀγδοήκοντα σταδίους. Haec distantia loco Scylaceo confirmatur supra exscripto, quo Corayus pro vulgata lectione στάδια π′ Strabonis verbis παραρρεῖ δ′ αὐτὴν (Ἀμβρακίαν πόλιν) ὁ Ἄραχθος ποταμὸς ἀναπλουν ἴχων ἐκ θαλάσσης εἰς αὐτὴν ὀλίγων σταδίων l. VII, p. 325 innisus, στάδια ἡ immerito correxit: fac enim Strabonis auctoritatem hac in re plenam agnoscamus, apud eum tamen ipsum, quibus non multo pauciora quam octoginta stadia, adeo plura cf. IV, p. 181. referuntur utpote pauca stadia, aliquot exstant loci et in talibus omnino computationibus major distantiae, quam numeri stadiorum ratio haberi videtur. Eodem autem idem Strabo loco, quo de Ambracia agit, Apollinis quidem templum commemorat, sed Minervae sacrum Ambraciae exstructum neque hic neque alius quantum equidem scio scriptor memoriae prodidit. Minervae tamen cultum ea in urbe floruisse Muellero credere licet Dor. II, p. 397 inde efficienti, quod in nummis Corinthiorum et coloniarum Leucadis, Anactorii, Argi Amphilochici signa exstiterint ad sacra illius deae pertinentia, atque idem de Ambraciotarum nummis conjicere par sit. De portu denique Ambraciae confero Lucan. Pharsal. V, 650 sqq., locum poëticum specie quidem nostro contrarium: „Non humilem Sasona vadis, non litora curvae Thessaliae saxosa pavent oraeque malignos Ambraciae portus: scopulosa Ceraunia nautae Summa timent.“

vs. 30. κλειστός quod hoc loco legitur in Scylaceum quoque locum nostro simillimum, ubi vulgo editum fuerat κάλλιστος de eodem Ambraciae portu, recipiendum viri docti recte existimasse mihi videntur, etiamsi Tzschuckius ad Pomp. Mel. II, 2, p. 337 apud Scylacem κάλλιστος lectionem ideo quod apud nos κλειστός diceretur immu-

tandam non esse professus est. Quales autem sint λιμένες κλειστοί, ex multis geographorum inprimis minorum locis satis constat, neque igitur vulgata scriptura explicatione indiget neque mutationibus, quales in promptu permultae sunt v. c. κλυστός cf. Anonym. peripl. pont. Euxin. Geogr. Gr. min. ed. Gail. t. III, p. 214, quanquam hoc in vituperium potius quam in laudem portus facturum esset. Singularis anagraphes auctori ea notitia est, qua regionem circa Ambraciam sitam Dryopidem appellari tradidit, quum Dryopes a plerisque ad Parnassum collocari notum sit cf. Etym. M. p. 139. 261. Δρύοψ, ὄνομα ἐθνικόν. τοὺς Δρύοπας ὑπὸ τὸν Παρνασσὸν οἰκοῦντας μετέστησεν Ἡρακλῆς εἰς Πελοπόννησον. καλοῦνται δὲ ἀπὸ Δρύοπος υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Δίας τῆς Δυκάονος. Suid. t. I, p. 630. Δρύοπες, ἔθνος περὶ τὴν Πυθῶνα ἄδικον, ὃ Ἡρακλῆς μετῴκισεν. ὅτε γὰρ τὸν Ἐρυμάνθιον κάπρον ἔφερεν, ἐζήτει αὐτοὺς τροφήν. οἱ δὲ οὐκ ἔδωκαν. Qua de re Buttmannus ad hunc locum ita commentatus est: „iterum ejusmodi verba, quibus res, quae aliunde tantum concludatur, plane confirmatur. Nullus enim geographus vel historicus hanc in Epiro Dryopidem novit. Dryopes autem inter populos Epirum habitantes affert Plinius IV, c. 1., eundem sine dubio iis locum assignans quem noster Dryopidi. Nam inde ab septentrionibus occidentique sole Epiri populos recensens post Cassiopaeos ponit Dryopes; Scylax autem post eosdem Cassiopaeos, Molossorum exigua parte interjecta (propriam enim majoremque regionem tenebant mediterraneam) collocat Ambraciam; ita ut Ambraciae fines iidem sint qui Dryopum. Quos pristinis temporibus inter montes Parnassum Oetamque sedes suas habuisse, posterioribus autem temporibus ab Hercule superatos Apollinique in ditionem datos alios in locos emigrasse notum est. Sed in Epirum quoque immigrasse eos atque consedisse praeter Dicaearchum Pliniumque fabulae docent. Antonius enim Liberalis c. 4. haec tradit: Κραγαλεὺς δ' ὁ Δρύοπος ᾤκει γῆς τῆς Δρυοπίδος παρὰ τὰ λουτρὰ τὰ Ἡρακλέους· ἃ μυθολογοῦσιν

Ἡρακλέα, πλήξαντα τῇ κορύνῃ τὰς πλάκας τοῦ ὄρους, ἀναβαλεῖν· ὁ δὲ Κραγαλεὺς οὗτος ἐγεγόνει γεραιὸς ἤδη καὶ τοῖς ἐγχωρίοις ἐνομίζετο δίκαιος εἶναι καὶ φρόνιμος· καὶ αὐτῷ νέμοντι βοῦς προσάγουσιν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἡρακλῆς κριθησόμενοι περὶ Ἀμβρακίας τῆς ἐν Ἠπείρῳ· καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων ἑαυτῷ προσήκειν ἔλεγε τὴν πόλιν, ὅτι Μελανεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ, βασιλεύσας μὲν Δρυόπων καὶ πολέμῳ λαβὼν τὴν πᾶσαν Ἤπειρον, γεννήσας δὲ παῖδας Εὔρυτον καὶ Ἀμβρακίαν, ἐφ' ᾗς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται — — ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἀπεδείκνυεν Ἀμβρακίαν τε καὶ τὴν σύμπασαν Ἤπειρον οὖσαν ἑαυτοῦ· πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ Κελτοὺς (? B.) καὶ Χάονας καὶ Θεσπρωτοὺς καὶ σύμπαντας Ἠπειρώτας ὑπ' αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες ἀφελέσθαι (? B. addendum videtur ἐβούλοντο. F.) χρόνῳ δ' ὕστερον λαὸν ἔποικον ἐλθεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοὺς πρόσθεν ἀναστήσαντας Ἀμβρακίαν συνοικίσαι· Κορίνθιοι δὲ πάντες εἰσὶν ἀφ' Ἡρακλέους· ἃ διακούσας ὁ Κραγαλεὺς ἔγνω τὴν πόλιν Ἡρακλέους εἶναι· Ἀπόλλων δὲ κατ' ὀργὴν ἁψάμενος αὐτοῦ τῇ χειρὶ πέτρον ἐποίησεν, ἵναπερ ἕστηκεν (aut εἱστήκει, non ut B. εἵσιηκεν)· Ἀμβρακιῶται δὲ Ἀπόλλωνι μὲν σωτῆρι θύουσι, τὴν δὲ πόλιν Ἡρακλέους καὶ τῶν ἐκείνου παίδων νενομίκασι· Κραγαλεῖ δὲ μετὰ τὴν ἑορτὴν τὴν Ἡρακλέους ἔντομα θύουσι ἄχρι νῦν. Primo quidem adspectu crederes, Dryopidem h. l. nominatam illam pristinam esse Dryopum sedem ad Oetam Parnassumque montes, quum mox ad verba περὶ Ἀμβρακίας addat τῆς ἐν Ἠπείρῳ, quasi remotam a Dryopide appellans urbem et c. 32. patrem Cragalei Dryopem in illis locis habitasse narret. Quare etiam Muellerus Dor. I, p. 42. usque ad Thermopylas pertinuisse Dryopidem contendit verba παρὰ τὰ λουτρὰ κ. τ. λ. ad Thermopylas referens. Sed quum a Melanei, regis Dryopum, filia dicta tradatur Ambracia, consentaneum est Dryopes hic consedisse terramque appellatam fuisse Dryopidem. Deinde multum miri habeat, si in remota terra de Ambracia illi tres

dii litigassent, non ad Ambraciam ipsam. Et postremo omnis dubitatio, utrum de hac Dryopide an de illa provincia, quae postea Doris appellata est, cogitandum sit, tollitur, si cum Ovidio canente: — certatam lite Deorum Ambraciam, versique vident sub imagine saxum Judicis. Actiaco quae nunc ab Apolline nota est* conferimus Antonium narrantem, Cragaleum *ubi staret* in saxum mutatam esse ab Apolline eique ab Ambracensibus sacra offerri. Quo accedit quod et multae de Hercule fabulae ad Epirum spectant et in urbe Ambracia ipsa eum maximis honoribus coli hac eadem ex fabula videmus; quare suspicari possumus, ita quoque in locis fortasse lavacra Herculi sacrata constitisse et vertia παρὰ τὰ λουτρά ad Thermopylas referri necessarium non esse. Sed simul accipiendum videtur, antiquissimis autem temporibus fines Ambraciae etiam nomine Dryopidis nuncupatos fuisse; posterioribus vero temporibus non solum urbs, sed etiam provincia Ambracia appellabatur. Quare neque Strabo neque Ptolemaeus aliive Dryopidis in Epiro mentionem faciunt et Antoninus ipse Dryopidem in Epiro ignorasse videtur verbaque, quae in Nicandro et Athanasia legebat, ad pristinam Dryopidem retulisse. Itaque et Dicaearchus et Plinius sua non tam geographis quam iis qui referebant res heroicis temporibus a Graecis gestas debere videntur.*

vs. 32. Quum aliquando post τὸ πίθας interpungeretur, ita ut hic relationis accusativus ad συνέχης pertineret, quem distinguendi modum Stephanus praeiit, Casaubonus eam rationem proposuit, quam post Holstenium, Martium et Gailium equidem quoque amplexus sum. Eandem Vossius quanquam comprobavit, pro αὐτῇ tamen αὐτῆς resuscitandum esse statuit, quam correctionem Salmasius et Buttmannus collaudaverunt. Codex Milleri αὐτῇ.

vs. 33. De *Philea*, de quo Ukertus Geogr. Gr. et Rom. I, 1., p. 118 pauca disseruit, accuratiora mox ab Ovando exspectare licet, equidem quoque in dissertat. de Pylaea Massiliensi p. 5 not. 3 nonnulla exposui. Locis veterum de eo ibi allegatis nunc ipsum addere hosce putat. Ibid. et

Ἡρακλέα, πλήξαντα τῇ κορύνῃ τὰς πλάκας τοῦ ὄρους, ἀναβαλεῖν· ὁ δὲ Κραγαλεὺς οὗτος ἐγεγόνει γεραιὸς ἤδη καὶ τοῖς ἐγχωρίοις ἐνομίζετο δίκαιος εἶναι καὶ φρόνιμος· καὶ αὐτῷ νέμοντι βοῦς προσάγουσιν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἡρακλῆς κριθησόμενοι περὶ Ἀμβρακίας τῆς ἐν Ἠπείρῳ· καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων ἑαυτῷ προσήκειν ἔλεγε τὴν πόλιν, ὅτι Μελανεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ, βασιλεύσας μὲν Δρυόπων καὶ πολέμῳ λαβὼν τὴν πᾶσαν Ἤπειρον, γεννήσας δὲ παῖδας Εὔρυτον καὶ Ἀμβρακίαν, ἐφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται — — ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἀπεδείκνυεν Ἀμβρακίαν τε καὶ τὴν σύμπασαν Ἤπειρον οὖσαν ἑαυτοῦ· πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ Κελτοὺς (? B.) καὶ Χάονας καὶ Θεσπρωτοὺς καὶ σύμπαντας Ἠπειρώτας ὑπ' αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες ἀφελέσθαι (? B. addendum videtur ἐβούλοντο. F.) χρόνῳ δ' ὕστερον λαὸν ἔποικον ἐλθεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοὺς πρόσθεν ἀναστήσαντας Ἀμβρακίαν συνοικίσαι· Κορίνθιοι δὲ πάντες εἰσὶν ἀφ' Ἡρακλέους· ἃ διακούσας ὁ Κραγαλεὺς ἔγνω τὴν πόλιν Ἡρακλέους εἶναι· Ἀπόλλων δὲ κατ' ὀργὴν ἁψάμενος αὐτοῦ τῇ χειρὶ πέτρον ἐποίησεν, ἵναπερ ἕστηκεν (aut εἱστήκει, non ut B. εἵστηκεν)· Ἀμβρακιῶται δὲ Ἀπόλλωνι μὲν σωτῆρι θύουσι, τὴν δὲ πόλιν Ἡρακλέους καὶ τῶν ἐκείνου παίδων νενομίκασι· Κραγαλεῖ δὲ μετὰ τὴν ἑορτὴν τὴν Ἡρακλέους ἔντομα θύουσι ἄχρι νῦν. **Primo quidem adspectu crederes, Dryopidem h. l. nominatam illam pristinam esse Dryopum sedem ad Oetam Parnassumque montes, quum mox ad verba** περὶ Ἀμβρακίας **addat** τῆς ἐν Ἠπείρῳ, **quasi remotam a Dryopide appellans urbem et c. 32. patrem Cragalei Dryopem in illis locis habitasse narret. Quare etiam Muellerus Dor. I, p. 42. usque ad Thermopylas pertinuisse Dryopidem contendit verba** παρὰ τὰ λουτρὰ κ. τ. λ. **ad Thermopylas referens. Sed quum a Melanei, regis Dryopum, filia dicta tradatur Ambracia, consentaneum est Dryopes hic consedisse terramque appellatam fuisse Dryopidem. Deinde multum miri habeat, si in remota terra de Ambracia illi tres**

dii litigassent, non ad Ambraciam ipsam. Et postremo omnis dubitatio, utrum de hac Dryopide an de illa provincia, quae postea Doris appellata est, cogitandum sit, tollitur, si cum Ovidio canente: — certatam lite Deorum Ambraciam, versique vident sub imagine saxum Judicis, Actiaco quae nunc ab Apolline nota est" conferimus Antonium narrantem, Cragaleum *ubi staret* in saxum mutatam esse ab Apolline eique ab Ambracensibus sacra offerri. Quo accedit quod et multae de Hercule fabulae ad Epirum spectant et in urbe Ambracia ipsa eum maximis honoribus coli hac eadem ex fabula videmus; quare suspicari possumus, his quoque in locis fortasse lavacra Herculi sacrata exstitisse et verba παρὰ τὰ λουτρά ad Thermopylas referri necessarium non esse. Sed simul accipiendum videtur, antiquissimis tantum temporibus fines Ambraciae etiam nomine Dryopidis inditos fuisse; posterioribus vero temporibus non solum urbs, sed etiam provincia Ambracia appellabatur. Quare neque Strabo neque Ptolemaeus aliive Dryopidis in Epiro mentionem faciunt et Antoninus ipse Dryopidem in Epiro ignorasse videtur verbaque, quae in Nicandro et Athanada legebat, ad pristinam Dryopidem retulisse. Itaque et Dicaearchus et Plinius sua non tam geographis quam iis qui referebant res heroicis temporibus a Graecis gestas debere videntur."

vs. 32. Quum aliquando post τὸ πέρας interpungeretur, ita ut hic relationis accusativus ad συνεχής pertineret, quem distinguendi modum Stephanus praeiit, Casaubonus eam rationem proposuit, quam post Holstenium, Marxium et Gailium equidem quoque amplexus sum. Eandem Vossius quanquam comprobavit, pro αὐτή tamen αὐτῆς rescribendum esse statuit, quam correctionem Salmasius et Buttmannus collaudaverunt. Codex Milleri αὐτῇ.

vs. 33. De *Philea*, de quo Ukertus Geogr. Gr. et Rom. I, 1., p. 118 pauca disseruit, accuratiora mox ab Osanno exspectare licet, equidem quoque in dissertat. de Pythea Massiliensi p. 5 not. 3 nonnulla exposui. Locis veterum de eo ibi allegatis nunc ipsum addere hosce juvat: Suid. et

Zonar. v. *Βόσπορος πόλις περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἣν ὁ Βωχάνος ὁ Τοῦρκος ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως ἐπόρθησεν. ὡς φησι δὲ Φιλέας* (apud Suidam hoc sicut posteriori loco *Φιλαίας*), *δύο Βόσποροι εἰσίν· ὁ μὲν κατὰ τὴν Προποντίδα, ὁ δὲ Θρᾳκικός* (Suid. t. III, p. 506) *Φιλαίας Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο· ὥσπερ οὖν αὐτὸς ὢν ὁ τῆς θεοῦ τὸ Γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος*) Etym. M. p. 107. — *Φιλέας δὲ πρῶτον βασιλέα Ἀῶον, Ἠοῦς ὄντα καὶ Κεφάλου· ἀφ' οὗ καὶ ὄρος τι ὠνομάσθη Ἀῴιον.* p. 122. *Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλέας* (vulgata est *Φιλίας*) *Ἀργανθώνιον λέγουσι διὰ τὴν* [illegible] p. 405. *Θερμοπύλαι. ἔνιοι μὲν τὴν πόλιν ταύτην Πύλην καλοῦσι· Φιλέας δὲ Θερμοπύλας λέγει καλεῖσθαι, ἐπεὶ ἐκεῖ ἡ Ἀθηνᾶ θερμὰ λουτρὰ Ἡρακλεῖ ἐποίησε.*

vs. 34. De *Homole* cf. quae ad finem fragmenti prosaici adnotavi.

vs. 35. Quod ad hanc controversiam de Magnesia Graeciae adscribenda aut inde separanda attinet, de qua conferas si libuerit Tzschuck. ad Pomp. Mel. III, 2., p. 192 sq., auctorem anagraphes negligentissime et tam obscure disseruisse jam supra adnotavi, ut ipsius sententia non perspiciatur. Si autem Buttmannus posterioris aetatis scriptorem de ea lite verba non facturum fuisse existimat, quoniam Romanorum tempore Magnesia pro parte Thessaliae itaque etiam Graeciae considerata fuerit, hocce argumentum pro Dicaearcho utpote anagraphes auctore non magni momenti est: compilator enim noster eam quaestionem ex antiquiori opere repetiisse cogitandus est. Ceterum Scylax Magnesiam Graeciae includere videtur: ea enim provincia descripta, *μέχρι ἐνταῦθα*, inquit, *ἐστὶν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλάς.* Neque aliter, ut equidem credo contrariam a Marxio habens sententiam, Thucydides II, 101. *καθημένου δ' αὐτοῦ περὶ τοὺς χώρους τούτους οἱ πρὸς νότον οἰκοῦντες Θεσσαλοὶ καὶ Μάγνητες καὶ οἱ ἄλλοι ὑπήκοοι Θεσσαλῶν καὶ οἱ μέχρι Θερμοπυλῶν Ἕλληνες*

ἐφοβήθησαν μὴ καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁ στρατος χωρήσῃ καὶ ἐν παρασκευῇ ἦσαν.

vs. 36. ἀγνοεῖν h. l. intransitive pro *errando* usurpatum est, sicut in fine quoque prosaici fragmenti et nonnullis, quos Buttmannus allegavit, locis Polybianis.

vs. 37. Pro ἀποχωρίσαντα apud Holstenium aperto vitio ἀποχωρήσαντα exhibitum est.

vs. 38 Latine versus est: „qui in literis maxime studeant excellere.“ In φιλομαθέσι Buttmannus, ut jam supra mentionem feci, vitium latere ejusque loco, si versus pateretur, φιλομαθίας sive ἀληθείας legi posse censuit.

vs. 40. τριῶν ὁδὸς ἔσθ' ἡμερῶν. Nondum ulla mihi innotuit causa, ob quam Gailio hanc aliasque apud nostrum scriptorem distantias dierum itinere indicatas ex Herodotea potissimum computatione, qua unius diei iter stadia prope ducenta efficit, considerandas esse censenti assentiar.

vs. 42. Quum vulgata fuisset Ἄτατθον, editorum alii Casaubono praeeunte Ἄραχθον, quae usitatior ejus nominis forma est, cf. Strab. VII, l. l. ὑπέρκειται δὲ αὐτὴ τοῦ μυχοῦ μικρόν, Τύλγου τοῦ Κυψέλου κτίσμα· παραρρεῖ δ' αὐτὴν ὁ Ἄραχθος ποταμὸς ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτήν Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 3. p. 146. Mannert. Geogr. VII, 664, alii, ut Zosimades, Marxius et Buttmannus, Ἄρατθον, qualis nominis conformatio in duobus quoque codicibus Gemist. Plethonis Excerptt. Strab. cf. Bredov. epp. Par p. 94 locum habet, exhibuerunt. Vel tertia forma Ἄραιθος, ut Tzetzes quidem ad Lycophr. Cass. v. 409 testatur, a Lycophrone et Callimacho in usum vocata fuit. In Stephani editione hic versus catalecticus prolatus est in ἐξιόντα vocabulo desinens, quam lacunam Casaubonus pronomine ᾧ quod ad Arachthum referendum esset adjiciendo explere conatus est. Holstenius, Zosimades, Gailius et Buttmannus καί post ἐξιόντα addiderunt idque, quanquam Marxius parum referre dixit utrum ᾧ an καί scriberetur, mea quidem sententia rectius, quum mons fluvio

adjacere non bene tradi et hiatus in verbis ἐξιόντα, ᾧ quam pessime se habere videatur.

vs. 43. Quam post ἱερόν aliquando addiderant viri docti vocułam δέ versus ut videtur in melius conformandi causa neque tamen cum sensus integritate satis congruam, Stephanus non protulit et Buttmannum, quum in editione posuisset, in Jahnii deinde ephemeridibus merito abegisse video. Idem autem vir doctissimus Marxium non refutavit sacrum qui hic commemoratus est in Ambracia regione montem ad Strabonis verba in Nicopolis descriptione l. VII, p. 325. ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τοῦ ἄλσους ἱερῷ λόφῳ rectissime referentem. Ut enim Buttmanno concedo Ambraciam ipsam non eandem cum posteriori Nicopoli urbem fuisse et incolas tantummodo Ambraciae ab Augusto Nicopolin transpositos fuisse statuenti, ita Nicopolis, quanquam ad mare Ionicum sita, Ambraciae antiquae vicina exstitit et ad πρόσεστιν non, ut Buttmannus putavit, dativus Ἀράχθῳ, sed, si quis, dativus τῇ Ἀμβρακίᾳ mente adjiciendus est. Quae quum ita sint, jam perspicuum est, quid de his Buttmanni verbis judicandum sit: „ceterum apud alium scriptorem sacrum montem ad Ambraciam memoratum non invenio.“

vs. 45. Ὀρεῖται, quod in Stephani editione et apud Holstenium quoque habetur, a Casaubono in Ὀρέσται commutatum itaque a recentioribus Marxio, Gailio et Buttmanno recte prolatum est. De Orestarum gente Strabo l. VII, p. 326 ita disserit: ἠπειρῶται δ' εἰσὶ καὶ Ἀμφίλοχοι καὶ — Ὀρέσται — λέγεται δὲ τὴν Ὀρεστιάδα κατασχεῖν ποτε Ὀρέστης, φεύγων τὸν τῆς μητρὸς φόνον καὶ καταλιπεῖν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν χώραν, κτίσαι δὲ καὶ πόλιν, καλεῖσθαι δ' αὐτὴν Ἄργος Ὀρεστικόν, quum, Stephano contra Byzantino teste, Theagenes (Rheginus, ut veri simile est) auctor sit Orestem quum insania liberatus esset prae pudore fugientem cum Hermione in hanc regionem venisse, filiumque Orestem genuisse, quo imperante Orestae appellati fuerint incolae. Utut est, cum Gailio et Buttmanno hoc loco animadvertendum esse judico, quod

tota ea regione, in qua etiam nonnulli barbari populi consederant a Strabone l. VII, p. 321 sqq. recensiti, anagraphes auctor Graecas tantummodo gentes commemorat, sed ideo non crediderim eam descriptionem ex antiquissimo fonte repetitam esse.

vs. 46. Qui hoc versu, de cujus pessimo habitu alibi a me disputatum est et de cujus lectione id unum nunc addere libet quod pro *ἐνταῦθα*, vulgata scriptura, Vulcanius *ἐντεῦθεν* proposuit, commemorati sunt Amphilochi a Scylace, Ephoro apud Strabonem, Plinio et Stephano in ipsa Acarnania collocantur cf. etiam Thucydidem II, 68. causas exponentem, quibus moti Amphilochi, quos ceteroquin pro singulari gente considerat, quorumque regionem Amphilochiam nuncupat, Acarnanibus sese dederint. Apud Scymnum autem Chium vs. 454 sqq., aeque atque apud nostrum, primum Ambracia, deinde Argos Amphilochicum et denique Acarnania recensetur, de Argo vero Amphilochico haecce disseruntur: *εἶτ' Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος λεγόμενον. τοῦτο δὲ κτίσαι δοκεῖ Ἀμφίλοχος υἱὸς Ἀμφιαράου μάντεως.* Thucydidis quem citavi locus hic est: *Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀμφιλοχίαν τὴν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωϊκὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω ἐν τῷ Ἀμπρακικῷ κόλπῳ, ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας.* Strabo eadem de civitate l. VII, p. 325 haec habet: *μετὰ δὲ τὴν Ἀμβρακίαν τὸ Ἄργος ἐστὶ τὸ Ἀμφιλοχικόν, κτίσμα Ἀλκμαίωνος καὶ τῶν παίδων. Ἔφορος μὲν οὖν φησὶ τὸν Ἀλκμαίωνα μετὰ τὴν Ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείαν, παρακληθέντα ὑπὸ Διομήδους, συνελθεῖν εἰς Αἰτωλίαν αὐτῷ καὶ συγκατακτήσασθαι ταύτην τε καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν· καλοῦντος δ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον Ἀγαμέμνονος, τὸν μὲν Διομήδη πορευθῆναι· τὸν δ' Ἀλκμαίωνα μείναντα ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ τὸ Ἄργος κτίσαι· καλέσαι δ' Ἀμφιλοχικὸν ἐπώνυμον τοῦ ἀδελφοῦ — Θουκυδίδης δέ φησιν αὐτὸν Ἀμφίλοχον μετὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον δυσαρεστοῦντα τοῖς ἐν Ἄργει παρελ-*

θεὶν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν· διαδεξάμενον δὲ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ δυναστείαν κτίσαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ. X, 4, p. 462. ὁ μὲν οὖν Ἔφορος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἤδη τὴν Ἀκαρνανίαν ὑπὸ τῷ Ἀλκμαίωνι ποιήσας τό τε Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν ἐκείνου κτίσμα ἀποφαίνει καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Ἀκαρνᾶνος, Ἀμφιλόχους δὲ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀμφιλόχου· ὥστε ἐκπίπτει εἰς τὰ παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἱστορίαν λεγόμενα. Θουκυδίδης δὲ καὶ ἄλλοι τὸν Ἀμφίλοχον ἀπὸ τῆς στρατείας τῆς Τρωϊκῆς ἐπανιόντα, οὐκ ἀρεσκόμενον τοῖς ἐν Ἄργει, ταύτην οἰκῆσαί φησι τὴν χώραν· οἱ μὲν κατὰ διαδοχὴν ἥκοντα τῆς τοῦ ἀδελφοῦ δυναστείας, οἱ δ' ἄλλως. Apollod. bibl. III, 7, 4. καὶ Ἀμφίλοχος κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος ᾤκησεν et inter ejus fragmenta ed. Heyn. t. I, p. 386. ἄλλοι δὲ φασίν, ὡς καὶ Ἀπολλόδωρος (ὅτι) Ἀμφίλοχος ὁ Ἀλκμαίωνος ὕστερον στρατεύσας εἰς Τροίαν — ὡς δέ τινες φασίν, Ἀμφίλοχος τὸ κληθὲν Ἄργος Ἀμφιλοχικον πλησίον Ἀκαρνάνων κατῴκησεν cf. etiam Tzschuck. ad Pomp. Mel. II, c. 3. §. 10. p. 335. Hodiernum hujus urbis fluctibus fere obrutae nomen a Pouquevillo Voyag. en Grèce t. II, p. 106. Philocastron esse refertur.

vs. 47. Vulgata hujus loci lectio μετὰ τούτους, quamvis contra metrum gravissime peccet, apud nostrum tamen scriptorem retinenda esse mihi videtur. Editores alii aliter corrigendo tentaverunt. Plurimi, quorum etiam Buttmannus in editione quidem sua fuit, τοὺς δ' rescribendum censuerunt idque Gailius quoque, quanquam τούσδ' fortasse emendandum esse suspicatus, comprobavit. In Jahnii autem ephemeridd. l. l. Buttmannus μετὰ ταῦτ' restituendum credidit. Pro vulgata denique lectione Ἀκαρνᾶνες· πόλεις Vulcanius, distinguendi nota commutata, Ἀκαρνάνων πόλεις exhibuit, quam rationem equidem non vereor ne quis collaudet.

vs. 48. Licet Dicaearchi aetate *Stratus* neque vero *Leucas* Acarnaniae caput exstiterit, noster tamen scriptor, seu ea in re negligentior fuit seu ex opere antiquiora in-

primis tempora respiciente excerpsit, Leucadem solam commemorat multis de causis magis memorabilem. Ceterum ob sequentem versum Gailius Leucadem eo tempore, cujus anagraphes auctor rationem habuerit, peninsulam fuisse rectissime statuit, non insulam, qualis in periplo qui nobis superest Scylaceo designata est. Leucadem autem, quam Homerico tempore cum terra continenti arctissime cohaesisse constat, arte, non per aliquem terrae motum inde separatam fuisse, qua de re cf. etiam Dodwell. itinn. edit. a Sicklero t. I, p. 65, hi scriptorum veterum loci perspicue docent Strab. X, 452. *Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γαργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον· καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον· καὶ τῆς Χερρονήσου διορύξαντες τὸν ἰσθμὸν ἐποίησαν νῆσον τὴν Λευκάδα καὶ μετενέγκαντες τὴν Νήρικον ἐπὶ τὸν τόπον, ὃς ἦν ποτὲ μὲν ἰσθμός, νῦν δὲ πορθμὸς γεφύρᾳ ζευκτός, μετωνύμασαν Λευκάδα ἐπώνυμον, δοκῶ μοι, τοῦ Λευκάτα· πέτρα γάρ ἐστι λευκὴ τὴν χρόαν, προκειμένη τῆς Λευκάδος εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὡς ἐντεῦθεν τοὔνομα λαβεῖν.* I, p. 59. *τόν τε Πειραιᾶ νησιάζοντα πρότερον καὶ πέραν τῆς ἀκτῆς κείμενον οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι· ὑπεναντίως δὲ ὁ Λευκὰς Κορινθίων τὸν ἰσθμὸν διακοψάντων νῆσος γέγονεν, ἀκτὴ πρότερον οὖσα· περὶ ταύτης γάρ φησι λέγειν τὸν Λαέρτην· οἷος Νήρικον εἶλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον, Ἀκτὴν ἠπείροιο. ἐνταῦθα μὲν δὴ διακοπαὶ χειρότμητοι γεγόνασιν· ἀλλαχόθι δὲ προσχώσεις.* Liv. XXXIII, 17. „Leucadia nunc insula et vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa, tum paeninsula erat, occidentis regione arctis faucibus cohaerens Acarnaniae.“ Apud alium denique geographum merito cum Buttmanno miraremur quod templi Apollinis in Leucadis promontorio celeberrimi mentio praetermissa est.

vs. 50 sqq. Quod nostro loco insulae Cephallenicae, quae Same, Zacynthus, Dulichium atque Ithaca fuerunt, communi

ea appellatione commemoratae sunt, ex antiquiori sine dubio aetate repetitum est, quum posteriori, sicut Herodoti, Thucydidis et Xenophontis, ea cognominatio nou jam locum habuisse videatur. Singulari autem Cephalleniae nomine etiam posteriori tempore Same s. Samos secundum Strabonem quidem insignita fuit, ita ut, si quis eo offenderetur quod apud nostrum ex insularum Cephallenum numero Ithaca sola diserte memoratur, nostro versu non difficilis foret emendatio *νῆσος Κεφαλλήνων δ' ἐν αὐτῷ κειμένη* cf. Strab. X, p. 452. *Κεφαλλῆνας δὲ νῦν μὲν τοὺς ἐκ τῆς νήσου τῆς Κεφαλληνίας λέγουσιν· Ὅμηρος δὲ πάντας ὑπὸ τῷ Ὀδυσσεῖ, ὧν εἰσὶ καὶ οἱ Ἀκαρνᾶνες· εἰπὼν γὰρ· Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον κ.τ.λ. ἐν αὐτῷ*, quod cum *κείμεναι* junctum in versione apud Gailium ita translatum est *intus ex illo sitae sunt*, secundum Gailii sententiam non significat *in sinu ipso*, sed *citra sinum*, isque vir doctus ad hunc usum particulae *ἐν* cum *ἐντός* idem valentem Thucydideum attulit locum IV, 120. *περαιωθεὶς δὲ καὶ ξύλλογον ποιήσας τῶν Σκιωναίων ἔλεγεν ἅτε ἐν τῇ Ἀκάνθῳ καὶ Τορώνῃ καὶ προσέτι φάσκων ἀξιωτάτους αὐτοὺς εἶναι ἐπαίνου, οἵτινες τῆς Παλλήνης ἐν τῷ ἰσθμῷ ἀπειλημμένης ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων κ.τ.λ.* Qualem *ἐν* praepositionis usum latiorem quanquam non dubito quin etiam pluribus scriptorum exemplis comprobare possimus, nescio tamen utrum hoc quoque loco statuere an vulgari modo interpretantes, si quod inde vitium efficiatur, scriptoris nostri incuriae adscribere debeamus. *Ἰθάκη δέ* Casaubonus rectissime emendavit, quum ante eum omnino contra sensus et ex parte etiam contra metri rationem exhibitum fuisset *Ἰθάκη· σταδίων δέ κ.τ.λ. σταδίων ὀγδοήκοντα* si per se solum spectamus, dubitare possumus num hunc genitivum pro genitivo numeri ad *Ἰθάκη* nomen apposito habeamus an cum *στενή* adjectivo an denique cum *ὕψος δ' ἔχουσα* conjungamus. Sed plurimi interpretes, quorum jam princeps fuit Stephanus, *στενή* per se solum conside-

randum esse recte intellexerunt: alioquin enim non tam *στενή*, quam *μακρά* potius, ex vulgata saltem dicendi ratione, proferendum fuisset. *ὕψος δ' ἔχουσα* autem remotiorem habet sedem, inprimis particula *δέ* interposita, et talis praeterea, qualis eo modo proderetur, altitudo perquam mira exstaret. Restat igitur, ut ad *Ἰθάκη* appositum eum genitivum numeri genitivum habeamus; sed inquirendum adhuc est utrum de sola ejus insulae longitudine an de omni ejus ambitu intelligendum sit. De ambitu recte interpretatus esse videtur Gailius, Strabone allato teste X, p. 455 *κύκλος δὲ τῆς Ἰθάκης ἐστὶν ὡς ὀγδοήκοντα σταδίων*, neque aliter Buttmannus Crusium Hellad. II, 2, p. 374 allegans. Palmerius autem anagraphes auctorem de insulae tantummodo longitudine cogitasse statuit, Strabonem vero aut nostrum falso intellexisse aut apud eum loco laudato pro *κύκλος* vulgata *μῆκος* rescribendum esse censuit. Sed quanquam praeterea Dodwellus Itinerr. I, p. 84. ambitum Ithacae multo ampliorem fuisse adnotat quam qualem Strabo definierit eamque in rem Plinii quoque testimonium viginti millia passuum indicantis affert, nostram tamen explicationem Strabonis inprimis quem suam notitiam nostro ex loco repetiisse mihi nondum persuadeo auctoritate teneo et, si noster ea in re revera peccasset, nihil miri, qua quidem incuria est, equidem conspicerem. Neque tamen praetereundus plane est Artemidorus longitudinem Ithacae octoginta quinque stadiorum esse apud Porphyr. de antr. Nymph. p. 114 refereus, quem locum respiciens Mannertus nostrum poëtam, cujus verba itidem de longitudine explicat, metri causa quinque stadia omisisse statuit. Sed ut tribus his locis de longitudine cogitaremus, illud conjici non foret necesse, quum in talibus computationibus rotundi numeri accuratioribus saepissime praeferantur et Strabo ipse satis caute non *ὀγδοήκοντα σταδίων*, sed *ὡς ὀγδοήκοντα σταδίων* dicat cf. Tzschuck. ad Mel. Exeget. not. II, p. 725. *στενή*, quanquam, idque inprimis ex Graeco cogitandi modo, non plane necessarium fuit, perspicuitatis tamen causa

commatibus a ceteris distinxi, quum Casaubonus haec omnia usque ad ἐχομένη sine ulla interpunctione exhibuisset. ὕψος ἔχουσα idem quod ὑψηλή valere crediderim neque ὕψος h. l. censuerim in eundem cum ὄρος sensum interpretandum ad ipsum Ithacae montem, veluti Neïum, cf. Hom. Od. α, 186 vel adeo, quum hic in terra continenti e contrario sita statuendus sit, ad Neritum cf. Strab. X, p. 454 referendum esse. De tribus Ithacae portubus Buttmannus Crus. Hell. II, p. 2, p. 396 contulit. ἐχομένη Casaubonus explicuit ἐχομένη ἐστίν, ἔχεται, *deinceps est* et ex nostro quod deinde legitur attulit κἄτ' ἐχομένη Ἡ προσαγορευομένη Πλαταιαί. Simillimo modo Marxius. Gailius ita ἐχομένη a nomine Ἰθάκη nimis remotum fore et, quum sequentibus verbis πρὸς τῷ πέραν κ. τ. λ. non recte de Ithaca, sed de alia quadam insula v. c. Samo cogitari possit, ἐχομένη ad insulam sequentibus commemoratam pertinuisse, ejus autem notitiam lacuna excidisse statuit. Aliter Buttmannus qui τρεῖς λιμένας cum ἐχομένη conjungendum idque ex usu Homerico, allato versu celeberrimo ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα, explicandum existimavit. Hodiernum denique Ithacae insulae nomen *Teaki* et urbis prope antiquam sitae *Vathi* esse constat.

vs. 53 aut ad insulas Cephallenias aut ad Acarnanes referendus esse videtur. Si ad illas pertineret, situm earum confiteremur necesse foret ita non accurate definiri et in οἰκοῦσι praeterea eo modo usurpato offensionis aliquid inesse, nisi forte ex praecedentibus Κεφαλλῆνες subjectum quam Κεφαλλήνων νῆσοι repetere mallemus. De illis Marxius quidem intellexit, ita tamen ut pro Αἰτωλίας, omnium librorum et editionum scriptura, Ἀλυζίας, quod urbis Acarnanicae nomen est, legendum conjiceret. Gailius, quem post vs. 52 quaedam pessumdata existimasse vidimus, de nostro versu non accurate pronuntiavit. Ad Acarnanes autem hunc versum referentibus nobis displicebit, quod scriptor, postquam de Cephallenum insulis exposuerat, nullo plane addito indicio ita ad Acarnanes reversus est et quod

Acarnaniae situm situ Aetoliae provinciae antea non memoratae definiit. Sed considerandum est, quali cum scriptore hac in anagraphe nobis res sit, et infra complures loci nobis obviam fient, quibus transitus non satis aptus et accuratus animadvertitur. Quod enim hanc ad negligentiam ex praecedentibus exemplum Buttmannus attulit, locum dico, quo scriptor noster de Ambracia disserere coeperat et, disputatione de Graeciae finibus interjecta, tum demum ad Ambraciam reversus fuit, non plane similis hic locus est, quippe quo distinctis verbis dixerit *πλὴν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προβήσομαι* et addiderit etiam *ἀπ᾽ Ἀμβρακίας*. Quod ad alterum autem attinet offensionis genus, in ea re quum per se non tantum miri et singularitatis inest, tum simillimus apud nostrum infra adest locus vs. 62, quo Aetoli a Dolopibus, quorum nulla dum mentio facta erat, meridiem versus habitare referuntur. Sensus igitur versus nostri talis statuendus esse apparet: Acarnanes ab Aetolis Acheloo fluvio diremtos ex contraria horum regione sedes tenere cf. Strab. VIII, 336. *τινὲς δέ φασιν Ἀχελώου τοῦ ὁρίζοντος Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλούς*. X, 449. *Αἰτωλοὶ μὲν τοίνυν καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῶον ποταμὸν ῥέοντα ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς Πίνδου πρὸς νότον διά τε Ἀγραίων Αἰτωλικοῦ ἔθνους καὶ Ἀμφιλόχων* et, quem Gailius attulit, Plin. IV, 1. Apud Scylacem autem, quem idem vir doctissimus praeterea testem allegavit, equidem nihil reperi quod huc accurate quadraret.

vs. 54. Vero haud absimilis Buttmanni conjectura mihi videtur, qua Herculis templum hoc loco commemoratum ad Alyziam Acarnaniae urbem referamus, prope quam Herculis fanum idque Lysippi artificio exornatum exstitisse Strabo memoriae prodidit X, 459. *ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάττης διέχει σταδίους, καθ᾽ ἣν ἐστι λιμὴν Ἡρακλέους ἱερὸς καὶ τέμενος. ἐξ αὐτοῦ Ἡρακλέους ἄθλους, ἔργα Λυσίππου, μετήνεγκεν εἰς Ῥώμην τῶν ἡγεμόνων τις παρὰ τόπον κειμένους διὰ τὴν ἐρημίαν*. Hoc loco

praeterea satis firmatur vulgata lectio καὶ λιμὴν, cujus vice Marcius καὶ λιμένων scribendum esse suspicatus est. ὑπεῖμι denique significatione *prope abesse*, *subsequi*, et in nostro fragmento, sicut simile quoque compositum ὑπόκειμαι, cf. vs. 74 et apud alios geographos saepius reperitur cf. v. c. Scylac. peripl. ed. Gail. t. I. p. 312. ὑπ' αὐτὴν δ' ἔστι ποταμὸς Κινῶθ καὶ νῆσος ὑπέστι πρὸς τὸν ποταμόν.

vs. 55. Hunc versum, quamquam qualis ex codicum lectione exhibitus est a metrica ratione magnopere laborat, integrum tamen reliqui, quoniam noster auctor pessimae notae scriptor jam saepissime demonstratus est, etiamsi satis prona est, quam eandem Buttmannus in Jahnii ephemeridibus utpote suam proposuit, egregia Casauboni conjectura: ἕτερον δ' Ἀρροδίκης· ποταμὸν ἡ χώρα δ' ἔχει.

vs. 56. Vulgatam codicum lectionem, quam Stephanus et Holstenius in editionibus protulere, ἡμερῶν δέκα καὶ νυκτῶν δύο Vossius in ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν δύο rectissime immutavit, quam ejus doctissimi viri emendationem recentiores deinde omnes editores secuti sunt. Non enim solum perquam mira computandi foret ratio, qua aliqua distantia decem dierum et duarum noctium esse indicaretur, sed et Scylacis testimonium quod cum Vossiana correctione facit a me alibi allegatum considerandum est.

vs. 57. ἔχεσθαι sensu *excipiendi*, *propinquum esse*, quo jam supra vs. 52 interpretandum esse videbatur, etiam apud Herodotum et similiter apud Platonem cf. Gorg. p. 494. e. 499. b. Protag. 319. e. 324. d. Men. p. 93. d. 94. a. obvium est. Cf. Hesych. I, p. 1564. Suid. t. I, p. 930. Etym. M. p. 362 v. εὐχή. B. A. I, 258. Hinc adverbium ἐχομένως et quod eodem sensu reperitur neutrum ἐχόμενα pro *continuo*, *deinceps* cf. Apollod. bibl. II, c. 1. ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ Δευκαλίωνος διεξεληλύθαμεν γένος, ἐχομένως λέγωμεν τὸ Ἰνάχου. III, 1. ἐχομένως λέγωμεν καὶ τὰ περὶ Ἀγήνορος.

vs. 58. Pro ὑπόκειται, quod ex Hervartiano codice Hoeschelius protulit et Vulcanius deinde et fere omnes

recentiores editores comprobaverant, in Stephanum, sunt in Zosimadum quoque editione, quamquam in hac [illegible] melius se habiturum esse animadversum est, [illegible] exhibetur. Gallius Strabonem X. 451 inter veterem et recentem Pleuronem, alteram prope Calydonem ex oriente Eueni regione, alteram ad Aracynthum montem ab Eueno occidentem versus in mediterraneo tractu cf. Plin. h. n. IV, 2. Cellar. geogr. ant. I, 710 situm distinxisse referens Pleuronem nostro loco commemoratam recentem esse suspicatus est quum ob scriptoris aetatem qui post Demetrii victorias vixisset, tum ob sententiarum nostri loci connexum, quo Pleuron prope Acarnaniae fines et ad Aetolorum collocata esset et ea vicinitas verbo quoque [illegible] indicaretur. Contrarium Buttmannus statuerit, equidem ut in re incerta nihil decerno.

vs. 59. De templo Minervae Pleuronio nullum alium scriptorem verba facere Buttmannus hunc ad locum adnotavit.

vs. 60. εἶτα Κίδης αἱ τ' Ἐρυσίδες. Quod Κίδης vocabulum contra metrum magopere peccat, id solum me non commoveret, ut corruptelam existimarem, si gentilicium tale nomen aliunde compertum esset et nisi vox in codice ipso duobus punctis, dubitationis vel corruptionis signo, notaretur. Bene tamen et caute editores, quamquam partim uncis includentes, in contextu retinuerunt neque ejicere ausi sunt, antequam mente assequerentur, quomodo istud vocabulum nostrum in locum irrepere potuisset aut quid aliud ejus loco substituendum esset. Casaubonus quidem ejecit in ejusque vicem δ' recepit, quam rationem et metro succurrentem et in sensu nihil quod desideraretur relinquentem Holstenius secutus est. De Echinadibus, quae maximam partem cum terra continenti deinceps coaluerunt, et de hujus mutationis causa cf. Strab. I. p. 59. X. p. 458. Paus. VIII, 1, 24. et inter recentiores Dodwell. Itin. t. I, p. 141. Si Buttmannus denique ad hunc locum iterum animadvertit, quod neque in Aetolia Thermos, principale po-

praeterea satis firmatur vulgata lectio *καὶ λιμὴν*, cujus vice Marxius *καλούμενον* scribendum esse suspicatus est. *ὑπειμι* denique significatione *prope abesse*, *subsequi*, et in nostro fragmento, sicut simile quoque compositum *ὑπόκειμαι*, cf. vs. 74 et apud alios geographos saepius reperitur cf. v. c. Scylac. peripl. ed. Gail. t. I. p. 312. *ὑπ' αὐτὴν δ' ἔστι ποταμὸς Κίνωψ καὶ νῆσος ὕπεστι πρὸς τὸν ποταμόν.*

vs. 55. Hunc versum, quamquam qualis ex codicum lectione exhibitus est a metrica ratione magnopere laborat, integrum tamen reliqui, quoniam noster auctor pessimae notae scriptor jam saepissime demonstratus est, etiamsi satis prona est, quam eandem Buttmannus in Jahnii ephemeridibus utpote suam proposuit, egregia Casauboni conjectura: *ἕτερον δ' Ἀφροδίτης· ποταμὸν ἡ χώρα δ' ἔχει.*

vs. 56. Vulgatam codicum lectionem, quam Stephanus et Holstenius in editionibus protulere, *ἡμερῶν δέκα καὶ νυκτῶν δύο* Vossius in *ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν δύο* rectissime immutavit, quam ejus doctissimi viri emendationem recentiores deinde omnes editores secuti sunt. Non enim solum perquam mira computandi foret ratio, qua aliqua distantia decem dierum et duarum noctium esse indicaretur, sed et Scylacis testimonium quod cum Vossiana correctione facit a me alibi allegatum considerandum est.

vs. 57. *ἔχεσθαι* sensu *excipiendi*, *propinquum esse*, quo jam supra vs. 52 interpretandum esse videbatur, etiam apud Herodotum et similiter apud Platonem cf. Gorg. p. 494. e. 499. b. Protag. 319. e. 324. d. Men. p. 93. d. 94. a. obvium est. Cf. Hesych. I, p. 1564. Suid. t. I, p. 930. Etym. M. p. 362 v. *εὐχή*. B. A. I, 258. Hinc adverbium *ἐχομένως* et quod eodem sensu reperitur neutrum *ἐχόμενα* pro *continuo*, *deinceps* cf. Apollod. bibl. II, c. 1. *ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ Δευκαλίωνος διεξεληλύθαμεν γένος, ἐχομένως λέγωμεν τὸ Ἰνάχου.* III, 1. *ἐχομένως λέγωμεν καὶ τὰ περὶ Ἀγήνορος.*

vs. 58. Pro *ὑπόκειται*, quod ex Hervartiano codice Hoeschelius protulit et Vulcanius deinde et fere omnes

recentiores editores comprobaverunt, in Stephaniana, sicut in Zosimadum quoque editione, quanquam in hac *ὑπόκειται* melius se habiturum esse animadversum est, *ἀκόκειται* exhibetur. Gailius Strabonem X, 451 inter veterem et recentem Pleuronem, alteram prope Calydonem ex oriente Eueni regione, alteram ad Aracynthum montem ab Eueno occidentem versus in mediterraneo tractu cf. Plin. h. n. IV, 2. Cellar. geogr. ant. I, 710 sitam distinxisse referens Pleuronem nostro loco commemoratam recentem esse suspicatus est quum ob scriptoris aetatem qui post Demetrii victorias vixisset, tum ob sententiarum nostri loci connexum, quo Pleuron prope Acarnaniae fines et ad Acheloum collocata esset et ea vicinitas verbo quoque *ὑπόκειται* indicaretur. Contrarium Buttmannus statuerit, equidem ut in re incerta nihil decerno.

vs. 59. De templo Minervae Pleuronio nullum alium scriptorem verba facere Buttmannus hunc ad locum adnotavit.

vs. 60. *εἶτα Κίδης αἵ τ' Ἐχινάδες.* Quod *Κιδης* vocabulum contra metrum magnopere peccat, id solum me non commoveret, ut corruptelam existimarem, si geographicum tale nomen aliunde compertum esset et nisi vox in codice ipso duobus punctis, dubitationis vel corruptionis signo, notaretur. Bene tamen et caute editores, quanquam partim uncis includentes, in contextis retinuerunt neque ejicere ausi sunt, antequam mente assequerentur, quomodo istud vocabulum nostrum in locum irrepere potuisset aut quid aliud ejus loco substituendum esset. Casaubonus quidem ejecit in ejusque vicem *δ'* recepit, quam rationem et metro succurrentem et in sensu nihil quod desideraretur relinquentem Holstenius secutus est. De Echinadibus, quae maximam partem cum terra continenti deinceps coaluerunt, et de hujus mutationis causa cf. Strab. I, p. 59. X, p. 458. Paus. VIII, 1, 24. et inter recentiores Dodwell. Itinn. t. I, p. 141. Si Buttmannus denique ad hunc locum iterum animadvertit, quod neque in Aetolia Thermon, principale po-

sterioribus temporibus oppidum, neque in Acarnania Thyrium allatum esset, inde nostrum opus non plane recentis compilatoris efficiendum esse, huic quae anagraphae patrocinari videtur opinioni jam supra a nobis responsum est.

vs. 61. *Εὔηνος ἐκ Πίνδου ῥέων.* Quum Euenus fluvius, qui jam in theogonia Hesiodea vs. 345 sq. *Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ ποταμοὺς τέκε δινήεντας — Εὔηνόν τε καὶ Ἄρδησκον, θεῖόν τε Σκάμανδρον* commemoratus et antiquissimo tempore nomen Lycormae gessisse ex Strabonis et Plutarchi testimonio relatus et ab Hygino Chrysorrhoas, a Statio (Nessi ut videtur ratione habita) Centaurus, a Vibio Esper (asper?) cognominatus est et secundum Dodwellum t. I, p. 147 nostra aetate Phidari nuncupatur cujusque cursum Strabo X, 451 satis accurate descripsit, ex Pindo provenire nusquam memoriae prodatur: Mannertus loco errorem obrepsisse et Euenum cum Acheloo, de quo illud diserte traditum esset, confusum esse suspicatus est. Rectius sensisse Gailius videtur, quippe qui Pindum montem non strictissima significatione intelligendum Aetoliaeque monticulos *βωμούς, λόφους Αἰτωλίας* (apud Strabonem de Aetolica gente Bomiorum sermo est) partes Pindi considerari potuisse statuerit. Codex Milleri *δ' Εὔηνος.*

vs. 62. Pro *Δολόπων*, cujus populi sedes, quanquam non accuratissima finium terminatione, in Thessalia collocantur cf. v. c. Suid. t. I, p. 614 *Δόλοπες, ἔθνος Θετταλικόν*, Hesych. I, p. 1019. *Δόλοπες, ἔθνος, οἱ τὰ ἔσχατα μέρη τῆς Θετταλίας οἰκοῦντες.* I, p. 152. *Αἴθικες, ἔθνος παρὰ τὴν Θετταλίαν, ὅ ἐστιν Δολοπία* (legendum esse videtur aut *οὗ ἐστιν Δολοπία* aut *ὅ ἐστιν Δολοπίας*), Vulcanius, fortasse quod a nostro scriptore Dolopum sedes nimis meridiem versus extentas esse existimaret et post *ουτοι* conjunctionis particulam desideraret, *δ' Ἀλοπῶν* legendum proposuit.

vs. 63. Scylax, quanquam Aetoliam quam dixerunt *ἐπίκτητον* cum Naupacto Aetoliae suae inclusit, idem tamen praeternavigationis spatium quod anagraphes auctor Aeto-

liae provinciae assignavit. Unde si Gailius efficit, quam laxo sensu ejusmodi computationes, quales diei et dierum itinera, intelligendae sint, in universum quidem illud libentissime concedo, sed quod ad nostros locos considerare jubeo, quam exigua, praesertim quatenus mari contigua erat, Aetolia illa *ἐπίκτητος* fuerit.

vs. 65. Quod Naupactus, quod oppidum nostro tempore a Graecis plerumque Nepactos, rarius Lepanto et a Turcis Enebechte nominari refertur cf. Dodw. I, p. 173, a nostro scriptore Locridi neque vero Aetoliae attributa est, inde nihil aliud colligere licuerit quam in eo opere, cujus epitome existit anagraphe, antiquiorum potius temporum quam posteriorum rationem habitam fuisse cf. Thuc. I, 103. *ἐς Ναύπακτον κατῴκισαν, ἣν ἔτυχον ᾠρηκότες νεωστὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἐχόντων.* Strab. IX, 426. *τῶν γε μὴν ἑσπερίων Λοκρῶν Ὅμηρος οὐ μέμνηται ἢ οὐ ῥητῶς γε· ἀλλὰ μόνον τῷ δοκεῖν ἀντιδιαστέλλεσθαι τούτοις ἐκείνους, περὶ ὧν εἰρήκαμεν Λοκρῶν, οἳ οἰκοῦσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης, ὡς καὶ ἑτέρων ὄντων. πόλεις δ' ἔσχον Ἄμφισσάν τε καὶ Ναύπακτον· ὧν ἡ Ναύπακτος συμμένει τοῦ Ἀντιῤῥίου πλησίον, ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης· εἴτε τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τὸν στόλον, εἴθ' ὡς φησιν Ἔφορος Λοκρῶν ἔτι πρότερον κατασκευασάντων· ἔστι δὲ νῦν Αἰτωλῶν, Φιλίππου προσκρίναντος.*

vs. 66. *λιμὴν μέγας* in versione apud Gailium redditus est *Portus Magnus*, quasi qui hic commemoratus est portus illud nomen utpote proprium habuerit, cujus rei nullum alibi reperietur indicium. Holstenius ad Chalaeon portum, cujus Plinius h. n. IV, 3. mentionem fecit, nostra verba retulit; quod quanquam equidem non prorsus rejicio, de Tolophonis ipsius portu cogitare malim, ita nimirum ut et *λιμὴν μέγας* et *πόλις* inter se arctissime conjungenda ad *Τολοφών* nomen pertineant. Ita enim pro vulgata codicum lectione *Κολοφών*, sicut infra statim *Τολοφῶνα* pro *Κολοφῶνα* rescribendum esse et nostri frag-

menti editores inde ab Holstenio intellexerunt et Dodwellus itinerr. I, p. 175. comprobavit. Cf., ubi diversa lectio *Κολοφωνίους* nihili habenda est, Thuc. III, 101. *Ἀμφισσῆς — καὶ αὐτοὶ πρῶτον δόντες ὁμήρους καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισαν δοῦναι φοβουμένους τὸν ἐπιόντα στρατόν, πρῶτον μὲν οὖν τοὺς ὁμόρους Μυονέας, ταύτῃ γὰρ δυσεσβολώτατος ἡ Λοκρίς, ἔπειτα Ἱπνέας καὶ Μεσσαπίους καὶ Τριταιέας καὶ Χαλαίους καὶ Τολοφωνίους καὶ Ἡσσίους καὶ Οἰανθέας.* Cf. Steph. Byz. s. v.

vs. 67. *ἐσθυλαιτος*, sicut in libris manuscriptis, quanquam corruptelae nota in uno appicta, et in Stephani et Zosimadum editionibus prolatum est, Casaubonus in *ἐσθ' Ἴλαιθος* immutandum esse suspicatus est eamque conjecturam Vulcanius, Graevius, Marxius, Gailius et Buttmannus approbavere. Sed tale flumen nusquam alias memoratum est; quod quanquam casu factum statuere vel cum Buttmanno inde explicare possemus quod ex fabulosis potius quam ex historicis temporibus istud nomen repetitum sit, vel adeo ut satis affinem Stephani locum cum Gailio afferre huncce *Ὕλη — ἔστι δὲ πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν, ἧς τὸ ἐθνικὸν Ὑλαῖος*: in Holstenii tamen decedo sententiam qui pro *ἐσθυλαιτος* censuit *ἐστὶ Πλεῖστος* rescribendum esse cf. Strab. IX, 418. *ὄρος ἀπότομον νάπην ἀπολιπὸν μεταξύ, δι' ἧς Πλεῖστος διαῤῥεῖ ποταμός.* Paus. X, c. 10. *τραπομένῳ δὲ ἐς ἀριστερὰν ἀπὸ τοῦ γυμνασίου καὶ ὑποκαταβάντι οὐ πλέον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ τρία στάδια ποταμός ἐστιν ὀνομαζόμενος Πλεῖστος* (aliis locis, sicut apud Apollonii scholiasten, et ex aliorum sententia cum multis nominibus congrua hunc habet accentum *Πλειστάς*). *οὗτος ὁ Πλεῖστος ἐπὶ Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν καὶ τὴν ταύτῃ κάτεισι θάλασσαν.* Phot. p. 319, ubi Pleistus *ποταμὸς Δελφῶν* vocatur, Etym. M. 613. *μετά* in praecedenti versu non eundem sensum quem *juxta* (ita enim *παρά* usurpandum fuit) habet, sed singulis locis deinceps enumerandis inservit, qua quidem in re noster scriptor pa-

rum respicere consuevit, num cum urbibus an cum montibus an cum fluviis promiscuo ordine sibi res sit.

vs. 68. *ῥεῖν λέγουσιν.* Haec dicendi ratio a nostro scriptore versus metrice complendi causa arcessita est, neque ideo, ut Gailius voluit, poëtica, sed *non poëtica* potius dictionis forma appellanda est. Neutiquam enim nobis persuadebimus Dicaearchum seu quicunque anagraphen composuit ea verba propterea ita protulisse, quod de rebus ipsi parum compertis et ex auditione incertis hocce loco disseruerit.

vs. 69. Ex sententiarum connexu *Λοκρίδος* s. *αὐτῆς* mente supplendum esse perspicuum est. Ceterum praeternavigationis spatium quod in Locride consumitur fere idem anagraphes auctori quam Scylaci est, qui quidem de dimidio die verba facit, quum noster illud iter non totum diem efficere referat. Qua in re non crediderim cum Gailio, in anagraphe illud spatium ideo majus indicari, quod secundum eam Locridi Aetolia quoque *ἐπίκτητος* accensa fuerit, sed neque *ἥμισυ ἡμέρας* neque *οὐδ' ὅλης ἡμέρας* arcte urgendum esse existimo. Vulcanius denique pro *οὐδ' ὅλης ἐσθ' ἡμέρας*, vulgata codicum et editionum lectione, *οὐ δι' ὅλης ἐσθ' ἡμέρας* exhibuit.

vs. 70. Pro *κατοικοῦσι*, sicut antea vulgatum erat, Casaubonus *κατοικοῦσιν* recte edidit. Quod autem hoc loco de Locris ab Aetolia meridiem versus vel, ut accuratius dicam, ex oriente Aetoliae regione meridiem versus habitantibus proditur, idem Gailius Scylacem fortasse significaturum fuisse immerito conjicit his verbis *ἡ δὲ Αἰτωλία παρήκει τὴν Λοκρίδα πᾶσαν ἀπὸ μεσογείας μέχρι Αἰνιάνων.*

vs. 71. *Λέλεγες τὸ πρὶν κεκλημένοι.* Qua de re inter alios confer Scymn. Ch. vs. 589 sq. *Φύσκος ὃς γεννᾷ Λοκρόν, Ὃς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀφ' αὑτοῦ Λοκρούς* sqq.

vs. 72. Pro *φερόμενοι*, quod et metrica ratione et interpretatione difficillimum videbatur, Casaubonus *πρὶν φερόμενοι* vel *φύντες ποτὲ* corrigendum suspicatus est.

Quae conjectura a nemine, quod equidem sciam, posteriorum editorum comprobata est: alii enim, ut Marxius et ante eum Palmerius Ant. Gr. p. 596, de loci lectione plane dubii exstiterunt, alii aliter emendarunt. Quorum Gailius pro φερόμενοι rescribendum censuit ἐχόμενοι et verba ἐκ Δελέγων ἐχόμενοι significare statuit *post Leleges* sive post *Locros olim Leleges dictos.* Quae emendatio neque metro satisfacit neque sensui succurrit, antequam demonstretur Leleges vocabulum ita usurpatum fuisse vel usurpari potuisse, ut Locrorum notionem in se contineat. Palaeographicam emendationis suae facilitatem Gailio concedo, etiamsi Scymni Chii versu 89, quem similitudinis causa attulit, vulgatam lectionem κτίσεις τε πόλεων τῶν ἐν αὐταὶς φερομένων cum κτ. — ἐχομένων commutandam esse nondum credo, quum φέρεσθαι ut Latinorum *ferri* in eundem sensum cum λέγεσθαι usurpatum cf. inprimis εὖ φέρεσθαι i. e. bene audire, dubitari plane nequeat. Quid denique allata ex scholiis Homericis fabulosa de Ornytho Sisyphida ejusque filio Phoco narratio quaeque item a Marciano vs. 15 sqq. respicitur ad nostrum locum valeat, haud perspicio. Vindingus in Hellene modo maxime contorto et qui referatur prorsus indigno nostrum locum explicare studuit. Buttmannus φέρεσθαι sensu *se porrigendi* etiam de hominibus aeque atque φέρειν activum de locis cf. vs. 129 ὄρος ἐπὶ δυσμὰς φέρον usurpari potuisse suspicans in editione proposuerat ἐφ' Ἑλικῶνα φερόμενοι, usque ad Heliconem se porrigentes; in ephemeridibus autem Jahnii legendum protulit ἐφ' Ἑλικῶνα φερόμενον, usque ad Heliconem praedicatum. Illam priorem conjecturam Osannus recte rejecit in ejusque locum suam, quae omnium veri simillima est, ἐκ Δελέγων φερώνυμοι edidit. Krebsius Lectt. Diod. p. 76. 77. ita emendavit: ἔπειτα Φωκεῖς εἰσὶ Δελέγων ἐχόμενοι. In contextis tamen fere omnes editores vulgatam codicum scripturam retinuerunt eamque, quod ad sensum, Gailius in versione satis recte transtulisse videtur: *a Lelegibus oriundi.* Si autem simili significatione hoc verbum nullibi

reperietur et si φερόμενοι contra metrum apertissime peccare nemo infitiabitur, nostro in scriptore talia non jam mira esse possunt. Quanquam φερόμενοι quispiam aliquatenus fulcire posset exemplis his Homericis ἴμεναι, ἀρόμεναι, quibus in vocabulis et vis accentus et literae liquidae habitus et arsis efficiunt, ut vocales breves longarum numero habeantur. De Lelegibus denique cf. Strab. VII, p. 321. *περὶ μὲν οὖν Πελασγῶν εἴρηται, τοὺς δὲ Λέλεγας τινὲς μὲν τοὺς αὐτοὺς Καρσὶν εἰκάζουσιν· οἱ δὲ συνοίκους μόνον καὶ συστρατιώτας· διόπερ ἐν τῇ Μιλησίᾳ Λελέγων κατοικίας λέγεσθαί τινας, πολλαχοῦ δὲ τῆς Καρίας τάφους Λελέγων καὶ ἐρύματα ἔρημα Λελέγια καλούμενα. ἥ τε νῦν Ἰωνία λεγομένη πᾶσα ὑπὸ Καρῶν ᾠκειτο καὶ Λελέγων· ἐκβαλόντες δὲ τούτους οἱ Ἴωνες αὐτοὶ τὴν χώραν κατέσχον· ἔτι δὲ πρότερον οἱ τὴν Τροίαν ἑλόντες ἐξήλασαν τοὺς Λέλεγας ἐκ τῶν περὶ τὴν Ἴδην τόπων τῶν κατὰ Πήδασον καὶ τὸν Σατνιόεντα ποταμόν. ὅτι μὲν οὖν βάρβαροι ἦσαν οὗτοι, καὶ αὐτὸ τὸ κοινωνῆσαι τοὶς Καρσὶ νομίζοιτ' ἂν σημεῖον. ὅτι δὲ πλάνητες καὶ μετ' ἐκείνων καὶ χωρὶς καὶ ἐκ παλαιοῦ, καὶ αἱ Ἀριστοτέλους πολιτεῖαι δηλοῦσιν. ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἀκαρνάνων φησὶ τὸ μὲν ἔχειν αὐτῆς Κούρητας, τὸ δὲ προσεσπέριον Λέλεγας, εἶτα Τηλεβόας· ἐν δὲ τῇ τῶν Αἰτωλῶν τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ· κατασχεῖν δὲ καὶ τὴν Βοιωτίαν αὐτούς φησιν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ Ὀπουντίων καὶ Μεγαρέων· ἐν δὲ τῇ Λευκαδίων καὶ αὐτόχθονά τινα Λέλεγα ὀνομάζει, τούτου δὲ θυγατριδοῦν Τηλεβόαν· τοῦ δὴ παῖδας δύο καὶ εἴκοσι Τηλεβόας· ὧν τινας οἰκῆσαι τὴν Λευκάδα. μάλιστα δ' ἂν τις Ἡσιόδῳ πιστεύσειεν οὕτως περὶ αὐτῶν εἰπόντι· ἤτοι γὰρ Λοκροὺς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν Τούς ῥά ποτε Κρονίδης Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς Λεκτοὺς ἐκ γαίης λαοὺς πόρε Δευκαλίωνι. τῇ γὰρ ἐτυμολογίᾳ τὸ συλλέκτους γεγονέναι τινας ἐκ παλαιοῦ καὶ μιγάδας, αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ· καὶ διὰ τοῦτο ἐκλελοιπέναι τὸ γένος· ἅπερ ἄν τις καὶ περὶ Καυκώνων λέγοι, νῦν οὐδαμοῦ ὄντων, πρότερον δ' ἐν πλείοσι*

τόποις κατῳκισμένων. Athen. VI, p. 271. Φίλιππος ὁ Θεαγγελεὺς ἐν τῷ περὶ Καρῶν καὶ Λελέγων συγγράμματι καταλέξας τοὺς Λακεδαιμονίων εἵλωτας καὶ τοὺς Θετταλικοὺς πενέστας, καὶ Κᾶρας, φησί, τοῖς Λέλεξιν ὡς οἰκέταις χρήσασθαι πάλαι τε καὶ νῦν.

vs. 73. Utut alii scriptores de Cirrha et de Crissa Phocicis senserunt et retulerunt, Buttmanno h. l. assentiendum esse credo qui anagraphes auctorem Crissam et Cirrham non diversa oppida habuisse ex nostri loci connexu effecit, collata Crusii Hellade II, 2, 51, quum contraria ex parte Dodwellus t. I, p. 215 Dicaearchum aeque ac Plinium et Ptolemaeum inter Cirrham et Crissam distinxisse falso statuat. Ex veterum locis huc pertinentibus paucos hosce adscribere juvat Strab. IX, 418. ὑποπέπτωκε δὲ τῇ Κίρφει πόλις ἀρχαία Κίρρα ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη· ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων· ἵδρυται δ' ἀπαντικρὺ Σικυῶνος. πρόσκειται δὲ τῇ Κίρρᾳ τὸ Κρισσαῖον πεδίον εὔδαιμον. πάλιν δ' ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις Κρίσσα, ἀφ' ἧς ὁ κόλπος Κρισσαῖος· εἶτα Ἀντικίρρα ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην· αὕτη μὲν οὖν συμμένει· ἡ δὲ Κίρρα καὶ ἡ Κρίσσα κατεσπάσθησαν· ἡ μὲν πρότερον ὑπὸ Κρισσαίων, αὕτη δ' ἡ Κρίσσα κ. τ. λ. Suid. t. II, p. 318 cf. Phot. lex. p. 124. Κίρρα πόλις ἀπέχουσα Δελφῶν λ' (Harpocration, quod Strabo adjuvat, π') σταδίους. ἔοικεν οὖν Αἰσχίνης (Contra Ctesiph. p. 289) Κιρραῖον πεδίον καλεῖν τὸ παρακείμενον ταύτῃ τῇ πόλει. καὶ Κιρραῖος ὁ πολίτης. Etymolog. Magn. p. 467, cujus locum Politus ad Eustath. t. II, p. 558 defendit, Meursius Att. lect. II, 2 minoris fecit, Κρίσα, πόλις τῆς Φωκίδος. ἀπὸ τούτου λέγουσι Κρισαῖον κόλπον. καὶ Ὅμηρος Κρισάν τε ζαθέην — ὑπερθέσει γίνεται Κίρσα καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς ρ Κίρρα, ὡς χερσόνησος χερρόνησος. Λεωκρίνης δὲ [περὶ παθῶν] ἠείται δύο εἶναι πόλεις, ἄλλην τὴν Κρίσαν καὶ ἄλλην τὴν Κίρραν. ἀντίκειται δὲ ὑπὸ πολλῶν. οὔτε γὰρ τῶν γεωγράφων εἶπέ τις πόλεις δύο διαφόρους, ἀλλ'

οὐδὲ τῶν περιηγητῶν· μόνος δὲ αὐτὸς καὶ τοῦτο δι᾽ ἄγνοιαν καὶ ἰδιωτισμὸν τοῦ πάθους. ὅθεν ἱστορίαν δίδωσι διεψευσμένην. ἡ αὐτὴ οὖν Κρίσα καὶ Κίῤῥα. ἄνω προσβάντι cf. Strab. loc. supra exscriptum. Paus. l. X, 8. Δελφὶς πόλις ἄναντες διὰ πάσης παρέχεται σχῆμα. Pro ἀπὸ Κίῤῥας denique Vulcanius ἐπὶ Κίῤῥας protulit.

vs. 74. Pro vulgata ἄπεστι, quum nulla distantiae notio indicata sit, ex codicis Monacensis auctoritate necnon Hudsonum sequentes Gailius et Buttmannus ὕπεστι rectissime restituerunt. Quod Vulcanius exhibuerat ἔπεστι etiam Zosimadibus arrisit.

vs. 77. Versus qualis vulgo exhibitus est cum metri ratione parum congruus est. Palmerius pro Κωρύχιον, ita nimirum ut ad νυμφῶν praecedenti versu referretur, Κωρυχίων et in locum Ἀντίκιῤῥα vulgatae Ἀντίκυρα substituendum censuit. Hoc posterius etiam Buttmannus comprobavit, nec merito quidem ea de mutatione dubitatio moveri potest, quum in quibusdam codicibus h. l. εναντι κυρα proferatur, unde Vulcanius quoque suum εἶτ᾽ ἔστ᾽ ἔναντι Κύρα repetiisse videtur. Polito autem ad Eustathii comment. Homer. t. II, p. 558 tres ejus nominis formas, antiquissimam Ἀντίκιῤῥα, posteriorem Ἀντίκυῤῥα et ultimam denique Ἀντίκυρα exstitisse existimanti de prima et extrema quidem concedendum, de media autem negandum est, donec scriptoris aliquo loco comprobata fuerit. Pro εἶτ᾽ ἔστ᾽ hocce loco, sicut etiam infra vs. 85, Buttmannus ex codicum auctoritate, idque cum ratione metri integra, εἶτεν, quod jam Hudsonus nonnullos legisse testatur, restituendum ratus est. Corycium denique antrum in Parnasso monte, unde ipse Parnassus apud Aeschylum Eumen. 22. Κωρυκὶς πέτρα et Apollo Κωρυκαῖος dicitur, cum antro Ciliciae Corycio cognomine, vaticiniis suarum Nympharum antiquissimis temporibus celebre fuit cf. Paus. X, 12, 6, ubi de hoc antro sermo est et Euclous simul Cyprius, Musaeus, Lycus Pandionides et Bacis Boeoti a Nymphis vaticinandi artem accepisse referuntur (Plutarch. Aristid. t. I, p. 325. d. ed.

Francof. oraculum Nympharum Sphragitidum ad Cithaeronem memoratur). Strab. IX, p. 417, ubi de Parnassi antris verba fiunt, *ὧν ἐστι γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον, νυμφῶν ἄντρον ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ.*

vs. 78. Pro *Κηφισός*, quod in Stephani ceterorumque editionibus prolatum est, Vulcanius *Κηφισσός* exhibuit. Plurimorum lectio h. l. fuit *ὀρέων*, apud Stephanum autem ejus loco reperitur *ὁ ῥέων*, quod quum in codice quoque Monacensi habeatur aptiorique sensu praeditum sit Buttmannus praeferendum videri adnotavit.

vs. 79. Quam de praeternavigationis spatio in Phocide inter Scylacem et nostrum locum intercedere Gailius pronuntiavit discrepantia eodem modo, quo supra, atque pro nulla considerauda est.

vs. 80. Pro *μεσογείᾳ*, quod ubique editum reperis, Vulcanius *μεσογείῳ* (ceterum non indicatum est utrum cum articulo *τῇ* an *τῷ*) protulisse refertur. *Κυπάρισσος* autem, haecce Phocica urbs, a *Κυπαρισσήεις*, Messeniae oppida, accurate discernenda est.

vs. 81. *Λάρισσά τε μετ' αὐτήν* vulgata fuit lectio, quae quum metro plane non respondeat, Causaubonus *Λάρισα* per unum tantum σ exhibendum censuit, *Ἰσμενόν* c vs. 105 quod similiter pro *Ἰσμηνόν* pronuntiatum fuisse comparato, eaque in re Marxius necnon ex parte Buttmannus assensi sunt. Gailius versui ita quoque succurri posse arbitratus est, ut post *Λάρισσα* particula *τε* omitteretur. Sed etiamsi cum metro ista lectio conveniret, quum tamen nemo foret, qui istius nominis urbem in Phocide nosset, ac Larissae in iis potissimum regionibus memorentur, quae Pelasgi sedes habuisse referuntur, viri docti sub *Λάρισσα* vocabulo aliud nomen geographicum latere conjecerunt. Ita Hoeschelius de Larymna cogitavit, sed eam urbem, quae distinctis verbis ad mare sita fuisse memoratur, huc non quadrare perspicuum est. Quod enim Gailius eam ante Locridis fuisse allato Scylace §. 61. et Strab. IX, p. argumentatur, posteriori tamen tempore Boeotiae ad

fuit cf. Groskurd. ad loc. Strab. t. II, p. 157 sq. et fieri potuisse videtur, ut alii Phocidi quoque assignarent. Eadem illa de causa Harduini quoque conjectura cf. ad Plin. h. n. I, p. 501 *Κρίσσα τε μετ' αὐτὴν κ. τ. λ.*, sicut etiam Gailius intellexit, rejicienda est cf. Strab. IX, 416. *αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάττης*, ne praeterea aliam quaestionem vs. 73 facillime movendam attingam. Gailius, postquam de *Ἄμβρυσος* s. *Ἄμβρυσσος* vel de *Ἄμβρυσσα* potius cogitaverat, *Ἀμφισσά τε* rescribi posse statuit, nisi forte cui Amphissa a Daulide nimis remota videretur. Si necessitatem corrigendi in nostro pessimo scriptore, quem contra metrum saepissime peccasse vidimus quemque Larissam ex fabuloso tempore repetentem aut errore inductum in Phocide collocasse conjicere possumus, perspectam haberem, omnium maxime mihi arrideret Buttmanni emendatio, qui Strabonis loco IX, p. 423 innisus *λασία τε μετ' αὐτὴν Δαυλίς* restituendum nostro loco suspicatus est. Pro *δ' Αὔλις*, quod in Stephaniana excusum est, Gronovius, geographica ratione necnon codicum aliqua auctoritate motus, *Δαυλίς* emendandum professus est eique in hac re posteriores editores adstipulati sunt. De Daulide autem Phocidis urbe praeter Homer. Il. *β*, 524. Thuc. II, 29. Paus. Phoc. c. 4. Steph. Byz. s. v. Zonar. p. 469 conferas quem allegavi Strabonis locum: *ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω· Δαυλὶς πολίχνιον, ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾷκά φασι δυναστεῦσαι καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι, ὡς Θουκυδίδης· ἄλλοι δ' ἐν Μεγάροις φασί· τοὔνομα δὲ τῷ τόπῳ γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση. Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δ' ὕστερον Δαυλίαν.*

vs. 82. Pro *ἀπόκειται*, quae omnium codicum et editionum quod equidem sciam lectio fuit, Gailius *ὑπόκειται* protulit collatis versibus 58, ubi vulgatae *ἀπόκειται* pro *ὑπόκειται* a nonnullis viris doctis recte emendatum videtur, et 100, ubi jam ob librorum manuscriptorum

auctoritatem de scriptura *ὑπόκειται* dubitari non potest. Nostro autem loco nescio utrum verbum non aptissimum compilatori vitio vertere an contra externa omnia testimonia immutare debeamus.

vs. 83. In locum scripturae *κ' ἐστιν* ab omnibus quantum scio editoribus comprobatae Vulcanius *κἄστιν* exhibuit.

vs. 84. Pro *τὸ μὲν Ἑλικών* Vulcanius particula *δέ* quae post *ἕτερον* potius sequenti versu exspectabatur interserta *τὸ μὲν δ' Ἑλικών* proposuit.

vs. 85. Pro vulgata *εἶτ' ἔστ'* Buttmannum eodem modo, quo ante eum Vulcanium, *εἶτεν* legendum praecepisse jam supra animadverti.

vs. 86 sq. Amphiarai fanum, quod secundum nostrum locum a mari non multum aberat, Pausanias, ut Gailius ad hunc locum adnotavit, duodecim stadiorum spatio inde distare accuratius indicavit. Illud autem fanum, de quo ad prosaicum fragmentum nonnulla exposui, accolis instructum et in urbis speciem adauctum fuisse Gailius suspicatur. Hac in re quae de aliis locis a principio nonnisi templis et postero tempore ad vicos vel oppida evectis, sicut de Delphis, Olympia et Delio, monuit, prout rerum veritas exigit, libentissime concedo; de Amphiarai vero fano, ubi nullum scriptoris testimonium adest, in incerto relinquo neque ideo quod ab anagraphes auctore memoratum est istud statui necesse duxerim.

vs. 88. De Aulidis portu Strabonis locus quem Marxius allegavit conferri potest IX, p. 403. *εἶτα λιμὴν μέγας, ὃν καλοῦσι βαθὺν λιμένα. εἶθ' ἡ Αὐλὶς πετρῶδες χωρίον καὶ κώμη Ταναγραίων· λιμὴν δ' ἐστὶ πεντήκοντα πλοίοις· ὥστ' εἰκὸς τὸν ναύσταθμον τῶν Ἑλλήνων ἐν τῷ μεγάλῳ ὑπάρξαι λιμένι.*

vs. 89 sq. *κ' Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἅγιον*, quod apud Gailium latine versum est *et Veneris sacrum fanum*, ita intelligendum est, ut *ἱερόν* pro substantivo, *ἅγιον* autem pro adjectivo genitivum numinis cui aliquid dedicatum est secum habente accipiatur. Dianae vero hoc templum, quan-

quam a Pausania in Boeoticis describitur, ab eo tamen non memoratur ab Agamemnone conditum fuisse. Ceterum de illius deae apud Boeotos cultu classicus Plutarchi locus in Aristide est c. 20. *ἀράμενοι δ' αὐτὸν οἱ Πλαταιεῖς ἔθαψαν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος, ἐπιγράψαντες τόδε τὸ τετράμετρον· Εὐχίδας Πυθῶδε θρέξας ἦλθε τᾶδ' αὐθημερόν. Τὴν δ' Εὔκλειαν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ καλοῦσι καὶ νομίζουσιν Ἄρτεμιν, ἔνιοι δέ φασιν, Ἡρακλέους μὲν θυγατέρα καὶ Μυρτοῦς γενέσθαι, τῆς Μενοιτίου μὲν θυγατρός, Πατρόκλου δ' ἀδελφῆς· τελευτήσασαν δὲ παρθένον ἔχειν παρά τε Βοιωτοῖς καὶ Λοκροῖς τιμάς. Βωμὸς γὰρ αὐτῇ καὶ ἄγαλμα παρὰ πᾶσαν ἀγορὰν ἵδρυται καὶ προθύουσιν αἵ τε γαμούμεναι καὶ οἱ γαμοῦντες.* Quibus de causis Buttmanni conjectura pro *Ἀγαμέμνων Ἀγαμέμνον'* emendantis rejicienda sit, alio loco demonstratum est. *εἶτ' Ἐμπερέσιον*, pro quo Hudsonus *εἶτεν εἰρές* vel *ἐρές* scribendum conjecit, Marxius aliquando de *ἐμπόριον* cogitavit, equidem aut in *εἶθ' Εἰλέσιον* aut in *εἶτ' Εἰρέσιον* immutandum esse censuerim, nisi forte *εἶτεν Εἰλέσιον*, quod Holstenio quoque in sensu fuisse videtur, vel *εἶτεν Εἰρέσιον* scribi praestiterit cf. Strab. IX, p. 406 *Ἕλος τε καὶ Ἑλεὼν καὶ Εἰλέσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρύσθαι· νῦν δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχει ταῦτα ἢ ἀνοικισθέντα ἢ τῆς λίμνης ἐπιπολὺ ταπεινωθείσης διὰ τὰς ὕστερον γενομένας ἐκρύσεις· καὶ γὰρ τοῦτο δυνατόν.* Etym. M. p. 274. *Εἰρέσιον, πόλις Βοιωτῶν· ὅτι, κατακλυσμοῦ ποτὲ γενομένου, συνέβη περὶ Βοιωτίαν πολλὰς λίμνας ἀναφανῆναι· οἱ οὖν ἐγχώριοι πλάταις καὶ κώπαις καὶ εἰρεσίᾳ κεχρημένοι τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίας ἐποιοῦντο. ἐκ τούτου οὖν τὰς πόλεις ὠνόμασαν· ἀπὸ μὲν τῶν πλατῶν Πλαταιάς, ἀπὸ δὲ τῶν κωπῶν Κώπας· ἀπὸ δὲ τῆς εἰρεσίας Εἰρέσιον.*

vs. 91. *ἀκρότατον*, quem in sensum in latina quoque versione factum est, de promontorio interpretor cf. v. c. Xenoph. Anab. V, 4, 15. *ᾠκεῖτο δὲ τοῦτο πρὸ τῆς πό-*

λεως τῆς μητροπόλεως καλουμένης αὐτοῖς καὶ ἐχούσης τὸ ἀκρότατον τῶν Μοσυνοίκων. Ex particula εἶτα ante Εὔριπος usurpata, sicut omnino ex sede ejus vocabuli mediis in urbium nominibus, Gailius effecit hocce loco Εὔριπος non de freto, sed de urbe vel munimento ejus nominis intelligendum esse allato Scylacis loco Αὐλὶς ἱερόν, Εὔριπος τεῖχος, cui addi potest Strabonis IX, 403. πύργος δ ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας. Haec Gailii interpretatio magnopere arridet, quanquam apud nostrum scriptorem confiteor non magnopere mirandum esse, id quod aliis locis revera obtinet, si media inter urbium nomina etiam freta, fluvii, montes et ejusmodi alia recensentur. Ceteri quos novi interpretes, sicut Mannertus quoque et Letronnus Journ. des Sav. 1826. p. 80, de freto cogitaverunt et quem postremum allegavi vir doctissimus Scylacis loco ita interpungendum et emendandum existimavit: Εὔριπος, τεῖχος Ἀνθηδών, τεῖχος [Σαλγανεύς], Θῆβαι.

vs. 92. Ante verba μετ' οὐ πολύ Gailius lacunam statuendam esse suspicatus est, quoniam Tanagra, etiamsi geographicus locorum ordo non magnopere inverteretur, ab Anthedone haud multum distare dici non potuisset. Excidisse vero verba ἀπὸ τῆς θαλάσσης conjecit, quae in simili re vs. 86 legerentur, nisi forte cui pro Τάναγρα vulgata Ἄρυμνα, quod oppidum modo Locridi, modo Boeotiae adscriptum fuisset, rescribere magis placeret. Qua in re etiamsi Larymnam Anthedoni propiorem quam Tanagram exstitisse concedam, haec tamen urbs silentio vix praetereunda fuisse videtur et praeterea considerandum est, et hoc et ceteris anagraphes locis nobis cum accurato geographo rem non esse, μετ' οὐ πολύ per se valde relativam notionem continere atque nostro loco particulae transitum efficientis instar existimandum cf. Latinorum *non ita multo post* et cum εἶτα, μετὰ δὲ ταῦτα et similibus comparandum esse.

vs. 95. Quae inter hunc anagraphes locum et pedestre fragmentum Dicaearcheum intercedit jam alibi animadversa est discrepantia de Thebarum ambitu, quippe qui illic septuaginta stadiorum, hic vero quadraginta trium esse referatur. Quam repugnantiam quum plurimi viri docti de uno eodemque utriusque fragmenti auctore cogitantes vario modo de medio tollere studuerint, jam Barthius inde novum argumentum suae conjecturae arcessivit, qua anagraphen et Vitae Graeciae fragmentum a diversis scriptoribus composita esse statuerat.

vs. 96. Pro κ' Ὀρχομενός Holstenius quod apud nostrum metrice tolerari potest καὶ Ὀρχόμενος edidit. Orchomenus Minyeus a Muellero singulari libro satis illustratus est. Copae, cujus nominis de ratione Strabonis locus supra allegatus conferri potest, inprimis anguillis praeclaris (θυνναῖα) instructae fuisse referuntur cf. Athen. VII, p. 297. Ad verba εἶτα μετὰ δύο simplicissimum videtur στάδια mente subintelligere: id enim vocabulum etiam ita, ut ex sententiarum connexu repeti plane non possit, post voces numerales haud raro omissum deprehenditur. Ita autem via inter Orchomenum et Lebadeam justo brevior efficitur, cui rei ut succurreret O. Muellerus quanquam audacissime pro μετὰ δύο μεθ' ἑκατόν legendum conjecit. Neque μετὰ δύο, ut Buttmannus recte animadvertit, idem quod μετὰ τὰς δύο sc. πόλεις significare potest neque ejus ipsius correctio μετὰ δὲ τόν h. e. μετὰ δὲ τοῦτον nimirum τὸν Ὀρχομενόν magnopere commendanda est. In vulgata igitur lectione, sicut omnes adhuc editores fecerunt, acquiescendum esse judico, donec ejus aut interpretatio aut emendatio sana investigata fuerit.

vs. 97. Trophonii oraculum, de quo singulare Dicaearchi scriptum exstitit, quanquam non in ipsa Lebadea urbe, sed prope eam situm fuit — quem in sensum Photii quoque locus interpretandus est cf. Lex. p. 154. Λεβαδία, πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Διὸς μαντεῖον Τροφωνίου κατασκευάσαντος — ipso tamen urbis nomine interdum comprehen-

ditur cf. Plutarch. de def. orac. p. 431. c. ed. Reisk. t. VIII, p. 697. *εἰ μήτε σὺ λέγεις ἕτερον, ὦ Λαμπρία· καὶ γὰρ ἔναγχος ἦκέν τις φωνὴ πρὸς ἡμᾶς ὡς σοῦ πολλὰ περὶ τούτων ἐν Λεβαδίᾳ ξένοις διαλεχθέντος, ὧν οὐδὲν ὁ διηγούμενος ἀκριβῶς διεμνημόνευσε.*

vs. 99. *Ocalea* jam in navium catalogo cf. Il. *β*, 501 memorata apud Strabonem recensita est Boeotiae urbs inter Haliartum et Alalcomenas media IX, p. 410, necnon ab Apollodoro memoriae prodita est cf. bibl. II, 4. *ἔγημε δὲ καὶ Ἀλκμήνην μετὰ τὸν Ἀμφιτρύωνος θάνατον Διὸς παῖς Ῥαδάμανθυς, κατῴκει δὲ ἐν Ὠκαλείᾳ τῆς Βοιωτίας πεφευγώς.* Steph. Byz. s. v. *ἐκαλεῖτο δὲ Ὠκάλεια, ὡς Ἀπολλόδωρος* (ad locum modo exscriptum non referam; ceterum dubius sum, utrum cum Heynio t. I, p. 437 ad *περίοδον γῆς* an ad Apollodori commentarium Navium catalogi pertinuisse conjiciam). Illam autem urbem, sicut Copas quoque, Nisam et Medeonem, fabulosis iterum magis quam historicis temporibus adscribendam esse Buttmannus adnotavit compluriumque oppidorum posteriori aetate satis celebrium, sicut Leuctrorum, mentionem plane non fieri animadvertit. *Medeon* denique, in Navium Catalogo necnon a Plinio et Stephano Byzantino commemorata, cujus nominis urbs, ex conjectura quidem probabili, etiam in Phocide fuisse videtur cf. Strab. IX, p. 423, a Marxio non immutanda fuit in *Μίδεια*, quo nomine Pausanias Lebadeam aliquando praeditam fuisse retulit et quam urbem Strabo lacu absorptam fuisse prodidit.

vs. 100. Pro vulgata hujus loci lectione *Θέσπεια*, quae cum *ὑπόκειται* quidem accuratiorem jungendi rationem admittit, metro autem officit, hujus restituendi causa Casaubonus, Marxius et Gailius *Θεσπιαί* rescribendum censuerunt neque aliter Buttmannus edidit.

vs. 101. *ἡ προσαγορευομένη Πλαταιαί.* Si quis hoc loco in plurali numero ad *ἡ προσαγορευομένη*, quanquam ad hoc *πόλις* mente subintelligendum esse patet, apposito offenderetur, non difficilis foret correctio *Πλάταια*,

quam ejus nominis formam non solum apud Homerum, sed etiam apud Herodotum et Thucydidem inveniri ad Vitae Graeciae fragmentum supra adnotavi. Ceterum non credo, sicut in versione apud Gailium factum est, nostro loco *προσαγορευομένη*, quem ad modum initio prosaici fragmenti revera interpretandum videtur, per *celebrata* vertendum esse, neque aliud significari statuerim, quam *urbem quae dicitur Plataeae;* aliter autem sine dubio se haberet, si scriptum esset *αἱ προσαγορευόμεναι Πλαταιαί.*

vs. 102. De Nisa s. Nisaea, Megarorum portu, nostro loco, etiamsi paulo infra de Megaris sermo fieret, ideo cogitandum non esse Casaubonus rectissime monuit, quod Megarorum tunc demum mentio facta esset, quum Boeotiae descriptio absoluta fuisset, hic autem locus ad Boeotiam adhuc pertineret. De Nisa igitur urbe Boeotiae interpretandum est, eadem quae secundum nonnullorum grammaticorum lectionem, quam anagraphes auctor (quem iterum antiquiora tempora respicientem videmus) comprobasse videtur, in navium catalogo Homerico commemorata est Il. *β*, 508. *Νίσαν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.* Quem versum ubi Strabo l. IX, p. 405 affert, Homerum conjicit eandem Boeotiae urbem ita nominasse, quae alioquin Isus dicta fuerit, ita ut nonnulli in Homericum locum etiam *Ἶσον* pro *Νίσαν* intrudere voluerint *ἡ γὰρ Νίσα οὐδαμοῦ φαίνεται τῆς Βοιωτίας, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν* (cf. Heyn. edit. Apoll. t. I, p. 424. Eustath. ad Il. l. p. 271)· *ὥστ' οὐκ ἂν εἴη, εἰ μὴ τὴν Ἶσον οὕτως εἴρηκεν* cf. Groskurd. ad. h. l. vers. Strab. t. II, p. 154. O. Muellerus, ratione singularum inter urbes Boeotiae dimensionum in anagraphe indicatarum habita, talem latitudinis et longitudinis Boeotiae computationem effecit, ut illi (ab Anthedone usque ad Thisben?) ducenta septuaginta, huic (a Chaeronea inde ad Oropum) quingenta stadia assignaret et planitiem provinciae ex optimis mappis geographicis fere quinquaginta octo milliaria quadrata, quorum tamen aliqua pars mari, lacubus, saxis etc. condonanda esset, continere statueret.

vs. 104, qui qualis ab omnibus editoribus exhibitus est contra metrum omnino peccat, Buttmannus hacce conjectura succurrere studuit: *διακόσι' ἐστὶ χ' ἑβδομήκοντα πλάτος.*

vs. 105. *Ἰσμενόν* pro *Ἰσμηνόν* hoc loco a nostro scriptore correptum neque Buttmannus omnino mihi comprobavit nomine proprio *Ἰσμενίας*, quod inter alios tibicini satis claro inditum fuit, allato neque multo minus Gailius talem vocis corripiendae rationem inde repetendam statuens, quod antiquioribus temporibus E litera et sonum $\bar{e}$ et sonum $\bar{i}$ continuisset, allegatis Platonis ex Cratylo locis p. 411. e. *οὐ γὰρ νόησις τὸ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ η εε ἔδει λέγειν δύο.* p. 418. c. *οἱ μὲν ἀρχαιότεροι ἡμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ Ἐμέραν · οἱ δὲ νῦν Ἡμέραν.* Galen. in comment. ad Epid. Hippocr. p. 46, 1. *γραφόντων τῶν παλαιῶν τόν τε τοῦ $\bar{\varepsilon}$ δίφθογγον καὶ τὸν τοῦ $\bar{\eta}$ δι' ἑνὸς χαρακτῆρος.*

vs. 106. *Λεωπόν τε*, quae cum metro plane non congruunt neque cum rerum veritate concinna sunt, quum nusquam alias Leopus flumen commemoratus sit, Gailius omnium rectissime ex verbis proxime sequentibus corrupta esse censuit ideoque uncis inclusit. Casaubonus eorum loco *ἕτερον δ'* et in fine versus pro *πεδία εὔυδρα* hiatum vix tolerabilem efficientibus *πεδί' εὔυδρα*, quam posteriorem mutationem recentiores omnes editores merito receperunt, emendandum esse statuit. Muelleri conjectura Orch. p. 81. *Κνῶπόν τ' Ἀσωπόν τε* neque metro medetur neque qui ita efficitur fluvius Cnopus ullo aliorum scriptorum loco comprobari potest. Buttmannus eodem modo quo Gailius *Λέωπόν τε* ex sequentibus verbis corruptum esse arbitrans quum in editione hanc conjecturam *τὸν δ' Ἀσωπόν, πεδί' εὔυδρα παραχ.*, qua et sensum et structuram et versum restitui affirmavit, proposuisset, in ephemeridibus deinde Jahnii eam missam fecisse videtur. Quod vero Cephissus hoc loco non recenseretur, idem Buttmannus inde repetiit, quod hic fluvius jam in Phocide commemoratus fuisset Quod quidem ut statui potest, ita necessario minime sta-

tuendum est, quum noster scriptor nullam certam rationem in memorandis aut silentio praetereundis locis observasse appareat. *πεδί' εὔυδρα παρακείμενα*, quae verba extra omnem grammaticam conjunctionem prolata esse jam alibi animadverti, Marxius eam regionem significari recte adnotavit, cui *Παρασωπία* nomen fuisset.

vs. 107. Quum a Stephano exhibitum fuisset *ἔστιν δ' ἔπειτα χώρα Μεγαρέων. ἔστι τε ἐντεῦθεν*, Casaubonus hoc postremum vocabulum in sequentis versus initio collocandum esse recte intellexit, quanquam etiam ita versus 107 metrica ratione non plane sanus redditus est. Cui rei, in qua ipsum scriptorem peccasse veri simillimum est, ut succurreret Buttmannus ita legendum esse suspicatus est *ἔστιν δ' ἔπειτα Μεγαρέων χώρ'· ἔστι τε*, qua de correctione quid sentiam alio loco professus sum. Mira denique Gailii hunc ad locum animadversio ost, de Megarensium indole et moribus nostro loco aeque parum atque in Vitae Graeciae fragmento verba fieri monentis et hanc in rem Reingani librum allegantis, quasi aliis anagraphes locis alicujus civitatis vel populi ingenium et mores exponerentur.

vs. 109. Pro vulgata loci lectione *χυστός*, quam in eundem sensum cum *χυτός* explicuerunt et in textis quidem plurimi editores protulerunt, Casaubonus *χυτός* et Marxius ex codice *χωστός*, (idem in codice Milleri) quod posterius de *portu terrae aggeribus circumdato* interpretandum eaque ratione a Passovio comprobatum est (cf. Ovid. Metam. l. XI, 728 sqq. adjacet undis Facta manu moles, quae primas aequoris undas Frangit et incursus quae praedelassat aquarum) restituendum esse conjecerunt. Holstenius in contextu *χυτός* excudit ad idque illustrandum Graecos munimenta in universum *χώματα* et *χηλαί*, Romanos pilas et moles, unde posteriores Graeci *μῶλοι* effecerint, nuncupasse adnotat et hunc Etymologici Magni locum affert p. 740. *χυτῷ λιμένι, παρὰ Ἀπολλωνίῳ. χυτὸς λιμὴν Κυζίκου. χυτὸς δὲ καλεῖται ὁ περικλεισθεὶς καὶ λίθοις οἰκοδομηθεὶς καὶ μὴ αὐτοφυὴς ὤν. καλεῖται δὲ οὕτω καὶ ὁ ἴλυν*

ἔχων καὶ ἄσιν, ἤγουν ἀκαθαρσίαν. Gailius, in versione secundum hanc quam allegavi explicationem exhibens *coeno oppletus*, quum versus hypermetrus exstaret, χυστός s. χυτός vocabulum interpolatione huc profectum et jam sede movendum esse existimavit. Krebsius in lectionibus Diodoreis, πόλις in versus fine expulso, κλειστός pro χυτός et in locum Λέχαιον vocabuli Νίσαια emendandum credidit, quam correctionem Osannus omnium maxime comprobavit. Buttmannus, item πόλις ex contextu moto, pro χυτὸς Σχοινοῦς et pro λεγομένη vulgato λεγόμεναι, πόλεις vocabulo nimirum mente subintelligendo, rescribendum esse existimavit. Si autem quis in eo offenderetur, quod Corinthi statim partes neque vero Megaris antea exponeretur, Buttmannus statui posse monuit, in sequentibus quae interierunt de Megaridis urbibus sermonem fuisse. Ceterum non solum Megaridis expositio, sed totius Peloponnesi descriptio, quae in prooemio accuratissime significata est, desideratur seu temporum injuria seu compilatoris negligentia qui jam opere suo fessus reliqua deinde non exsecutus est.

vs. 110. τίς ἐστι. Marxius hocce τις post Κρήτη adjectum sibi magnopere displicere animadvertens in ejus locum ὕπεστι fortasse rescribendum suspicatus est, quam correctionem sive similem, quum facillima sit, comprobare non dubitarem, nisi, id quod jam saepissime monui, cum miserrimo scriptore res nobis esset. Pro καὶ Κύθηρα tamen, quae vulgata hujus loci lectio fuit, ex codice Palatino, ut Hudsonus memoriae prodidit, κατὰ Κύθηρα a Marxio in ipsisque textis a Gailio emendatum rectissime esse, dubitari non potest, quum particulae καί et κατά alias quoque inter se satis saepe confundantur, cf. fragm. pros. καὶ τὸν Εὔριπον, ubi non absimile veri est καὶ κατὰ τὸν Εὔριπον vel κατὰ τὸν Εὔριπον corrigendum esse, et praeterea Scylacis periplus, quocum aliis in locis maximum nostri fragmenti consensum animadvertimus, illam lectionem plane confirmet Κύθηρα νῆσος — κατὰ δὲ ταύτην ἔστι Κρήτη νῆσος. Marxius quanquam mutationem καί particulae

in *κατά* comprobat loco tamen non plenam ita medicinam allatam esse statuit et nonnulla de Cretae et Cytherorum situ nostro loco excidisse suspicatur, de qua insula Scylax ita habeat *Κύθηρα πᾶσα ἀνέχει πρὸς τὸ Σικελικὸν καὶ Κρητικὸν πέλαγος*. Cujus conjecturae necessitatem equidem non perspicio neque mente assequor quomodo Buttmannus jacturam descriptionum Atticae, Megaridis, Thessaliae et Peloponnesi, si quidem a nostro compilatore revera metrice expositae fuerunt, tam aegre ferre potuerit.

vs. 111. *περίκλυτος* vulgata loci lectio est *celebrata, insignis;* pro qua quod in Casauboni aliquo codice exhibitum est *περίκλυστος*, *undique circumfluxa*, Marxius se recepturum esse professus est, epitheton hoc Homericum, nisi poëta noster ipse nequissimus esset.

vs. 112. Hoc versu quum olim contra metrum et structuram exhibitum fuisset *δύο καὶ πεντακόσιά που σχεδὸν Σταδίων* neque non haec vulgata lectio rerum veritatem laederet, Meursius in Creta ita emendandum protulit *δισχίλιά τε καὶ πεντακόσιά που σχεδόν*, qua correctione quanquam structura non restituitur, metro tamen succursum satis est et aptissima rerum ratio efficitur cf. Scyl. p. 264. *ἔστι δὲ ἡ Κρήτη μακρὰ στάδια βφ'*. Holstenius, *πεντακόσια* vocabulo ut videtur plane abjecto, correcturus fuit *δύο καὶ χιλίων*, quam numeralium vocabulorum inter se collocandorum rationem nemo comprobaverit. Graevius eadem fere ratione qua Meursius, *τε* tamen particula omissa, *δισχίλια καὶ πεντακόσιά που σχεδόν* proposuit, quam rationem Marxius et Gailius approbaverunt et hic praeterea *τὸ μέγεθος* non ad ambitum sed ad longitudinem insulae referendum esse recte adnotavit. Sed nihilominus illa Graevii emendatio non penitus sana exstitit, quum aut dicendum fuisse appareat *δισχίλια καὶ πεντακόσιά που σχεδὸν Στάδια* aut ita proferendum *δισχιλίων καὶ πεντακοσίων που σχεδὸν Σταδίων*, quam posteriorem corrigendi rationem Krebsius lectt. Diod. p. 73 protulit et Buttmannus suffragio suo comprobavit. Qua ratione etiamsi accurate perspicio

quomodo structura restituatur, non tamen video, quomodo quis credere possit versum metrice ita sanari. Ceterum de Cretae mensura conferri potest Strabo X, p. 474. μέγεθος δὲ Σωσικράτης μέν, ὃν φησιν ἀκριβοῦν Ἀπολλόδωρος τὰ περὶ τὴν νῆσον, ἀφορίζεται μήκει μὲν πλειώνων ἢ δισχιλίων σταδίων καὶ τριακοσίων· πλάτει δὲ οὐ κατὰ τὸ μέγεθος· ὥστ' ὁ κύκλος γένοιτ' ἂν πλέον ἢ πεντακισχίλιοι στάδιοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ τετρακισχιλίους καὶ ἑκατόν φησιν. Ἱερώννυμος δὲ μῆκος δισχιλίων φήσας, τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλον, πλειόνων ἂν εἴη λέγων τὸν κύκλον ἢ ὅσον Ἀρτεμίδωρος, κατά τε τὸ τρίτον μέρος τοῦ μήκους. τὸ δὲ ἔνθεν ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων, ἔχων κατοικίαν πρὸς μὲν τῇ βορείῳ θαλάττῃ Ἀμφίμαλλαν· πρὸς δὲ τῇ νοτίῳ Φοίνικα τῶν Λαμπέων. πλατυτάτη δὲ κατὰ τὸ μέσον ἐστί· πάλιν δ' ἐντεῦθεν εἰς τὸν ἀντίον τοῦ προτέρου συμπίπτουσιν ἰσθμὸν αἱ ἠϊόνες, περὶ ἑξήκοντα σταδίους.

vs. **113.** Pro παλαιωτάτη, vulgata codicum lectione, quae contra metrum quidem minime omnium peccat, ut Buttmannus statuit, sed ob alias causas rejicienda est, ex Casauboni codice Hoeschelius protulit πελαγιωτάτη, quod plurimi deinde editores, ut Gailius (vertens: omnium vero maxime in alto sita est), Buttmannus necnon Osannus collaudaverunt. παλαιωτάτη quod ad hanc formam per ω prolatam, ubi vel o omitti poterat, magnae offensioni est, praeterea non intelligitur, quomodo hoc loco, ubi de Cretae situ sermo est, subito statim de insulae antiquitate et historica celebritate, de qua infra verba fieri poterant in loco de Cretae coloniis et gentibus Graecis, disseratur. Holstenius autem παλαιωτάτη exhibuit, neque aliter Celidonio. Hudsonus, si παλαιωτάτη sive παλαιοτάτη retineretur, sequenti versu pro στενὴ δὲ τελέως legi posse adnotavit Τιθήνη τε Διός. Ceterum Hoeschelius non edidit ἁπασῶν δὲ ἐστι πελαγιωτάτη, sed ἅπασα δέ ἐστι πελαγιωτάτη.

vs. **114.** στενὴ δὲ τελέως vulgata a Gailio, sicut ab omnibus recentioribus editoribus, recte reservata est, etiamsi

particula *δέ* se delnceps quater (non ter, ut Gailius dixit) hoc loco excipit, contra codicis Palatini lectionem *στενὴ καὶ τελέως*, quae explicari plane nequit nisi ut *καί* ante *τελέως* in sensum rationis *καὶ ταῦτα*, *et quidem*, accipiatur. Celidonio *στενὴ* de Creta non apte praedicari existimans quid emendatione *ἡ δὲ τελέως στενὴ*, quam vertit, „angusta di confini è questa", lucri sibi fecerit, nescio. Creta autem angustissima esse etiam ab aliis scriptoribus relata est cf. Strab. l. l. *πλάτει δὲ οὐ κατὰ τὸ μέγεθος*. Scyl. peripl. p. 264. *ἔστι δὲ ἡ Κρήτη μακρὰ στάδια βφ'. στενὴ δέ· οἰκοῦσι δέ κ. τ. λ.* Plin. IV, 12.: „latitudine nusquam quinquaginta *M.* passuum excedens." Pro *ἀποικίας* in codice Palatino, ut Hudsonus tradidit, *ἀποικίαν* prolatum est, quod minus aptum esse apparet. Pro *ἔσχηκεν*, quae omnium codicum et editionum lectio est, Marxius *ἔστηκεν* legendum esse conjecit, quod quanquam ita nimirum ut *ἀποικίας* genitivus statuatur isque cum *τρία γένη* conjungatur tolerari potest, nulla tamen adest necessitas, qua commoti a librorum auctoritate recedamus. In vulgata vero lectione *τρία γένη Ἑλλήνων* pro subjecto et *ἀποικίας* pro objecto accipiendum esse patet, neque aliter apud Gailium versum legitur: „in hac tria genera Graecorum habuerunt colonias." De tribus autem his gentibus, quae antiquiori tempore Cretam coloniis occupaverunt, fere eadem ut supra vidimus Scylax prodidit, convenitque ea de re inter alios quoque scriptores, sicut Strabonem quem conferas l. l. et Etymologici Magni auctorem p. 696. *τριχάϊκες — Ἡσίοδος δὲ διὰ τὸ τριχῇ αὐτοὺς οἰκῆσαι οἷον, Πάντες γὰρ τριχάϊκες καλέονται, Οὕνεκα τρισσὴν γαῖαν ἐκὰς πάτρης ἐδάσαντο· τρία γὰρ Ἑλληνικὰ ἔθνη τῇ Κρήτῃ ἐπῴκησαν, Πελασγοί, Ἀχαιοί, Δωριεῖς.*

vs. 116. Apud Gailium pro eo, quod proferri debuit sive *τό, τε Ἀθ.* sive *τό τε Ἀθ.*, exhibitum est *τότε Ἀθηναίων* idque in versione ita redditum: „et (tandem) Atheniensium." *ἔπειτεν*, sicut etiam *εἶτεν*, ionica ab initio fuit

forma, inprimis apud Herodotum saepius obvia, cf. I, 146, neque aliter apud eundem II, 52. legendum videtur: si enim ibi ἐπεί τε cui magis placeat, considerare jubeo, quam longus et contortus sententiarum connexus inde efficiatur.

vs. 119. In Φαλάσαρνα nomine hoc loco per accusativum prolato scrupulus inesse non debet: duplex enim ejus nominis forma fuisse apparet, altera, qua ex prima declinatione singulariter, altera, qua in secunda pluraliter flectebatur, quae posterior a Scylace quoque usurpatur.

vs. 120. καὶ ἱερόν quanquam ob verborum collocationem simplicissimum esse videtur hoc nomen ad ἔχουσαν referre, Gailio tamen fortasse obsequendum est qui, quum templum Dictynnaeum ad Phalasarnam urbem non pertinuisse censeret, καὶ ἱερὸν eodem modo quo Φαλάσαρνα nomen praecedentibus in verbis cum εἶναι cohaerere statuit. Ita autem si jungimus, non jam anagraphe discrepare apparebit a Strabone qui Dictynnae templum a Phalasarnis plane separat neque a Scylace, quem eundem confiteamur necesse est, vulgari jungendi ratione probata, a nostro loco differre.

vs. 122. De *Dictynna* dea, unde Dictynnaeum quod a Dicte et Dictaeo accurate discernendum est, inter alios Diodorus Siculus refert V, 76. Βριτόμαρτιν δὲ τὴν προσαγορευομένην Δίκτυνναν μυθολογοῦσι γενέσθαι μὲν ἐν Καινοῖ τῆς Κρήτης ἐκ Διὸς καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου, τοῦ γεννηθέντος ἐκ Δήμητρος. ταύτην δ' εὑρέτιν γενομένην δικτύων τῶν εἰς κυνηγίαν προσαγορευθῆναι Δίκτυνναν· καὶ τὰς μὲν διατριβὰς ποιήσασθαι μετὰ τῆς Ἀρτέμιδος (ἀφ' ἧς αἰτίας ἐνίους δοκεῖν τὴν αὐτὴν εἶναι Δίκτυννάν τε καὶ Ἄρτεμιν) θυσίαις τε καὶ ναῶν κατασκευαῖς τετιμῆσθαι παρὰ τοῖς Κρησὶ τὴν θεὸν ταύτην. τοὺς δ' ἱστοροῦντας ὠνομάσθαι Δίκτυνναν ἀπὸ τοῦ συμφυγεῖν εἰς ἁλιευτικὰ δίκτυα, διωκομένην ὑπὸ Μίνω συνουσίας ἕνεκα, διημαρτηκέναι τῆς ἀληθείας. οὔτε γὰρ τὴν θεὸν εἰς τοιαύτην ἀσθένειαν ἐλθεῖν πιθανὸν ὑπάρ-

χειν, ὥστε προσδεηθῆναι τῆς παρ' ἀνθρώπων βοηθείας, τοῦ μεγίστου τῶν θεῶν οὖσαν θυγατέρα· οὔτε τῷ Μίνῳ δίκαιον προσάπτειν τοιαύτην ἀσέβειαν, παραδεδομένῳ συμφώνως δικαίαν προαίρεσιν καὶ βίον ἐπαινούμενον ἐζηλωκέναι cf. Strab. X, p. 478 sq. εἴρηται δ' ὅτι τῶν Ἐτεοκρητῶν ὑπῆρξεν ἡ Πραῖσος καὶ ὅτι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλησίον — οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασίν, ὡς ἡ Βριτόμαρτις φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα· καὶ διὰ τοῦτο αὕτη μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθείη· Δίκτη δὲ τὸ ὄρος· οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐκ γειτόνων ἐστὶ τοῖς τόποις τούτοις ἡ Κυδωνία· πρὸς δὲ τοῖς ἑσπερίοις κεῖται τῆς νήσου πέρασι. τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτύνναιον. Etym. M. p. 250. Dicte mons Cretae et Dictaeum memoratur et deinde ita exponitur οἱ δὲ νῆσον φασὶν εἶναι τὴν Δίκτην· καὶ ὄνομα ἀπὸ τῶν ἁλιευτικῶν δικτύων· ἐνταῦθα δὲ Διὸς ἄγαλμα ἀγένειον ἵστατο· λέγεται καὶ Δίκταιον cf. Schol. Apoll. Rhod. I, 509. Zonar. p. 520 *Dicte* vocabulum a τίκτω (ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ τεχθῆναι τὸν Δία) derivat, quanquam etiam alterius etymologiae ἀπὸ τοῦ ἁλιευτικοῦ δικτύου mentionem faciens. Pro Ἀγγαραίαν quae vulgata lectio est jam Meursius, quem deinde Gailius secutus est, Ἀπτεραίαν restituendum esse rectissime intellexit, quod nomen apud Scylacem quoque (pro vulgato ἄνυα πιερέα χώρα ἡ Ἀπτεραία χώρα) a Gronovio comprobatum est. Quod enim nostro et Scylaceo loco Marxius legendum proposuit Ἀπτέραν et palaeographice a vulgata longius recedit et contra metri rationem magnopere peccat. Cf. Diod. Sic. V, p 381. ed. Wessel. οἱ δ' οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ πυρὸς χρῆσιν καὶ τὴν τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, τῆς Ἀπτεραίων χώρας περὶ τὸν καλούμενον Βερέκυνθον καὶ τὴν ἐργασίαν, δι' ἧς κατασκευά-

ζεται κ. τ. λ. Hesych. t. I, p. 501. Ἀπτερεὺς (ita enim pro vulgato Ἀπταρεὺς legendum videtur). ὁ ἀπὸ Κρήτης. Ἀπτέρα γὰρ πόλις Κρήτης. Vir Cretensis Apteraeus, nomine Oroesus, memoratur a Plutarcho Pyrrh. cap. 30.

vs. 124. Pro vulgato ἄλλαι δ' εἰσὶν Marxius eumque secutus Buttmannus ediderunt ἄλλαι τ' εἰσὶν. De re cf. Hom. Il. β, 645. ἄλλοι θ' οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

vs. 125. ἐργῶδες. Idem vocabulum, ex Dicaearchi fortasse aliquo loco, certe non ex hoc nostro, Cicero in usum vocavit ep. ad Att. XV. 19.: „est illud quidem ἐργῶδες, sed ἀνεκτόν etc.“

vs. 126. Cretae insulae fluvii, qui hoc loco recensentur, ab aliis scriptoribus vel plane non vel rarissime memorati sunt, ita ut nomina partim corrupta versusque singulos admodum conturbatos esse cum Marxio et Buttmanno statuere liceat aut auctorem operis ipsum credere possimus his in rebus summa negligentia usum fuisse. Messapolim Holstenius cum Ptolemaei Massalia collocavit, Marxius cum Scylacis Messapo; idem montem Dicten apud Strabonem et sinum Amphimalen (κόλπος Ἀμφιμαλής) apud Ptolemaeum memorari adnotavit.

vs. 128. Pro Ἀμφιμέλαν, cujus loco in codice Palatino, ut Hoeschelius retulit, Ἀμφιμέλη reperitur, Berkelius ad Steph. Byz. Ἀμφίμαλαν idemque pro Μεσσάπολιν deinde Μεσσάπον restituendum esse conjecit. Gailius Amphimelam nostri loci eundem cum Amphimatrio Stadiasmi existimavit §. 328 sq. ἀπὸ τῆς Μίνωος εἰς Ἀμφιμάτριον στάδ. ρν. ποταμός ἐστι καὶ λιμὴν περὶ αὐτοῦ παραχειμαστικὸς καὶ πύργον ἔχει.

vs. 129. Qod cum Dictynnaeo nostro loco contulit Holstenius, Δίκτην ὄρος non idem esse Strabonis locus a me supra allegatus perspicue docet.

vs. 130. ὁρῶμεν quod hoc loco legitur sicut vs. quoque 148 Gailius Dodwello obsecutus ad chartas geographicas, quarum commentarium anagraphen fuisse statuunt, referendum esse credidit.

vs. 131 sq. Vulgata lectio οὔσας ἐν Εὐβοίᾳ compluribus editoribus magnae offensioni fuit, quod neque crediderunt ἐν Εὐβοίᾳ, eadem ratione qua ἐν Μαραθῶνι sive ἐν cum alio quovis urbis nomine junctum, in eundem sensum cum πρός sive ἐπ' Εὐβοίᾳ dici potuisse neque intellexerunt quomodo haec verba apte se haberent post praecedentia κειμένας ὑπὲρ Γεραίστου. Holstenius ἐπ' Εὐβοίᾳ exhibuit et Hudsonus τῇ Εὐβοίᾳ scribendum esse conjecit in eandemque rationem in versione apud Gailium redditum est: „ad meridiem Euboeae sitas." Buttmannus quum in editione proposuisset ὑπὲρ Γεραίστου τῆς πρὸς (ubi contra metrum peccatum fuit) τὴν μεσημβρίαν Οὔσης ἐν Εὐβοίᾳ, in ephemeridibus l. l. mendum quidem rhythmicum de medio sustulit ita conjiciendo: ὑπὲρ Γεραίστου πρός γε τὴν μεσημβρίαν Οὔσης ἐν Εὐβοίᾳ. Apud scriptorem melioris aliquanto notae, quam noster sese praestitit, equidem quoque de conjectura cogitarem, sed quum nobis cum pessimo auctore res sit, hunc locum integrum relinquerem, etiamsi non aptam ullo modo admitteret explicationem. At possumus cum Gailio ἐν Εὐβοίᾳ in eundem sensum cum ἐντὸς Εὐβοίας, ita ut anagraphes auctor terminum quem Cycladum situs non excederet significaturus fuerit, interpretari collatis cum eodem doctissimo viro vs. 50 νῆσοι Κεφαλλήνων δ' ἐν αὐτῷ κείμεναι. Scyl. p. 316 παράπλους ἀπὸ Ἑρμαίας ἥμισυ ἡμέρας εἰς Καρχηδόνα. ἔπεισι δὲ νησία ἐν τῇ Ἑρμαίᾳ ἄκρᾳ, aut ἐν per ἐπί, πρός explicare, quem ad usum Scyl. p. 316. ἡ δὲ Καρχηδονίων χώρα ἐστὶν ἐν κόλπῳ neque non fortasse p. 292 ed. Gail. καὶ πόλις Πλακίη καὶ Κύζικος ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐμφράττουσα τὸν ἰσθμὸν καὶ ἐντὸς (leg. ἐκτὸς?) τοῦ ἰσθμοῦ Ἀρτάκη pertinet. Geraestum autem in meridionali Euboeae

parte situm fuisse etiam ex hoc Thucydidis loco efficias III, 3. *τοὶς δὲ Μυτιληναίοις ἀνὴρ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν διαβὰς ἐς Εὔβοιαν καὶ πεζῇ ἐπὶ Γέραιστον ἐλθὼν, ὁλκάδος ἀναγομένης ἐπιτυχὼν, πλῷ χρησάμενος καὶ τριταῖος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἐς Μυτιλήνην ἀφικόμενος ἀγγέλλει τὸν ἐπίπλουν.*

vs. 133. Cum re hoc loco prodita fere convenit Strab. l. VII. p. 323 a Gailio allegatus *ἀπὸ δὲ Σουνίου μέχρι Πελοποννήσου τὸ Μυρτῷον πέλαγος. ἔτι* ut apud posterioris aetatis scriptores saepissime cf. e. c. Theophr. Char. 2 idem quod *πρὸς τούτοις* sive *προσέτι* significat.

vs. 134 sq. *τῆς Ἀττικῆς χώρας μετεχούσας παντελῶς*, quae verba a veteri interprete (quem Hudsonum fuisse Gailius suspicatur) falsissime ita versa fuerunt: „omnia cum Attica regione communia habentes", Marxius se non penitus intelligere confessus est Scylacemque attulit de Cycladibus ea ratione haecce exponentem *κατὰ δὲ τὴν Ἀττικὴν εἰσι νῆσοι αἱ Κυκλάδες*. Gailius illam dicendi rationem inde repetiit, quod plurimi veterum insulas prope a continenti sitas pro parte ipsius continentis considerare soliti fuissent. Similiter Buttmannus qui illorum verborum alium sensum esse non posse statuit quam huncce: „insulas Cyclades etiam ad ipsam Atticam attinere" Solinumque allegavit simili modo proferentem: „multae quidem insulae objacent Atticae continenti, sed suburbanae fere sunt, Salamis, Sunium, Ceos etc." Pro lectione olim vulgata *Σούνιον Νῆσος*, quam Holstenius quoque protulit, Vossius ad Scyl. l. l. *Σούνιου νῆσος*, ita ut genitivus *Σουνίου* a praecedenti *ἐγγύς* penderet, emendandum esse censuit. Quem Gailius in textis exhibendis secutus est verbaque *ἐγγὺς Σουνίου ὑπόκειται* reddidit: „Sunio proxima jacet." Buttmannus quum Sunium iusulam, quam Solinus l. l. recensuit, nostro loco significatam non esse sibi persuasisset et praeterea *πρώτη* cum *τετράπολις* arctissime idque falsissime conjunxisset et etiam ex verbis *ἔχεται Κύθνος* sermonem

non de Sunio antea, sed de Cea fuisse effecisset, nostrum locum ita emendandum esse suspicatus est: *νῆσος Κέως πρώτη, τετράπολις, Σουνίου Ἐγγὺς ὑπόκειται καὶ λιμὴν, ἔχεται Κύθνος.* Ceterum Ceos etiam a Strabone memorata est *τετράπολις* fuisse cf. X, 486: *Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπονται δὲ δύο, ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί· ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν· ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα.*

vs. 136. *ἔχεται Κύθνος κ. τ. λ.* Quae verba, sicut proxime sequentia, Gailius nihil nisi metricam loci Scylacei expositionem esse adnotavit.

vs. 137. *Seriphus,* ut Holstenius hunc ad locum animadvertit, a Stephano Byzantino inter Sporades insulas relata est.

vs. 138. Quod Cimolus insula, quae ex codicum lectione *καὶ Κίμωλος ἐχομένη* h. l. recensita est, primum hoc versu in Cycladum numero et paulo post vs. 145 inter Sporades allegatur, jam Holstenius magnopere offensus est. Quam scriptoris apertam repugnantiam considerans Marxius quum inter Cyclades Paron desideraret eamque inter Siphnum et Delum sitam esse nosset ac praeterea Scylacem Paro insulae duos portus assignantem (*Σίφνος, Πάρος λιμένας ἔχουσα δύο*) contulisset, nostrum versum ita emendandum esse suspicatus est *ἔπειτα Σίφνος καὶ Πάρος ἐχομένη,* quam rationem, etiamsi metrum corrumperet, in anagraphes tamen auctore non elegantissimo Gailius quoque tolerari posse censuit. De re a Marxio animadversa plane consentiens Krebsius lectt. Diod., ut metricae simul sanitati consuleret, hanc conjecturam, quam Buttmannus deinde comprobavit, in medium protulit: *εἶτεν Σέριφος καὶ λιμὴν Καὶ πόλις, ἔπειτα Σίφνος καὶ Πάρος ἐχομένη.* Equidem quid de hoc loco censeam in dissertatione de anagraphe universa exposui.

vs. 139, de cujus metrico habitu alibi disserui, Buttmannus ita rescribendum esse conjecit: *ἔχουσα λιμένας δύο· μετὰ δὲ τὴν ἔστιν ἡ.*

vs. 141. In hoc versu, quem metrica ratione pessimum esse manifestum est, sicut in omnibus reliquis ad meliorem normam revocandis Buttmannus nullam operam collocandam esse professus est, quoniam codicis, unde hausti essent, ipsius habitus perquam corruptus esset. Ad nostrum versum emendandum Krebsius duas hasce rationes proposuit *νεώς τ' Ἀπόλλωνος καὶ δίπολις ἐχομένη* aut *νεὼς τ' Ἀπόλλωνος· μετὰ ταύτην ἐχομένη.*

vs. 142. Quum vulgata hujus loci lectio *Μύκολος* fuisset, Vossius pro eo *Μύκονος* rescribendum esse intellexit eumque recentiores omnes editores secuti sunt. Quanquam enim etiam forma *Μύκωνος* rectissime se habet et usitatior fortasse nominis forma exstitit, metri tamen ratio illam quam supra memoravi necessario flagitat. Myconiorum autem mores valde diffamati his quoque proverbiis significantur *Μυκώνιος γείτων, Μυκωνίων δίκην ἐπεισπαίειν εἰς τὰ συμπόσια* cf. Athen. I, p. 7. Suid. t. II, p. 586. Hesych. II, p. 630. Phot. 205.

vs. 143. Pro *κατὰ Γέραιστον* codex Palatinus, ut Hudsonus tradidit, *μετὰ Γέραιστον* exhibet. Ceterum Andrus, cujus portum neque a Scylace neque ab ullo alio scriptore tam accurate quam nostro loco a Dicaearcho descriptum esse Gailius adnotavit, a Zonara quoque inter Cyclades collocata est p. 183. *Ἄνδρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἀπὸ Ἄνδρου τοῦ Εὐρυμάχου.*

vs. 144. Ab hoc inde versu Holstenius memoriae prodidit reliqua per librariorum inscitiam prosa oratione prolata esse. Buttmannus quoque animadvertit, quantopere omnia in hoc anagraphes fine turbata sint, ut nominatarum insularum positiones contemplanti illico patere necesse sit. Neque non idem vir doctus numeros horum versuum, ut vs. 147 et 149, omnibus vitiis laborare adnotavit.

vs. 146. *Naxos*, quae h. l. inter Sporades, alioquin inter Cyclades refertur cf. Suid. t. II, p. 596. *καὶ Κυκλὰς δὲ νῆσος ἐπίσημος ἡ Νάξος*, sicut Marxius quoque h. ad l. Theram, quam plerique Sporadibus assignarent, a posteriori scriptore in Cycladum numero collocari et omnino Cyclades et Sporades inter se non accurate discerni solitas fuisse adnotavit. Quod Scyrus vero Pelasgica dicitur, rectissime habet eamque in rem non solum Thucyd. I, 98. *πρῶτον μὲν Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι Μήδων ἐχόντων πολιορκίᾳ εἷλον καὶ ἠνδραπόδισαν Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος. ἔπειτα Σκύρον τὴν ἐν τῷ Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν καὶ ᾤκισαν αὐτοί*, sed etiam magis distincti testes, ut Scymn. Ch. vs. 582 sqq. *τὴν Σκύρον δὲ καὶ Τὴν Σκίαθον ἐκ Θρᾴκης διαβάντες, ὡς λόγος, Πελασγιῶται*, conferri possunt. Quare non est, quod vulgata nostro loco lectio *Πελασγία* cum codicis Casauboniani scriptura *πελαγία*, quam nonnullis placuisse Hoeschelius refert, commutetur. Quod vero ab hac insula repetitum in Graecorum ore versabatur proverbium *Σκυρία δίκη*, non tam ab universo incolarum rudi et inculto sensu, quam a morte Thesei hac in insula violenter trucidati derivandum est, ad fabulas potius quam ad historiam spectante. Ad metricam denique hujus et sequentium versuum rationem restituendam alii alia protulerunt: ita Vossius, quem Gailius deinde secutus est, pro vulgata *ἀπέχουσα Ἴος, εἶτα Νάξος· μετὰ ταύτην* legendum proposuit: *ἀπέχουσ' Ἴος, εἶτα Νάξος· εἶτα Π. Σκ.* similiterque Salmasius ad Solin. p. 170 pro *μετὰ ταύτην* scribendum praecepit *εἶτεν ἡ*. Ceterum si corrigendi necessitatem perspectam in nostro scriptore haberem, Buttmanni emendationibus hujus loci palmam offerre non dubitarem: *ἀπέχουσ' Ἴος, εἶτα Νάξος, εἶτα Πελασγία* [*Σκύρος· κατ' Εὔβοιαν δ' ὁρῶμεν κειμένην*] *αὐτήν* (quod Gailius plane omisit, quum in praecedenti versu hypermetrum esset)· *ἀπὸ ταύτης ἐστὶν ἀπέχουσ' οὐ πολύ κ. τ. λ.*

vs. 147. Ad *κατ' Εὔβοιαν* Salmasius haecce adnotavit: „contra Euboeam posita eratque Cycladum et Sporadum extima.

vs. 150. *Peparethum* equidem crediderim significari non procul abesse ab Euboea (*ἀπὸ ταύτης*), quum Harpocration distinctis verbis referat *νῆσός ἐστιν αὐτη οὐκ ἄπωθεν Εὐβοίας*. Ceterum Peparethus a Stephano Byzantino Cycladibus adscripta est.

Index locorum critice vel hermeneutice tractatorum.

Argument. Eurip. Medeae . . . . . p. 66 sq.
Athenaeus I, p. 14. . . . . - 62
IV, - 141. . . . . - 31 sqq.
XIII, - 594. . . . . - 134 sq.
XIII, - 603. a. b. . . . . - 120
XIV, - 636. c. . . . . - 73 sq.
XIV, - 624. b. . . . . - 76
XV, - 694. a. . . . . - 79 sq.
Censorinus de die natali c. 4. . . . . - 23
Cicero Ep. ad Att. I, 18. . . . . - 267 sqq.
Ep. ad. Att. VI, 2. . . . . - 133
Ep. ad Att. XIII, 39. . . . . - 54
Clem. Alex. Protrept. I, 26. . . . . - 110 sq.
Euseb. Praep. evang. XV, 9. . . . . - 22
Hesych. I, p. 1365. . . . . - 169
Martian Cap. VI, 590. . . . . - 122
Plin. H. nat. II, 65. . . . . - 121
Plutarch. Agesil. cap. 19. . . . . - 109
Plutarch. Opp. ed. Reisk. t. VII, p. 510. . . . . - 68 sq.
t. VIII, - 869. . . . . - 57 sq.
Porphyr. *περὶ ἀποχ.* I, 36. . . . . - 168 sq.
IV, 2. . . . . - 102 sqq.
vit. Pyth. compll. II. . . . . - 55 sq.
Steph Byz. v. *Χαλδαῖοι* . . . . . - 98 sqq.
v. *πάτρα* . . . . . - 112 sq.
Strabo l. II, 104. . . . . - 123 sqq.
III, 158. . . . . - 238
XIV, 5. . . . . - 172
XVI, 755. . . . . - 285
Suidas v. Dicaearch. . . . . - 30

Schol. ad Apoll. Rhod. IV, 272. . . . . p. 100 sqq.
Schol. ad Arist. Vesp. 564. . . . . - 83
Varro de re rust. II, 1. . . . . - 106 sq
Zenob. Proverbb. 5, 23. . . . . - 107.

Index rerum.

Academia . . . . . p. 110. 167
Amphiarai templum . . . . . - 222 sqq.
Antigoni Antipater . . . . . - 52
Aristoteles *περὶ οὐρανοῦ* . . . . . - 19
περὶ ψυχῆς . . . . . - 19
Attici et Athenienses . . . . . - 188 sqq.
Βίοι diversorum scriptorum . . . . . - 40 sqq.
Ciceronis liber de gloria . . . . . - 29. 39
Clearchus . . . . . - 51 sq.
Commentarii poëtarum . . . . . - 45 sq.
Demetrias urbs . . . . . - 13
Dialogi singularis forma Aristoteli familiaris . . . - 19
Dicaearchus Tarentinus . . . . . - 43
— — Aetolus . . . . . - 44
Διδασκαλίαι . . . . . - 48. 72 sq.
Domus Atheniensium . . . . . - 155
Epistolae . . . . . - 76
Euthymenis sententia de Nilo . . . . . - 6
Glaucus . . . . . - 333 sq.
Halica . . . . . - 211 sq.
Heracliti Zoroaster . . . . . - 19
— *τὸ περὶ τῶν ἐν ᾅδου* . . . . . - 19
— *τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορουμένων* . . . . - 19
Hermippus . . . . . - 52 sq.
Hierographi . . . . . - 115
Hippodamus . . . . . - 155
Horographi . . . . . - 128 sq.
Iasonis *βίος τῆς Ἑλλάδος* . . . . . - 86. 95 sq.
Λακώνων πολιτεῖαι auctorum Aristoclis, Critiae, Dioscoridis, aliorum . . . . . - 31
λογογράφοι, λογοποιοί . . . . . - 196 sq.

Messana Peloponnesi . . . . . p. 15
Neophron tragicus . . . . . - 67 sq.
Odeum . . . . . - 157 sq.
Olympium . . . . . - 165 sqq.
Oropi historia . . . . . - 228 sqq.
Παραδοξογράφοι . . . . . - 57
Paroemiographi . . . . . - 108 sq.
Parthenion . . . . . - 163 sq.
Phidias, Dicaearchi pater . . . . . - 13
Phiditia Spartanorum . . . . . - 33
Piraeeus . . . . . - 148 sq.
Posidippus . . . . . - 261 sq.
Pugna ad Plataeas . . . . . - 273 sqq.
Pythagorei, Pythagorici, Pythagoristae . . . . . - 59
J. J. Rousseau de artis musicae vi in homines . . - 2
Sarambus . . . . . - 265 sq.
Scriptores *περὶ ποιητῶν* . . . . . - 66
Scriptores *περὶ ἀγώνων* . . . . . - 77
Tanagra . . . . . - 257 sqq.
Tellis . . . . . - 76
Theatrum Athenis . . . . . - 162 sq.
Theophrasti *πρὸς τοὺς φυσικούς* . . . . . - 19
Theopompi Chii *Τρικάρανος* . . . . . - 28. 35 sq.
Trophonius 131. 133
Xenon . . . . . - 241.

Index verborum.

ἀδικαίαρχος p. 31. 37.
ἀηδία p. 210 sq.
ἄκρασία p. 254 sq.
ἀκτή p. 266 sqq.
ἄλις δρυός p. 12
ἀπιστοῦμαι p. 155
αποβιος p. 159
ἀνεπίθετος p. 237
ἀποκαρτερεῖν p. 219
ἄστυ et *πόλις* vocabula desunt p. 150
ἄστυ et *πόλις* de Athenis p. 151 sq.
ἀτίμητος p. 173
αὐτός pleonastice additum p. 188
αὕτη, αὐτή p. 156
βάρος p. 289 sq.
βίοι p. 195
γεώλοφος p. 284 sqq.
γραφή, lectio p. 44
διατρέχειν p. 303
διατριβή p. 176
διδασκάλιον p. 187 sq.

ἐγκαύματα ἀναθεματικά p. 245
εἰλικρινής p. 198 sq.
ἐλεύθερος p. 214 sq.
ἐπίπεδος p. 276 sq.
ἐπισφαλής p. 260 sq.
ἔτι p. 318
εὐημερία p. 187
εὔοινος p. 324 sq.
εὔυδρος p. 153 sq.
ἐφόδιον p 181
ἡσυχῇ p. 258 sq.
Θήβη, Θῆβαι p. 290
ἱερόν p. 160 sq.
Imperfectum praesentis loco positum p. 156 sq.
ἱστορικώτατος p. 10. 24.
κανθήλιος p. 206 sqq.
κατανωτιστής p 294 sq.
Καδμεία p. 289
κήπευμα p. 286
κλοπός p. 243 sq.
λαμπάδιον p. 312 sq.
λυπρός p. 327 sq.
μεγαλόψυχος p. 195. 291
μέγεθος p. 314 sq.
μετά, μέγα p. 159
μεταβολεύς p. 234 sqq.
μισοπονηρία p. 250 sqq.
οἰκουμένη p. 159
παρεπιδημεῖν p. 199
περίεργος p. 191
περιποιέω p. 186
περισπάω p. 177
πλάγιος p. 321 sq.
πλήκτης p. 292
πορεία p. 305 sq.
ποροθμός p. 331 sq.
πρόθυρα p. 245
προσαγορεύεσθαι p. 156
πρόσαντα p. 225 sq.
προσφορά p. 180 sq.
ῥυθμός p. 306 sqq.
ῥυμοτομεῖν p. 154 sq.
σείειν p. 197
στειχοπλανήτης p. 249
στέλεχος p. 205
συνάλλαγμα p. 295 sq.
σχολή p. 172
σωλήν p. 290 sq.
τέλος p. 242
τριπολιτικός p. 27 sqq.
ὑπογραφή p. 161 sq.
ὑπόθεσις p. 70
ὕπουλος p. 192
ὑσκλωτός p. 313 sqq.
uterque plurali numero usurpatum quomodo interpretandum sit p. 20
φιλάνθρωπος p. 152.

Typographica.

Emendanda.	*Emendata.*
p. 6 quanqum	quanquam
- 21 ἕτερο	ἕτερος
- 63 34)	39)
35)	40)
36)	41) etc.
- 64 45)	50)
- 66 habuisse	sedem habuisse
- 71 τὼν	τῶν
- 74 addida	addita
- 90 ejusmodii	ejusmodi
- 98 Dicaearchum	Dicaearcheum
- 100 aliquod	aliquid
- 105 Murmanniano	Meermanniano.
- 109 inedita ,	inedita
- 117 Ucerti	Ukerti
- 121 efflci	effici
- 125 Grosskurdius	Groskurdius
- 136 προς	πρὸς
η	ἤ
- 137 μεθιστερον	μεθύστερον
- 141 εταίρας	ἑταίρας.
- 146 ῥους	ῥοῦς
- 149 ἔπεσων	ἔπεσον
- 150 apud	sicut apud
- 155 De parvo etc. (In hac sententia interpungendum plane aliter est.)	
- 155 ὼς	ὡς
- 167 Olympinion	Olympicion
- 168 δένδρες	δένδρῳ
- 179 allegavit.	allegavit
- 181 item ,	item
- 185 legeretur	legentur
- 186 τὼ ἐντυγχανοντι	τῷ ἐντυγχάνοντι
- 191 lequacibus	loquacibus

Emendanda.	*Emendata.*
p. 193 Nymphorum	Nympharum
- 193 τα	τὰ
- 193 παρασιτος	παράσιτος
- 196 δ' ἑαυτῶν	δι' ἑαυτῶν.
- 200 (Verba „post rectissimam Hermanni etc.“ post τὸ φατιζόμενον collocanda sunt.)	
- 206 ὑπερβεβασμῶ	ὑπερβιβασμῷ
- 294 καπανωτισταί	κατανωτισταί
- 328 τούς ἰχθῦς	τοὺς ἰχθῦς
- 425 adjudicata	adjudicato.